b *structurae*: *α indicatur causa praemii vel poenae*: ① *gen.*: PAVL. sent. 5, 37rubr. de -is (*i. detrimenti compensatione*) appellationum (*sc. iniustarum. cf. 5, 33rubr.* de . . . poenis a.). TERT. orat. 2 p. 181, 20 *fidei* (PAVL. PETRIC. Mart. 1, 334 *v. p. 804, 26*). scorp. 3 p. 151, 13 transgressionis. CYPR. epist. 76, 1 p. 829, 1 obsequiorum. PANEG. 12, 11, 2 pertinaciae. ARNOB. nat. 1, 3 p. 5, 29 criminis. LEX conviv. Querol. p. 60, 12 rex convivii iniuriarum -a (*i. solacium damni; cf. p. 816, 42*) . . . cogatur exsolvere, ita ut praemium criminosi in mercedem transeat vulnerati. HIL. in Matth. 27, 3. AMBR. Abr. 2, 10, 68 p. 623, 15 conferenda virtutum -a (HIER. adv. Pelag. 2, 24 p. 562D. RVFIN. Orig. princ. 1, 5, 3 p. 71, 27 -um et praemium). Isaac 4, 21 coniugii. PAVL. NOL. carm. 26, 134 -um pietatis adepta est. ENNOD. epist. 2, 28, 1 p. 70, 1 -um coactae vocis inusitata loquacitate possideo. *al.* ⓘ *per* pro: CASSIOD. Ios. antiq. 13, 22 p. 390, 16 p. quibus etiam multa ab eo -a cepissent (*gr. 411 ἀνθ' ὧν ὑπ' αὐτοῦ μεγίστων ἠξιώθησαν*). GREG. TVR. Mart. 4, 40 p. 659, 34. *β indicatur ipsum praemium vel poena*: TERT. adv. Marc. 5, 8 p. 599, 20 charismatum. resurr. 11 p. 39, 22 ad -um salutis. scorp. 8 p. 160, 18 damnationis (LEX Burg. lib. const. 52, 4). *al.* CYPR. unit. eccl. 21 p. 228, 15 coronae. AMBR. in psalm. 35, 17, 4 ad caelestium repromissionum -um pervenire. *al.* AVG. serm. 363, 3extr. -is praemiorum atque poenarum. *al.* *γ indicatur, quis praemio vel poena afficiatur*: CYPR. epist. 58, 11 p. 666, 2 in quorum supplicia et praemia ac -a iustorum (LVCIF. moriend. 15 p. 318, 5 tua s. perpetua et p. ac -a dei servorum aeterna. *cf. et l. 7*). HIER. vita Pauli 18 (*opp.* poenis). AVG. civ. 13, 4 p. 561, 21 D. fit iusti -um etiam supplicium peccatoris. *al.*

2 *i. q. honor, gradus dignitatis*: **a** *proprie*: *α generatim*: APVL. Plat. 2, 23 p. 252 sapientiae finis est, ut ad dei -um sapiens provehatur. TERT. adv. Iud. 7 l. 68 apud illum *Christum* non dignitatum (*cf. l. 13. 36*) aut natalium (*cf. l. 57*) cuiusquam discreta -a (FILASTR. 137, 2). DON. Ter. Andr. 1 -um iam poetae dedit 'poetam' eundem dicendo. FILASTR. 98, 6 iniusti . . . amittunt tantum -um dignitatis (HIER. adv. Iovin. 2, 33 p. 331A tanti apud deum -i sunt, ut *eqs. cf.* p. 331B quod non sit eiusdem -i cuius et Israelitae. AVSON. 322, 94 p. 266 P. -um quam grande [*seq.* honor]. RVFIN. Orig. princ. 2, 10, 3 p. 176, 14 qui inferioris -i fuerint vel abiectioris aut etiam ultimi et abstrusi. Orig. in Ios. 11, 2 licet ultimi -i sis in ecclesia). ADNOT. Lucan. 10, 158 haec *aves* deorum -o cultae fuerant. AMBR. Iac. 1, 8, 37 p. 29, 12 neque externis saeculi, sed virtutis domesticis -a pensare. HIER. epist. 22, 26, 1 filia, domina . . .: aliud enim aetatis, aliud -i . . . est nomen (*cf.* RVSTIC. Conc.S I 4 p. 14, 37 [*Isid. Pelus. epist. 4, 166 ἀξίας*]). adv. Rufin. 1, 23 p. 417A inter angelos -a esse diversa. AVG. civ. 8, 15 p. 344, 26 D. de -is animarum, . . . in gradibus corporum. *al.* CONC. I 5 p. 255, 31 secundum . . . aequalitatem -orum *dei Christi et hominis suscepti* (*gr. I 1, 6 p. 113, 24 ἀξιωμάτων*). BOETH. cons. 4, 3, 16 W. infra hominis -um. trin. 1, 12 gradibus -orum trinitatem variantes (3, 30 inter eos distantiam faciunt -orum. *cf.* VIGIL. THAPS. c. Eutych. 2, 1 p. 104C et -is et gradibus longe dispares). INSCR. christ. Diehl 57, 3 plus . . . ad -um crescit. *de re*: BOETH. mus. 2, 19 p. 250, 3 *multiplicitatis* (*cf. 2, 5 p. 230, 20* cur multiplicitas ceteris antecellat). in Porph. comm. 2, 1 p. 170, 8 maioris -i est ac principalis naturae, quod . . . cetera cohercet.

β speciatim de publicis officiis: IVVENC. 4, 665 scriptum causae titulum -ique locarunt, quod rex Iudaeae plebis . . . fuisset. FIRM. math. 3, 5, 34 quibus hoc ex paterno dignitatis (*cf. supra l. 11*) -o deferatur (3, 6, 28. *al.; v. ind.*; COD. Theod. 6, 26, 4. 12, 1, 70 -is careat d. VICT. VIT. 3, 9). SCHOL. Cic. Ambr. rec. p. 275, 4 conscriptorum et patriciorum unum est -um. CLAVD. DON. Aen. 1, 75 p. 30, 1 est discretio inter personarum -a (LEX Burg. lib. const. 7, 1 servi . . . pretium iuxta personae -um fiat). AMBR. parad. 10, 48 p. 306, 17 dignitate potiores plerumque adiutorem -i inferioris adsciscunt (*cf.* SACR. Leon. p. 122, 32 = Greg. 3, 6 secundi -i munus [*sc. presbyterium*]). PAVL. NOL. carm. 16, 251 (*249* honorum). COD. Theod. 6, 29, 4 ordinis -o. 12, 1, 138 gradu -orum. 13, 3, 9 pr. promotionis -is. 15, 3, 6 = Iust. 11, 75, 4, 1. LEO M. epist. 12, 1 p. 646B extra sacerdotale -um constitutis (*cf.* SACR. Leon. p. 147, 14 pontificale. CANON. Migne 13, 1184A sacerdotibus, quorum -um exigit, ut . . . sint plebibus forma. 13, 1186A *sacerdotum* possunt habere nomen, -um habere non possunt). *c. gen. dignitatis*: HIL. trin. 8, 1 p. 236B ad sacerdotii -um (*i. q. munus, 'Beruf'. cf. l. 46 et* SACR. Gelas. 1, 20 p. 513extr. -um sacerdotum). SCHOL. Cic. Gron. C p. 351, 4 -um senatoris. COD. Theod. 1, 15, 7 *v. infra l. 61.* 6, 22, 7, 1 ordinariarum potestatum. NOVELL. Valent. 2, 2, 3 professionis (*sc. causidicorum*). COD. Iust. 12, 20, 3 pr. biarchorum nomen -umque. EPIST. pontif. 305 Migne 20 p. 541A qui . . . -a clericatus acceperunt. *syn. et app.*: EXVP. 1 l. 9 celsiora natalibus -isque maiora (COD. Theod. 14, 9, 1in. n. et -a. *cf. etiam l. 11*). AVSON. 200, 6 p. 58 P. humili stirpe, loco ac -o (COD. Theod. 6, 5, 2 singulis quibusque dignitatibus certum locum -umque praescribsit). AVG. de duab. anim. 18in. ordinem -umque (PS. AVG. quaest. test. I 108, 2 p. 253, 3). COD. Theod. 1, 15, 7 cum praefecturae -um ceteris dignitatibus antestet (6, 5, 2 *v. l. 59.* 13, 3, 9, 1). 5, 14, 30 l. 18 -i et potestatis. 12, 1, 21 sequentis -i et gradus (*cf. l. 27. 45*). 14, 3, 10 cuiuscumque honoris aut -i.

b *meton.*: *i. q. titulus dignitatis*: SERV. Aen. 1, 76 'regina': inferioris personae reverentia est, maiorem -is appellare, non nomine. *i. q. locus pro dignitate attributus*: AMBR. in psalm. 118 serm. 19, 42 *in monte Sina erant* presbyteri in parte montis supra -a plebis, sed plurimo intervallo a Moysi -is separati. *i. q. persona honorata*: SERV. Aen. 1, 180 -a personarum (*debuit dicere* personae magnorum -orum) vilibus officiis interesse non debent. COD. Theod. 11, 16, 18in. id ab omnibus indiscretum -is atque personis iubemus impleri. *in appellatione honorifica*: COD. Theod. 1, 12, 4 = Iust. 12, 55, 1 officio, quod tuis -is obsecundat (1, 15, 11. 10, 10, 14). 12, 10, 1 in provincia -is tuis credita.

II ***notione verbi merendi abolita*** (*hoc caput potissimum ex usu sub I A allato derivari posse videtur*): **A** ***proprie***: **1** *respicitur vis et gravitas alicuius* (*rei*): **a** *fere i. q. pondus, momentum*: *α rerum*: Ov. fast. 1, 8 quo sit -o quaeque notata dies. MART. 8, 65, 7 grande loci -um testantur et altera dona. CYPR. zel. 13 p. 427, 20 Paulus cum pacis et caritatis -a depromeret. AVIEN. orb. terr. 262 dulcis in his *carminibus* haustus, -um grave, gratia perpes. AVSON. 19, 8 p. 327 P. aevi. HIER. adv. Iovin. 2, 23 p. 318C ne dicas in uno corpore diversa membra unum habere -um. CLAVD. 25, 18 mihi conciliat gratas

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

. . . aures vel -um belli vel Stiliconis amor. AVG. civ. 20, 4 p. 411, 15 D. 'nova et vetera'. non dixit 'vetera et nova', quod dixisset, nisi maluisset -orum ordinem servare quam temporum. de duab. anim. 10 p. 64, 19 mediocrisne negotii vel -i cognitionem dei esse arbitramini? MACR. somn. 1, 6, 5. COD. Theod. 6, 26, 1 scriniorum nostrorum (6, 26, 9. *cf.* COD. Iust. 12, 19, 13 pr. rei). 9, 38, 9$^{in.}$ Lyciae priorem famam -umque . . . renovari. AVELL. p. 5, 15 personae probentur ex -o veritatis, non veritas praesumatur ex potentia personarum. PETR. CHRYS. serm. 82 p. 431^{B} *lapis* magnus -o . . ., qui creatoris mundi corpus . . . operire suffecit. 88 p. 447^{A} mandati -um de persona venientis *apparitoris* aestimat. SIDON. epist. 1, 2, 8 negotiorum. CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 31, 7 talia . . . sunt -o vel viribus, ut *eqs.* (1, 7 p. 45, 13 -o atque potentia). 2, 10 p. 138, 20 pro causae -o. BOETH. arithm. praef. p. 3, 8. mus. 1, 34 p. 224, 14 quanta sit gloria -umque rationis. *β animantium: fere i. q. auctoritas (sim. l. 55 sqq.)*: AVSON. 208, 14 p. 65 P. nomen . . . receptum inter grammaticos praetenuis -i. AMBR. in Luc. 5, 89 cui . . . gravitatis -um exsequiarum turba conciliet. Ps. AVG. serm. ed. Mai 55, 3$^{in.}$ cuius -i sint . . . Petrus et Paulus (GREG. M. dial. 3, 1 p. 138, 7 M. hunc tanti -i virum). CLAVD. MAM. anim. 3, 1 p. 154, 5 et -o pariter et numero . . . idoneis vadibus. SEDVL. op. pasch. 4, 22 p. 272, 6. ENNOD. opusc. 10, 1 p. 419, 9 ut praeconis -o secutura ponderentur.

b *i. q. ipsa rei vis et summa, natura ('Wesen, Kern')*: *α generatim*: TERT. paenit. 2, 1 -a paenitentiae *enarrare*. FIRM. math. 1, 7, 29 permitte mihi . . . Syllanorum scelerum replicare discrimina; omnia enim haec ad disputationis meae -um conferentur. FVLG. myth. 3, 10 p. 78, 12 morborum agnoscere -um. Virg. cont. p. 92, 10 a partu recentibus matrem videre datur, non tamen statim cognoscere -um contribuitur. AMBR. hex. 5, 13, 42 p. 173, 20 -um suae naturae. RVFIN. Orig. princ. 3, 6, 7 p. 289, 20 rerum -a. NOVELL. Theod. 5, 1 pr. *liberalitas* deo -um hominis adplicat. SIDON. epist. 4, 22, 3 totius orbis . . . loca, spatia, -a cognoscis. VEN. FORT. virt. Hil. 10, 26 annis adulta puella, non -o. *β speciatim in serm. forensi (crebro usu in serm. ICTorum factum esse videtur, ut sensu latiore saepius non gravissima causae argumenta, sed tota causa significetur)*: PAVL. sent. 5, 35, 1 -um appellationis causae capitalis . . . non nisi per nosmet ipsos persequi possumus (HERMOG. dig. 49, 1, 27 a. -a probare. PAVL. MED. adv. Cael. 4 p. 714^{B} -a suae a. astruere. EDICT. Theodor. 55 de a. -o . . . iudicare). CONSVLT. 9, 2 negotii -o discusso (AVG. coll. c. Don. 1, 8 p. 42, 17. COD. Theod. 2, 14, 1$^{extr.}$ [= Iust. 2, 14, 1, 3]. 4, 22, 5 pr. [= Iust. 8, 5, 2]. 11, 30, 32. 46. LEX Burg. lib. const. 52, 2 auditis . . . atque perpensis criminalis n. -is. GREG. M. epist. 7, 20 p. 463, 22 cognito n. -o). TERT. adv. Marc. 2, 27 p. 374, 15 (*fort. ad p. 818, 71*) severitatem iudicis secundum -a causarum ⟨iustitiae⟩ congruentem (SCHOL. Cic. Gron. B p. 331, 32 causae -o confisus. AMBR. in psalm. 118 serm. 20, 36 bonus iudex . . . examinat causae -a, non mutat. COD. Theod. 1, 20, 1 [= Iust. 1, 45, 1] his horis, quibus c. -a vel fata penduntur. 9, 2, 2 [= Iust. 9, 3, 1]. 10, 1, 13 NOVELL. Theod. 7, 4, 8 GREG. M. epist. 9, 174 p. 170, 13. 9, 203 p. 191, 6). COD. Theod. 3, 32, 2$^{extr.}$ ut provocationis -a expendas. 6, 4, 22, 1 -a defensionis ostendere. GREG. M. epist. 9, 174 p. 170, 15 rei -um . . . perscrutantes.

2 *spectatur qualitas, ratio, virtus, indoles sim.*: a *de ipsa qualitate*: *α significantius dictum c. respectu praestantiae i. q. egregia qualitas, excellentia, praestantia, virtus (syn. l. 62) sim.*: ① *in universum*: *animantium*: *incorporalis*: STAT. silv. 5, 3, 250 quid referam . . ., quae pietas, quam vile lucrum, quae cura pudoris? . . . his tibi pro -is famam . . . cura deum . . . concessit. DAMAS. epigr. 23, 4 rectoris sancti -um fidemque secuti (*item sing.*: ADNOT. Lucan. 9, 886 -um plus apud eum quam salus ipsa constabat. AMBR. Hel. 7, 20 *Danielis*. AVXENT. Maximin. c. Ambr. 62 viri. RVFIN. Basil. hom. 4, 6 p. 1760^{A} vitae suae -o. Ps. AVG. quaest. test. I 26, 2 p. 53, 2 *syn.* virtus. VICT. VIT. 1, 29. SEDVL. op. pasch. 4, 14 p. 264, 7 [*cf.* carm. pasch. 4, 153]. *cf. l. 74*). AVSON. 193, 7 p. 51 P. nequaquam -is cuius responderit heres obscurus. HEGES. 5, 2, 1 p. 296, 12 U. exsurge nunc, Moyses, . . . exsurge, Aaron, . . .: ubi nunc ista -a, ubi nunc istae operationes sanctorum? RVFIN. Orig. in gen. 9, 1 p. 86, 24 exigui -is et ingenio tenues. 15, 4 p. 132, 14 CLAVD. 8, 409. AVG. civ. 7, 27 p. 309, 1 D. *opp.* opprobria. SIDON. epist. 4, 17, 3 a sacerdotibus . . . memoria tenacibus, omni denique -orum sublimium dote potioribus. VEN. FORT. carm. 5, 4, 1. 5, 5$^{tit.}$ 9, 1, 121 provida . . ., sollers, cauta . . ., omnibus excellens -is. CE 1388, 2. *corporalis*: PALLAD. 4, 13, 3 *admissarii* (SYMM. epist. 5, 82 ne magis numerum quam -a *equorum* perpendas). MAXIM. eleg. 1, 29 *fui venator, luctator, cursor, cantor.* augebat -um dulcis mixtura bonorum. *rerum*: PORPH. Hor. epist. 2, 1, 81 -o ac virtute stili (*cf.* FIRM. math. 8, 19, 3 artis . . . -a. AVSON. 204, 1 p. 62 P. eloquii -o. CASSIOD. inst. 1, 17, 1 p. 56, 1 dictionis eximia -a). ITIN. Alex. 44 p. 24, 12 magno formae -o et nobilitatis. IVL. VAL. 1, 39 potentiae. 2, 21 p. 82, 22 virtutum. PALLAD. 12, 4, 1 speciei -o. ins. 137 sorba suos partus -o maioris honestant seminis. AVSON. 286, 6 p. 145, 7 P. CLAVD. carm. min. 26, 81 -is . . . talibus (*i. virtutibus mirabilibus fontis*). AVG. civ. 11, 5 p. 468, 5 D. cum . . . nullo excellentiore -o posset hic *locus* eligi. COD. Theod. 16, 2, 16. EVCHER. laud. her. 7 p. 180, 5 'locus in quo tu stas terra sancta est': . . . -um occulti honoris expressit (*cf.* ENNOD. epist. 1, 6, 2 p. 13, 22 *locorum*). SIDON. epist. 2, 13, 5 ob ingenii -a. 7, 6, 6 ob virium -a terribilis. PAVL. PELL. 57. CE 592, 5 donum (*i. hoc monumentum*) naturae (*eius qui decessit*) -is de (*instr.*) carmine signo. ⑪ *sensu strictiore i. q. priores partes, principatus*: EXVP. 4 l. 7 *veteres cives* -um dignitatis videbantur amittere, si cum novis indignis in ferendo suffragio iungerentur. HIL. in psalm. 118 Nun 14 p. 483, 12 -um caelibatus. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 17 p. 636, 3 *aetatis* (*467 πρεσβείου*). COD. Theod. 1, 6, 5 ut inferior gradus -um superioris agnoscat. *i. q. summus gradus*: MART. CAP. 5, 432 prae se ferentes insignium culmen -aque linguarum Aeschinen, Isocraten, Lysiam. *i. q. pulchritudo*: CLAVD. 8, 108 auget acus -um *vestis* (*syn. 107* gratia). SIDON. carm. 15, 37 quorum *templorum* supereminet unus ut -is sic sede locus. VEN. FORT. carm. 1, 8, 15 licet eniteat -is (*an ad l. 73?*) venerabile templum, attamen ornatum praebuit iste suum (10, 6, 2 templum egregium -is. 10, 6, 20 *templa* alma . . . -o).

β notione praecellendi deposita simpliciter i. q. qualitas: pro -o: PALLAD. 4, 13, 6 in pullis p. aetatis -o ea sunt consideranda, quae signum bonae indolis monstrant (*i. utpote infantes non severe iudicandi sunt*). RVFIN. hist. 4, 9, 2 p. -o (*κατὰ τὴν δύναμιν*) peccatorum . . . supplicia statues (Orig. princ. 1, 6, 1 p. 79, 2). AVG. cons. euang. 3, 25, 72 p. 371, 25 p. -o mentis eorum. CLAVD. MAM. anim. 1, 23 p. 82, 7 p. modo vel -o. *alia*: FIRM. err. 7 p. 19, 20 mater . . . de singulorum *procorum* -is iudicabat. PALLAD. 3, 9, 5 sic -a sua quaeque *vitis* servabit. AVSON. 202, 3 p. 61 P. qua forma aut -o fueris (*'virtutibus' Souch.*). VEG. mulom. 3, 6, 1 *equorum*. AMBR. in psalm. 118 serm. 5, 5, 3 variantur -a mansionum. CLAVD. rapt. Pros. 3, 222 -um . . . loci . . . quaerit (*i. interrogat, qualis illa regio sit*). AVG. catech. rud. 19, 31 *homines* sibi morum et -orum similitudine coniunguntur. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 3 p. 7, 21 divinitatis. cons. 2, 1, 4 W. *fortunae* prioris . . . naturam, mores ac -um. GREG. M. moral. praef. 16 p. 526^{A} actionis (THEOD. MOPS. in psalm. 2, 3 p. 10, 5 operis [2, 5. 11, 5 p. 71, 28. *syn. l. 24* ex operum qualitate]). *i. q. efficacia, virtus*: THEOD. PRISC. log. 36 p. 135, 3 singularum specierum . . . medicum bene -a cognoscentem (*iungendum* b. c., *vix* b. -a *coll. p. 813, 53*). 46 p. 146, 18 variarum curarum . . . -a.

b *de virtute, qua quaeque res censetur, i. q. pretium*: *α quod pecunia metimur*: PALLAD. 1, 8, 1 aedificium pro agri -o et pro fortuna domini oportet institui (SERV. Aen. 11, 319. *cf.* AMBR. Abr. 1, 3, 13 p. 511, 12 PAVL. PELL. 483. CASSIOD. var. 3, 20, 2 praedium . . . eiusdem -i). VEG. mulom. 1, 56, 23 equi (LEX Burg. lib. const. 4, 6 eiusdem -i caballum [19, 2. 73, 1. 2 LEX Visig. Eur. 278. 279. *al.*]). COD. Theod. 3, 1, 4$^{extr.}$ familiaris rei . . . vires vel -a atque emolumenta (*cf.* PETR. CHRYS. serm. 5 p. 198^{A}). 14, 3, 9. 15, 1, 30 de aedificiis maioris -i ([pretii *Cod. Iust.*]. 15, 2, 3 summas . . ., mediocres et inferioris -i domus). NOVELL. Valent. 31, 3 eiusdem -i vicariam (LEX Burg. Rom. 6, 3. *cf.* EDICT. Theodor. 64 huius -i duo mancipia [*sim.* 70. 80. 84 LEX Burg. lib. const. 7, 1]). 35, 17 in causa, cuius -um intra centum solidos continetur. Ps. ARNOB. confl. 1, 9 p. 251^{C} tres . . . margaritas . . . unius . . . -i. FAVST. REI. spir. 1, 12 p. 124, 22 rei. RVRIC. epist. 1, 3 p. 356, 14 *auri*. EPIPHAN. de mens. 40 follis secundum denariorum pondus ac numerum, non secundum metalli -um (*gr. 49 κατὰ τὸν ἀργυρισμόν*). *al.* *β quod aestimatione praestantiae metimur*: FIRM. err. 15, 2 accedat idolo, quod facis, ex hominis virtutibus -um. PALLAD. 1, 5, 6 secundi -i est spissus ager (1, 37, 3 primi saporis mella . . ., secundi -i . . ., tertii -i [*Colum. 9, 4, 6* tertiae notae]. *cf.* 1, 10, 1 *harena* rufa melior, -i sequentis est cana, tertium locum nigra possedit. 4, 13, 3). HIL. in psalm. 64, 6 p. 238, 6. AVG. civ. 18, 47 p. 330, 30 D. *libri* (*cf.* EVCHER. form. praef. p. 3, 20 *bibliorum*. SIDON. epist. 2, 5, 1 -a chartarum. PRIMAS. in apoc. prol. p. 796^{A}). CLAVD. MAM. anim. 1, 2 p. 25, 26 non lenocinio nominis operis -um pensat. RVRIC. epist. 2, 2 p. 373, 26. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 13 p. 39, 2 species nisi sibi aequales fuerint, non -o, sed natura, sub genere poni non possunt.

3 *fere i. q. modus* (*cf. etiam p. 815, 20*): FIRM. math. 5, 2, 10 amicitiae -o coniungit (5, 2, 13 amicitiarum). 8, 30, 13 honesto ac liberali -o servitutis. VVLG. Rom. capit. 15 cod. Fuld. p. 177, 19 praesentium passionum. PAVL. NOL. epist. 13, 7 p. 89, 29 duobus filiis diverso -o sibi amissis (*cf.* VEN. FORT. carm. 2, 16, 94 simili -o. 4, 26, 156 dissimili -o). COD. Theod. 1, 11, 1$^{in.}$ manentibus fideiussorum atque subsignationum -is. 5, 17, 1, 1 -o servili condemnationis. 7, 8, 2 in synagogam . . . hospitii velut -o inruentes. *ibid.* habitationum -o. 14, 17, 10 hereditatis -o. ENNOD. epist. 2, 13, 4 p. 53, 23 hoc facis in -o *eqs.* (*praecedit*: mirum in modum).

B meton. *i. q. homo -is erga deum excellens, inde i. q. reliquiae martyrum et sanctorum* (*cf. Braun, Der christl. Altar I 623*): ? PAVL. NOL. carm. 18, 158 *v. p. 819, 36*. CE 913, 3 (*fort. serioris aetatis*). VAL. CEM. hom. 17, 3 p. 743^{A} martyrum reliquias . . . inquirunt et diffusa per totum orbem virtutum -a peculiaribus officiis prosequuntur. VEN. FORT. *v. l. 13*. INSCR. Ital. X 2 n. 81, 4 -is tantum pendebant putria tecta. CIL XI 297, (*4* horum Gregorius dat papa reliquias) 15 additur his -is felix Smaragdus. 299, 1 templa micant Stephani -is et nomine sacra.

indiculus grammaticus: adversus: *p. 816, 75*. apud: *p. 816, 47*. circa: *p. 816, 76*. erga: *p. 816, 70*. in: *p. 816, 59*. ut: *p. 815, 28. 819, 28. 39*. *adi.*: *p. 820, 46*. *gen.*: *p. 816, 77*.

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

817, 2. 60. 818, 45. 72. al. gen. gerundii: p. 817, 22. 818, 50. 819, 14. 19. 24. gen. inhaer.: p. 814, 65. 815, 52.

abl. pro adv. ^{a}**meritō.** de scriptura: -ret-: v. CIL I^{2} p. 778. merto (cf. p. 814, 5): CIL I^{2} 62. 2675a. mir-: INSCR. Gall. Narb. Espér. 81. notatur meret, meri, mer, me, m (cf. CIC. de orat. 2, 240?): v. CIL I^{2} p. 778. de formis: -od: CIL I^{2} 9. 27. 32. 33. 360. 1696. comp. magis -o: LVCR. 5, 19 v. p. 824, 14. LIV. 28, 19, 3 -o m. quam utiliter. TERT. adv. Marc. 4, 12 p. 455, 22. superl.: maxime -o: INSCR. v. l. 56. -issimo et -issime: v. p. 825, 59. de notione: GLOSS. ἀξίως. εἰκότως, εὐλόγως. δικαίως. iuste. legitur inde ab ELOG. Scip. (CIL I^{2} 9) l. 54 et PLAVTO l. 42. 60. p. 824, 6. 11. 54. 825, 62. [falso trad. in parte codd. pro immerito: LVCAN. 8, 824. loco lacun.: TERT. resurr. 50 p. 104, 4.]

I *indicatur hominibus ea accidere, quibus digni sunt: fere i. q.* **digne,** *ex debito, congruenter cum factis, ut oportet, dignum est, decet (abundanter v. p. 804, 42. 808, 40. 811, 1):* **A** *qui digne afficitur, est subi. enuntiati; forma:* -o amaris *i.* amaris et mereris: **1** *de actionibus prosperis, secundis:* TVRPIL. com. 85 meres, -o ut diligare. CIC. Phil. 4, 9. 10, 13 et antea iure laudatus ... et hoc tempore -o laudandus est (13, 29 SEN. epist. 102, 19 PLIN. nat. 36, 18 QVINT. inst. 1, 5, 72. al. cf. l. 52. p. 824, 55). LVCR. 2, 998 -o maternum nomen adepta est terra (cf. 5, 822). CAES. carm. in Ter. 2 in summis ... poneris, et -o (cf. vol. V 2, 874, 63). PREC. terr. 15 LIV. 37, 54, 21. PLIN. epist. 4, 5, 3 oratio ... probabatur: an -o, scies, cum eqs. al. nota: HIER. epist. 60, 16, 5 ad haec -o explicanda et Thucydides et Sallustius muti sunt (i. his ut decet describendis non sufficiunt). **2** *de actionibus iniquis, adversis:* CIC. Verr. II 4, 151 illud ... -o reprehenderetur (QVINT. decl. 276 p. 128, 12). de orat. 2, 10 illudi (cf. PHAEDR. 3, 6, 10 derideri. QVINT. inst. 11, 1, 44 rideatur [decl. 298 p. 176, 16]. cf. l. 68). PVBLIL. Q 37 qui sibi non vivit, aliis -o est mortuus (cf. BELL. Alex. 11, 2 casurum. SALL. Catil. 51, 32 necatos. PROP. 2, 33, 29 iugulate. SEN. contr. 1, 2, 6 occisum). TIB. 1, 6, 82. PROP. 1, 17, 1 (in initio carminis:) et -o ... alloquor (Rothstein putat ellipsim [ut l. 84] statuendam). 1, 18, 15. LIV. 28, 34, 8 perisse (29, 15, 13. de TAC. hist. 1, 21, 2 v. Heraeus ad l.). al. VAL. MAX. 8, 5, 6 quam (cf. l. 71. 81 et l. 48) ... -o vel iniuria accusetur (SCRIB. LARG. praef. p. 2, 12 PLIN. epist. 7, 10, 3. cf. SCRIB. LARG. 84 essent culpandi [SVET. Vesp. 16, 1]). al. STAT. Theb. 2, 458 nil tela ... obstiterint, quin ausa luas ...: tu -o; ast horum miseret. al.

B *qui digne afficitur, non est subi. enuntiati; forma:* -o te amo *i.* amo te et mereris: **1** *c. verb. (c.* esse *et adi.: l. 72):* **a** *de actionibus prosperis:* PLAVT. Amph. 49 -oque vobis bona se facere (cf. Capt. 936 Persa 496). Asin. 545 Perfidiae laudes gratiasque habemus -o (Capt. 922 Iovi ... ago. Poen. 1274 vobis habeo. TER. Phorm. 894 PREC. terr. 22 OV. am. 1, 10, 43 LIV. 26, 41, 3). Capt. 415 -o tibi ea evenerunt a me (cf. VAL. MAX. 8, 15 pr. et l. 62). Cas. 181 neminem amo -o magis quam te (TER. Haut. 359 -o te a. [Eun. 186 Ad. 946 CIL XIII 10024, 43^{a}]. AFRAN. com. 248 ni tantum amarem talem tam [cf. l. 35] -o patrem. CIC. Att. 13, 21, 7. AVR. Fronto p. 60, 23 N. te -o a. [seq.: pro tuo merito]. CIL XIII 10024, 43^{b} a. te -o. cf. OV. epist. 15, 147 arsit [met. 8, 50 in illa]). al. TER. Andr. 574 -o te semper maxumi feci (NEP. Iph. 3, 4). CIC. Phil. 4, 6 laudavit (orat. 171 idque -o. PROP. 2, 15, 47. cf. l. 19). al. saepissime in titulis votivis (attuli non nisi antiquiora): ELOG. Scip. (CIL I^{2} 9) dedet Tempestatebus aide -eto⟨d⟩ (sim. CIL I^{2} 27. 31. 32. 45. 360. 384. 386. 693. 976. 1531, 4 [= CE 4, 4] donu danunt Hercolei maxsume -eto. al.). CIL I^{2} 28 Aescolapio donom dat lubens -o (33. 62. 387. 388. 390. 972. 987 INSCR. Epigraphica 2, 1940, 167. et saepe). 29 donum dat Aiscolapio -o lubens (392. 1583 v. s. m. l. 2541^{a} d. d. me. lu.). cf. p. 811, 1. 63.

b *de actionibus iniquis:* PLAVT. Amph. 572 -o maledicas mihi. Aul. 444 -o id tibi factum est (Bacch. 1132 TER. Eun. 387 SALL. Catil. 51, 29. cf. TER. Hec. 839 ne id -o mihi eveniret [VAL. MAX. 6, 6, 2]. CIC. Verr. II 1, 70 id ... illi -o accidisse [epist. 5, 17, 5 SALL. Catil. 51, 26 VELL. 2, 118, 4. al.]. sim. al.). Pseud. 476 esse iratum (TER. Hec. 505 CIC. Verr. II 3, 158. al. HOR. sat. 1, 1, 21 LIV. 36, 34, 3. al.). Trin. 683 ut me -o oderit (RVT. LVP. 2, 3 reprehendere atque odisse. PLIN. nat. 10, 13. cf. TER. Hec. 580). al. TER. Andr. 531 cogere (QVINT. inst. 2, 4, 15). Hec. 915 derides (cf. QVINT. inst. 8, 3, 19 risimus. v. etiam l. 29). RHET. Her. 3, 6, 11. CATVLL. 71, 2 si quem -o tarda podagra secat. PLIN. nat. 29, 19 occisuri: -o dum eqs. al. nota: OPTAT. 3, 3 p. 79, 17 quam (cf. l. 35) -o et bene eius sapientia humiliata est.

2 *c. adi. (et abs. et c. verbo* esse *posito. cf. p. 824, 20 sqq.):* **a** *in rebus prosperis:* CASS. Cic. epist. 12, 13, 2 -o tibi carissimi (BRVT. Cic. ad Brut. 1, 4 [= 9, 12], 3. NEP. Att. 2, 3 ut universis Atheniensibus -o esset c. AVR. Fronto p. 55, 8 N.). LIV. 37, 12, 8 quae auctoritas ... -o maxima erat. al. **b** *in rebus iniquis:* HOR. sat. 1, 4, 65 -one tibi sit suspectum genus hoc scribendi (IVV. 3, 222 -o iam suspectus. 10, 208). LYGD. 6, 55 perfida nec -o nobis inimica. OV. hal. 121 -o ... vilissima salpa. trist. 5, 12, 50 -o naufragus. LIV. 8, 39, 10 infestioribus -o deis quam hominibus (VELL. 2, 43, 1. VAL. MAX. 1, 1, 14 ad quam [cf. l. 35] ... -o sibi infestos). 34, 20, 3 -o infensorum (36, 14, 9). al.

3 *elliptice (cf. l. 22. 24. 38. p. 824, 19.):* CIC. Att. 4, 8^{b}, 2 dissimile, quod huic -o. OV. met. 6, 687 et -o! (in initio orationis [cf. l. 33] ut 9, 585). SEN. benef. 2, 14, 3. QVINT. decl. 368 p. 404, 24 sed ille -o: quippe raptorem. MVTIAN. Chrysost. hom. 20, 1$^{extr.}$ sermonem ..., quia -o, quia iuste (gr. εἰκότως ... δικαίως).

II *condicione vicissitudinis non subiacente significatur ea quae fiunt iuste fieri: fere i. q.* **iure,** *apte, ut aequum est, ut convenit:* **A** *generatim:* **1** *c. verb. affectuum sim.:* PLAVT. Persa 254 vitulor. VERG. Aen. 11, 502 sui -o siqua est fiducia forti (cf. TAC. ann. 15, 35, 3 defensioni -o diffisum). EPICED. Drusi 337 gaudebunt. SEN. contr. 9, 1, 2 -o tu ex Cimone habere nepotes concupisti. suas. 2, 6 omnia contempsit. VAL. MAX. 4, 7 ext. 2 veneror. al. **2** *c. verb. dicendi et iudicandi:* PLAVT. Trin. 105 -o ut ne dicant (LVCR. 4, 160 SALL. hist. frg. 1, 16 HOR. sat. 2, 3, 108 LIV. 5, 4, 7. al.). LVCR. 1, 481 vocare (VAL. MAX. 1, 8 pr. TAC. dial. 18, 1). 2, 698. 3, 715 ut -o inmortalis possit haberi (MANIL. 2, 874 SEN. dial. 2, 3, 4). 5, 19 quo magis hic -o nobis deus esse videtur (OV. trist. 5, 6, 22 SEN. benef. 5, 4, 4 epist. 49, 8). SALL. Iug. 4, 4 me magis -o quam ignavia iudicium animi mei mutavisse. VERG. Aen. 11, 392 arguet (VAL. MAX. 6, 8, 1). OV. Pont. 4, 12, 16 -o pectus habere neger. LIV. 22, 59, 10 se nobis -o praetulerint (VAL. MAX. 1, 6 ext. 3). al. elliptice: IVV. 15, 24 sic aliquis -o. huc pertinent (cf. etiam infra l. 45): AETNA 634 o maxima rerum et -o pietas homini tutissima virtus! VERG. georg. 2, 40 o famae -o pars maxima nostrae, Maecenas. PROP. 1, 9, 7 me dolor et lacrimae -o fecere peritum (i. iure me peritum dicere possum). sic saepe in praescriptionibus epistularum (nisi haec ad p. 813, 64 referre mavis) ut SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 87, 4 domino -o gloriosissimo ... Constantio (cf. l. 47. p. 823, 73). **3** *alia:* HOR. sat. 1, 6, 22 censor ... moveret ... ingenuo si non essem patre natus; vel -o quoniam eqs. OV. ars 2, 314 ars ... deprensa ... adimit ... fidem. Pont. 4, 2, 49 studium, quod tibi cedit, ama sacraque Musarum -o cole! LIV. 38, 46, 15 -o ... triumphum petent (cf. VAL. MAX. 2, 6, 12 -o sibi sapientiae laudem vindicaverit [4, 7, 5]. SEN. epist. 38, 1 -o exigis, ut eqs. QVINT. decl. 309 p. 217, 18 optasses). 40, 13, 6 ut -o ... invitatus ... abnueres (cf. TERT. adv. Marc. 4, 31 p. 527, 11 excusant se invitati). COLVM. 4, 29, 3 fieri prohibetur. PLIN. nat. 3, 5. STAT. silv. 5, 5, 76 properabat. QVINT. inst. 2, 8, 12. 8 prooem. 15 PLIN. epist. 1, 14, 1. SCHOL. Pers. 3, 44 p. 46 -o mihi lippitudinem accersebam, ne Catonis deliberativum recitarem (p. 47, 6 [Pers. 3, 48 iure]). al.

B *speciatim:* **1** *apud ICtos fere i. q.* lege, recte: VLP. dig. 47, 10, 17, 13 cui iure -oque curator ... constitueretur (PAVL. dig. 49, 14, 45, 12 iure ac -o restitui postulatur). COD. Theod. 11, 16, 8 inferri -o pensitanda. 11, 36, 1 contra quos -o iudicatum est. 13, 5, 19 qui -o esse navicularii debeant. NOVELL. Maior. 2 pr. quae -o fuerant solvenda. COD. Iust. 5, 50, 2, 1. APPEND. Visig. 2, 14 ut, qui -o res suas recipere poterant, iniuste amittant. EDICT. Theodor. 24. 130. **2** *i. q.* vere, re vera, sine dubio (cf. l. 20. 64): CIL VI 32415, 7 (c. a. 250) Vestali maximae, cuius egregiam morum disciplinam ... -o res p. in dies felicissime sentit. HIL. hymn. 1, 29 unus -o bonus (sc. deus). ATHAN. Lucif. epist. 6 p. 327, 13 dei gratia incolumem te ... conservet, -o homo dei. PRVD. ham. 40 ille deus -oque deus, quia primus et unus. DRAC. Romul. 5, 14 sub imagine civis impius hostis erat -o. COD. Iust. 6, 42, 30 acutissimi ingenii vir et -o ante alios excellens. 9, 41, 13. PASS. Mar. Iac. 13 p. 62, 15 o te -o Mariam!

ad I et II iuncturae: c. syn.: c. iure (cf. p. 825, 71): PLAVT. Most. 713 te ipse i. optimo -o incuses licet (CIC. Marcell. 4 quod ... ei -o atque o. i. contigit). CIC. Catil. 3, 14 -o ac i. laudantur (CYPR. mortal. 20 p. 309, 24). dom. 2 i. ac -o (LIV. 27, 13, 10 IVV. 2, 34. PAVL. dig. v. l. 40). SEN. clem. 1, 12, 1 i. -oque (CVRT. 10, 9, 3 FLOR. epit. 2, 19, 2 FRONTO p. 192, 17 N. VLP. dig. 4, 2, 14, 4. 47, 10, 17, 13 v. l. 39. APVL. apol. 20. 92 COD. Theod. 12, 1, 4 VINCENT. LER. 5, 7. 29, 9. 33, 6). PS. PHOEBAD. fid. 3 p. 38^{B} i. et -o. *c.* iuste: EDICT. imp. Diocl. II 5 i. ac -o. MAXIMIN. c. Ambr. 76 i. -oque. AVG. civ. 19, 13 p. 377, 13 D. -o i. que (22, 1 p. 554, 18 DRAC. laud. dei 3, 151). *c.* recte: CIC. Verr. II 5, 172 r. ac -o (LACT. epit. 50, 1). *c.* vere: CIC. Phil. 5, 37 -o v. que. *c.* libenter: PLIN. epist. 8, 6, 10 l. ac -o. 8, 6, 12 -o l. que. cf. p. 823, 57. *c.* digne (cf. p. 825, 58): TERT. adv. Marc. 2, 24 p. 368, 24 d. -oque (VICTORIN. POETOV. in apoc. 4, 7 p. 58, 5). RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 6, 2 d. ac -o.

III *indicatur aliquid pro ratione rerum accidere ex iis, quae antecedunt, iure concludi: fere i. q.* **consequenter,** *non sine causa, nimirum, necessario, ut consentaneum est (cf. B. Melin, Studia in Corp. Cypr., Upsaliae 1946, 79 sqq.):* **A** *loci selecti:* TER. Hec. 240 tuos esse ego illi mores morbum ... arbitror, et -o (i. nec mirandum) adeo, nam eqs. (cf. LVCR. 1, 107). LVCR. 6, 210 solis de lumine multa necessest concipere, ut -o rubeant (al. v. p. 825, 51). 6, 548 cadunt toti montes terrae motu ...; et -o, quoniam plaustri concussa tremescunt tecta ... pondere (PROP. 2, 12, 9 et -o ... manus Amoris est armata sagittis, ... quoniam eqs.). PS. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 16, 10. SEN. contr. 1 praef. 10 -o talia habent exempla, qualia ingenia. SEN. benef. 5, 24, 3 'tu utique ille non es'. '-o ... me non adgnoscis; nam eqs.' MART. 9, 45, 8. APVL. met. 2, 21$^{extr.}$ peregrinus es -oque ignoras eqs. mund. 33 (Ps. Arist. mund. 6 p. 400 a 22 διὰ τοῦτο). TERT. cult. fem. 2, 3 l. 24 quod (sc. caro) ... in vobis (virginibus) vacat, -o ... fastidiatis. fug. 1$^{in.}$ paracletum non recipiendo ... -o adhuc etiam aliis quaestionibus (abl.) obnixi estis (sc. nobis).

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adv. Hermog. 12 p. 139, 20 hac et ego definitione -o illum repercutiam. orat. 18 p. 192, 2 sic et die paschae . . . -o deponimus (*i. omittimus*) osculum. praescr. 43, 4 ubi veritas nulla est, -o et talis disciplina est. resurr. 37 p. 80, 2. spect. 9 p. 11, 3 talibus auctoribus quadrigae productae -o et aurigas coloribus idololatriae vestierunt. adv. Marc. 3, 2 p. 378, 25. 4, 16 p. 471, 20 quamdiu intra Israhelem erat sacramentum, -o in solos fratres misericordiam mandabat. 4, 21 p. 491, 18 et -o se pro suo homine deposuit. 4, 25 p. 507, 4. *al.* CET. FAV. 12 p. 297, 7 abies . . . habens . . . minimum terreni . . . -o non est ponderosa. AVG. op. monach. 32, 40 p. 592, 4 -o, qui hoc dicit, . . . pestiferam doctrinam conatur inducere. COD. Theod. 12, 1, 131. CONC.S I 3 p. 167, 6 et -o facit haec, hominem liberare volens (*gr. I 1, 2 p. 79, 23* λίαν εἰκότως). FAVST. REI. spir. 1, 7 p. 110, 24. 1, 11 p. 123, 25. 2, 4 p. 143, 22. *al.* *conexu liberiore fere i. q. igitur*: PS. ORIG. in Iob 1 p. 428C -o adhuc anteriore loquente alius nuntius venit ad Iob (*postea*: alter ergo n. v.). PRISC. LYD. solut. 4 p. 64, 28 *duae extremae zonae* sub ipsis . . . sunt polis . . ., -o longe remotae sunt ex via, per quam sol iter facit.

B *elocutiones notabiliores*: *antecedit enunt. condicionale*: SEN. epist. 115, 14 tam dulce si quid Veneris in vultu micat, -o illa amores . . . movet. PLIN. frg. Char. gramm. p. 180, 2 B. si de qua ludimus *rude*, -o 'e' littera claudi debet *ablativus*. QVINT. decl. 350 p. 377, 15 si dicis . . ., -o excludis *eqs.* TRYPH. dig. 3, 5, 37 si . . ., usuras non debiturum; sed . . . si . . ., -o usuras . . . praestaturum (FORT. Aug. c. Fort. 26 p. 109, 11 si . . .; si autem . . ., -o *eqs.*). TERT. anim. 6, 3 bapt. 2, 3 fug. 4extr. adv. Hermog. 19 p. 147, 9 CYPR. epist. 58, 3 p. 659, 8. *al.* *adiungitur enunt. causale* (*v. etiam p. 824, 75 et cf. iuncturam* -o . . . nam [*p. 824, 73. 80*]): *c.* cum: QVINT. inst. 6, 1, 4 ad preces confugit -o, cum sciret haec et haec. IVLIAN. dig. 1, 3, 32, 1 cum . . ., -o et ea, quae sine ullo scripto populus probavit, tenebunt omnes. GAIVS inst. 4, 97 VLP. dig. 28, 1, 18 pr. -o ergo (*cf. l. 47*) nec testis ad testamentum adhiberi poterit, cum neque testamenti factionem habeat (*sim.* 28, 1, 20, 7). TERT. anim. 51, 3 resurr. 50 p. 104, 16 adv. Marc. 3, 3 p. 379, 23 PORPH. Hor. sat. 1, 1, 117 CYPR. domin. orat. 17 p. 279, 18 COD. Iust. 6, 58, 15, 2. *c.* dum: APVL. met. 8, 16 Pegasum . . . metu magis volaticum fuisse ac per hoc -o pinnatum proditum, dum in altum . . . sussilit. CYPR. domin. orat. 24 p. 285, 11 epist. 34, 2 p. 569, 15. *c.* quia: TERT. resurr. 54 p. 113, 13 mors -o . . . devoratur, quia et ipsa . . . devorat. PORPH. Hor. carm. 1, 28, 1 NOVATIAN. trin. 15. 28 NOVELL. Valent. 8, 1, 2. CONC.S I 3 p. 175, 7 = I 5 p. 367, 9 (*gr. I 1, 3 p. 65, 27* εἰκότως). VICT. VIT. 2, 42 quia . . . suggerendum me promisi oblaturum, -o suppliciter peto *eqs.* *c.* quod: TERT. adv. Marc. 3, 9 p. 391, 2. *iuncturae* (*de* NOVATIAN. trin. *v. Melin p. 82 sq.*): -o itaque: SCRIB. LARG. 84 p. 36, 15 TERT. apol. 50, 4 adv. Marc. 4, 28 p. 516, 5 FAVST. REI. symb. 1 (Caspari Anecd. p. 319, 13). -o igitur: MIN. FEL. 31, 4 TERT. apol. 7, 14 resurr. 5 p. 32, 11 adv. Marc. 4, 26 p. 512, 8. -o ergo (*cf. l. 30*): TERT. praescr. 8, 4 resurr. 50 p. 104, 12 CYPR. domin. orat. 19 p. 281, 12 CET. FAV. 11 p. 296, 24 FORT. Aug. c. Fort. 20 p. 98, 27 NOVELL. Valent. 19, 1. ideo -o: VICTORIN. POETOV. in apoc. 5, 2 p. 64, 10. quapropter -o: AVG. civ. 8, 23 p. 356, 31 D. ut -o: LVCR. *v. p. 824, 74.* TERT. resurr. 15 p. 44, 10 MOYS. Cypr. epist. 31, 7 p. 564, 3 NOVATIAN. Cypr. epist. 36, 2 p. 573, 26 trin. 17 p. 60, 17. *al.* (*v. Melin p. 84 sqq.*). SVLP. SEV. chron. 1, 33, 1. COD. Iust. 1, 19, 8 quorum de sensu inter partes ita dubitari contigerit, ut etiam -o (*i. necessario*) nostrum expectetur iudicium. et -o: *v. l. 7. 11. p. 824, 72. 75.* NOVATIAN. trin. 21. 31.

meritē *adv.* *i. q. digne*: CASSIOD. Ios. antiq. 17, 13 p. 501, 38 ut digne (*cf. p. 824, 65*) ac -e negotia cuncta disponeret.

superl. **meritissimō** (*cf. p. 818, 40*) *et* **meritissimē** (*l. 64. 71. 72. 75 et* GLOSS. dignissime). -umo: *l. 62.* **1** *i. q. dignissime*: **a** *forma*: -o te amo *i. amo te et mereris*: *α de actionibus iniquis*: PLAVT. Epid. 430 me . . . derideret . . . -umo. CAECIL. com. 15 -o hic me eiecit. AVG. c. acad. 3, 19, 42 p. 79, 18 huius mundi philosophia, quam sacra nostra -e detestantur. *β de actionibus prosperis*: TVRPIL. com. 169 -o te magni facio. CIC. de orat. 1, 234 quem omnes amare -o . . . debemus. TEST. Quint. inst. 9, 2, 35 cui ego omnia -o volo. FRONTO p. 191, 13 N. -o tibi parem gratiam referundo. APVL. flor. 9 p. 29 quae . . . aliis . . . -o ignoscitis. 17 p. 83 quae in te -o admiramur. **b** *forma*: -o amaris *i. amaris et mereris*: *α de actionibus prosperis*: S. C. Plin. epist. 8, 6, 6 ut . . . industriae fructum -o ferat. SOL. 7, 18 Hymetto -e ac iure (*cf. p. 824, 53*) tributiur principatus. *β de actionibus iniquis*: IVL. Aug. c. Iul. op. imperf. 5, 7 -e patiuntur istum furorem.

2 *i. q. iustissime*: APVL. Socr. 8 p. 138 -o dixeris. COD. Iust. 7, 18, 1, 1 -o . . . responderunt. 8, 44, 13 (*a. 239*) -e rescriptum est.

comp.: immerito.

merepsicus *v. s. v.* myrepsicus. *Bulhart.*

meretrīcātio, -ōnis *f.* *a* meretricari. *i. q. actus meretricandi, fornicatio* (OP. imperf. in Matth. 15 p. 718in. fornicatio carnis est -o. GLOSS.L I Ansil. ME 458 -o lenocinatio, fornicatio [*cf. etiam s. v.* lenocinium]): CASSIAN. inst. 5, 20 quo *studio* -is vitium desecandum. *tropice*: CHRYSOST. repar. laps. 402a, 29 illa *Ierusalem* in prostibulum decidit et in -e novi generis (*allud. ad Ezech. 16, 31 sqq.*). RVFIN. Orig. in Ios. 3, 4 p. 305, 1 ecclesia haec Christi . . . ex peccatoribus velut ex -e (πορνείᾳ τῇ τῶν δαιμόνων) collecta (*cf. etiam l. 69. p. 829, 35*). PETR. CHRYS. serm. 115 p. 515D reperit in ea *synagoga* totius -is illuviem.

meretrīcius, -a, -um. *a* meretrix. NOT. Tir. 35, 88 -um. *inde a* PLAVTO. [*loco contextus incerti* (*cf. l. 53*): SEN. contr. 2, 4 (12), 3.] *i. q. ad scortum* (*virile: l. 37*) *pertinens* (*fere pro gen. subi. vel poss.: pro gen. obi.: l. 9. 51. 54*): **1** *pertinet ad multitudinem quarumlibet meretricum*: **a** *spectat ad ipsas personas*: PLAVT. Poen. 339 hodie est mercatus -us. OV. fast. 5, 349 turba (*cf.* AVG. civ. 2, 26 p. 92, 24 D. pompam). trist. 2, 311 corpora Vestales oculi -a cernunt.

b *pertinet ad varias res meretricum i. q. meretricum proprius, meretricibus conveniens* (*latiore sensu fere i. q. impudicus: l. 33*): *α de rebus incorporeis*: PLAVT. Bacch. 40 haud -um est (Most. 190 *seq. inf.* [*item* SERV. auct. Aen. 4, 23]. AMBR. Cain et Ab. 1, 4, 14). Cas. 585 non matronarum officiumst, sed -um . . . subblandirier. Cist. 41 quaestum (CATO orig. 16 SEN. contr. 1, 2, 4 PHAEDR. app. 3, 4 DON. Ter. Andr. 72 Eun. 748. *cf. l. 37 et* PS. RVFIN. in Os. 1, 2 p. 965A professione). Men. 906 ut mos est -us ([meretricibus *B*]. CIC. Cael. 38. 57 COD. Iust. 9, 9, 22 [*a. 290*]. LAMPR. Heliog. 2, 1 PS. RVFIN. in Os. 1, 2 p. 967A EVGRAPH. Ter. Haut. 256. 524). Truc. 318 blandimentis, oramentis, ceteris -is (*cf.* SEN. contr. 2, 4 [12], 7 nihil . . . -um). TER. Haut. 226 artis (ARNOB. nat. 4, 16 p. 154, 3. LACT. inst. 1, 17, 21 *Veneris*. 1, 20, 6 epit. 9, 1 PS. AVR. VICT. epit. 17, 5. HIER. in Ezech. 23, 28 sqq. p. 221A [*in interpret. alleg.; seq.* fornicationes]. GLOSS. II p. XII. *cf. l. 39*). LABER. mim. 34 me a matronali pudore prolubium -um (*Ribb.*, -e *Linds.*, meretricis *codd.*) progredi coegit. CIC. Cael. 49 in -a vita (50 v. institutoque -o). SEN. contr. 9, 2 (25), 24 lusus. APVL. met. 9, 7 astu. VLP. dig. 48, 5, 30, 4 adulterari -o quodam genere. ARNOB. nat. 4, 35 p. 170, 8 affectus . . . -ae vilitatis. DON. Ter. Eun. 796 verbum. Hec. 165 vitia. AMBR. Cain et Ab. 1, 4, 14 -o procax motu. in psalm. 118 serm. 4, 4 inlecebris. HIER. in Os. 2, 4 sq. p. 831C impudentiae. ANIAN. Chrysost. hom. 2, 5 modulos (*cf.* EVSTATH. Bas. hex. 4, 1 cantiones [*gr. utrobique* πορνικός]). AVG. doctr. christ. 3, 12, 20 turpitudo. EVSTATH. Bas. hex. 3, 8 mulierum pulchritudo -ae (ἑταιρικοῦ) formositati praeponitur. *pertinet ad scortum sexus masculini*: CIC. Phil. 2, 44 Curio . . . *Antonium* a -o quaestu (*cf. l. 17*) abduxit et . . . in matrimonio . . . conlocavit. PS. QVINT. decl. 3, 3 p. 43, 20 -is artibus (*cf. l. 23*) . . . eductum *militem*. 3, 6 p. 46, 24 -am obscaenae libidinis patientiam. 3, 16 p. 55, 7 necessitas. *β de rebus corporeis*: PLAVT. Poen. 192 munditiis. CIC. Cael. 1 opibus (*cf.* AVG. c. Faust. 22, 61 p. 657, 5 mercedis). SEN. nat. 7, 31, 2 colores. VLP. dig. 47, 10, 15, 15 veste (*cf. l. 47*). ARNOB. nat. 6, 14 p. 226, 10 ornatibus (VVLG. prov. 7, 10). VVLG. II par. 16, 14 unguentis. AVG. c. Faust. 22, 64 p. 659, 23 habitu (SVLP. Sev. chron. 1, 11, 2 MACR. somn. 1, 2, 19). *in imag.*: TAC. dial. 26, 2 melius est orationem vel hirta toga induere quam fucatis et -is vestibus insignire.

c *pertinet ad coniunctionem cum meretricibus*: CIC. Verr. II 1, 137 domus *scorti Verris* erat non -o conventu, sed praetoria turba referta. 3, 6 *Verris* cotidiana adulteria, -am disciplinam, domesticum lenocinium (4, 7). FIRM. math. 8, 26, 11 -o squalore . . . polluti (8, 30, 1).

2 *pertinet ad unam vel complures certas meretrices*: CAECIL. com. 234 in vicinitatem te -am cur contulisti? (*de ordine contextus non satis constat*). TER. Andr. 913 amores (CIC. Cael. 48. PLIN. nat. 3, 103 Hannibalis -o a. SERV. ecl. 10, 10. *cf.* AMBR. Abr. 2, 11, 78 -os . . . usus [*opp.* adulterio]. in psalm. 118 serm. 5, 46, 2 copulam. SIDON. epist. 9, 6, 2 -i blandimenta naufragii [*praecedit*: contubernio ancillae propudiosissimae]). Eun. 382 domum (960 CIC. Verr. II 4, 123. *cf.* AMBR. in psalm. 118 serm. 11, 3, 3 fores). FIRM. err. 10 p. 26, 26 -is legibus (*i. Veneris meretricis*) servit. AMBR. fug. saec. 1, 3 sermones (in psalm. 118 serm. 5, 30, 4 [*cf. 5, 30, 3* s. . . meretricis]). *de filio*: GLOSS.L III Abstr. SP 27 spurius: -us. V Abba SV 132 spurius . . . dicitur -us de ancilla seu meretrice natus.

n. pro subst. **meretrīcium**, -ī. *i. q. quaestus, consuetudo scortorum* (*cf. etiam l. 22*): PLIN. nat. 36, 82 opes -o . . . conquisitas. SVET. Cal. 40 quae -um (meretricum *pars codd.*, meritorium *Bentl.*, quae⟨stus⟩ meretricum *Buech.*) quive lenocinium fecissent. CALP. decl. 30tit. nepos ex -o susceptus (*cf. thema*: de meretrice susceptum). HIER. epist. 77, 3, 4 exercere -um. *tropice de idololatria* (*cf. p. 825, 82*): PS. ORIG. tract. 12 p. 130, 4 a -o nationum et fornicatione idolorum . . . populus congregandus erat. p. 133, 6 ex -o idolorum.

adv. **meretrīciē**. *i. q. meretricum more*: PLAVT. Mil. 872 quam digne ornata incedit, haud -e. ATTA com. 3 cum -e (*Buech.*, meretric(a)e *codd.*) nostro ornatu . . . lupantur. [*e coni. dub.: v. l. 27.*]

meretrīcor, -ātus sum, -ārī. *a* meretrix; *cf.* πορνεύειν *et de depon.* scortari, fornicari, moechari. CLEDON. gramm. V 56, 18 (*inter verba deponentia*). GLOSS. pellicientes: -antes.

i. q. scortari (*praecipue de feminis* [*de viris: l. 83. 84*]. *add.* cum: *p. 827, 4. 8. 10. 11.* post: *p. 827, 10*): ITALA Am. 7, 17 (Gild. Brit. 53 chron. III p. 57, 14) uxor tua in civitate -bitur (πορνεύσει, *Vulg.* fornicabitur [*cf. vol. VI 1123, 81*]). AVG. in psalm. 136, 9 libido scortantium et -antium. PS. AVG. quaest. test. I 43, 4 in Samson -antem. EVOD. fid. 47 *deum Manichaei* ex parte -antem (*de re cf. Keßler, RE*

[R.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

f. prot. Theol. 12, 208, 51 sqq.). EPIPHAN. in euang. 31 p. 56. 16 non quia -ando meretrices ... possunt ingredi in regno dei. LAVRENT. paen. p. 102^{D} non te iam dicimus meretricem, sed omnium -antium medicam. MART. BRAC. corr. 7 *Venus* cum innumerabilibus adulteris ..: -ta est. *tropice spectat ad perfidiam in deum*: HIER. hom. Orig. in Ezech. 8, 1 p. 401, 30 adsumpsit (*Ezech. 16, 26 sqq.*) exemplum animae -antis (RVFIN. Orig. in exod. 8, 4 p. 224, 14 amatores ..., cum quibus -ta est. p. 226, 7 [*syn. p. 224, 19* adulteria committebas. *p. 225, 14* cum ... fornicaretur]. 8, 5 p. 228, 10. in lev. 12, 7 p. 465, 21 post amatores. p. 466, 7 cum diabolo [p. 466, 9]). RVFIN. Orig. in exod. 8, 5 p. 227, 21 *spiritus immundi* cum infideli anima -antur (in lev. 12, 7 p. 466, 6. 12). in Ios. 7, 5 p. 332, 14 aliquando -bamur.

deriv.: meretricatio.

meretrīcula, -ae. *a* meretrix *demin.* NOT. Tir. 35, 87 *inter* meretrix *et* meretricium. GLOSS. πορνίδιον -a.

i. q. meretrix (vilis), scortillum sexus feminini: PLAVT. Rud. 63 avehit -as. Truc. 309 non ... -is munerandis rem coegit. VARRO ling. 7, 84 scortari est saepius -am ducere. CIC. Verr. II 3, 30 tres ... asseculae *Verris* ... a -a commendati. 5, 34 arbitrio Chelidonis -ae. nat. deor. 1, 93 -a ... Leontium. HOR. sat. 2, 7, 46 te coniunx aliena capit, -a Davum. LIV. 39, 9, 6 -ae (*cf. 5* scortum) munificentia sustinebatur (*M, Φ aliter*). VAL. MAX. 4, 3 ext. 3 *bis*. PLIN. nat. 36, 82. QVINT. inst. 11, 3, 74 in comoediis ... -ae, ancillae, ... matronae, puellae inter se discernuntur. PS. QVINT. decl. 1, 6 p. 8, 29 -ae ... immodica poscentis (*cf.* SCHOL. Hor. ars 238 rapax). SVLP. APOLL. perioch. Ter. Andr. 1 Haut. 10 Hec. 4. ARNOB. nat. 4, 24 p. 161, 11 -am Venerem divorum in numero consecratam (*cf. l. 4. p. 826, 24. 60. 828, 22*). DON. Ter. Eun. 745 (*cf. 746* meretrix). HIER. in Matth. 14, 11 p. 98^{B} *Flaminino* accumbenti iuxta -ae latus (*cf. p. 828, 9*). PRIMAS. in Hebr. 13, 4 p. 786^{D} cum -is fornicari. *in imag.*: HIER. in Gal. 3 prol. p. 399^{B} ut oratio rhetoricae artis fucata mendacio quasi quaedam -a procedat in publicum. BOETH. cons. 1, 1, 8 W. quis ... has scenicas -as (*sc. poeticas Musas*) ... permisit accedere (*cf. 1, 1, 11* Sirenes).

meretrīx, -īcis *f.* [*a* mereo. *J.B.H.*] *de orig.*: NON. p. 345, 3 *a merendo* (ISID. orig. 10, 182 diff. 1, 263 GLOSS.^{L} III Abol. ME 45). p. 423, 11 a manendo (*cf. p. 283, 17*) dictae sunt. *scrib.* -itr-: FAST. ann. Iul. Praen. Apr. 25 (CIL I^{2} p. 236) *et interdum in codd. (cf. e. g. Lodge, Lex. Plaut. s. v.). de formis* men- *et* mel- (*cf. Schopf, Die kons. Fernwirkungen 85. 93 et Niedermann, Mél. Saussure 66*): *trad.* men- (*nota* PROB. app. gramm. IV 198, 28 ⟨mere⟩trix non menetris): NON. p. 423, 10. 11 (*cf. supra l. 37*). LVX. anth. 374$^{tit.}$ mel-: PLAVT. Mil. 789 TVRPIL. com. 42 AFRAN. com. 136 NON. p. 202, 13 DIDASC. apost. 6, 11 (*v. p. 828, 41*). *de declin.*: *nom. sg.* -is: *v. l. 41. gen. pl. in* -um *inde a* PLAVTO *passim; in* -ium (*vix ap.* PLAVT. *p. 828, 16*): SEN. contr. 1, 2, 5 (-um *D*^{1}). NOT. Tir. 35, 86. *producitur syll. secunda*: BIBAC. carm. frg. 4 HOR. epist. 1, 18, 3. *de notione* (*cf. l. 60*): GLOSS.^{L} II Philox. ME 52 ἑταίρα. πόρνη. *gr. ubi nihil adnotatur, respondet* πόρνη. *in vertendo voc. hebr. q. e.* cadesoth (קְדֵשׁוֹת): HIER. in Os. 4, 14 p. 852^{A} (*p. 851* effeminatos). *de re v. Blümner, Privatalt. 367 sqq.; Navarra ap. Daremb.-S. III 1834 sqq.; K. Schneider, RE XV 1018 sqq. inde a* PLAVTO. *in tit. comoediae*: NON. p. 202, 13. 536, 8 Caecilius -e. [*it. sept. vet.* meltris, *francog. vet.* meautris. *M.-L.*] [*falso trad.*: PLAVT. Truc. 131 *A.*]

mesodīgestus, -a, -um. *a* mesus (*cf. p. 581, 78*) *et* digestus (*cf. Mørland, D. lat. Orib.-Übersetzungen 132*). *i. q. non satis digestus, semicoctus*: Oribas. syn. 5, 17, 1 La p. 59, 33 *vinum* digerit -us (*gr.* ἡμιπέπτους) humores (*Aa p. 60, 2* eos humoris, qui non fuerint perdigesti).

solet ... cantio habere ... aliquando et in medio hoc est inter strophen et antistrophen **mesōdon** Fortvn. gramm. VI 295, 11. *gr.* μεσῳδός.

mesogēa, -ōn *n. pl.*, (τὰ) μεσόγεια. *i. q. partes mediterraneae*: Ravenn. 2, 16 p. 27, 26 diversas -on Graecorum patrias. p. 27, 37 supra scriptas -on patrias.

mesogīa, -ae *f.*, (ἡ) μεσόγεια, μεσόγαια. *i. q. terra continens, mediterranea*: Ravenn. 2, 16 p. 27, 6 ponuntur diversae patriae in -a Graecorum. 4, 6 p. 48, 33 ad -a (*i.* -a(m); *an n. pl.?* [*cf. l. 42*]) ipsius patriae Tratiae (*i. Thraciae*) *sunt* diversae civitates.

mesogītēs *v. Onom.*

mesoīdēs *adi.*, μεσοειδής. *i. q. genus modulationis mediis chordis conveniens*: Mart. Cap. 9, 965 *v. vol. V 1, 1554, 78.* 9, 966 *v. vol. VI 3147, 22 sqq.*

mesolabus, -ī *m.*, μεσολάβος (*cf. F. Hultsch, BphW. 17, 1897, 771*). *i. q. instrumentum mathematicum* (*cf. Knaack, RE VI 363, 11 sqq.*): Vitr. 9 praef. 14 Archytas cylindrorum descriptionibus, Eratosthenes organica -i ratione idem explicaverunt.

mēsōlaeum, -ī *n. v. s.* Mausoleum.

mesoleucium, -ī *n. v. l. 67.*

mesoleucos, -on (*acc.* -on *et* -um), μεσόλευκος. *i. q. in media parte albus, colore albo intermixtus*: Plin. nat. 37, 174 -os fit *lapis* mediam gemmam candido distinguente limbo (1, 37, 63). Epit. Alex. 2 diadema et tunicam -um (moso- *cod., corr. m. pr.*) ... ceteraque ornamenta regia. *nomen herbae*: Plin. nat. 27, 102 leuce *herba* ... nomen ex causa accepit, per medium folium candida linea transcurrente, quare -on (-uton, -cton, -poleucon *vv. ll.*) quidam vocant ...; fortassis eadem sit quae leucas appellatur (1, 27, 77 leuce sive -ium sive leucas).

mesomacros *m.*, *μεσόμακρος. *pes metricus inter pedes heteroplocos pentasyllabos*: Diom. gramm. I 481, 16 -os ex duabus brevibus et longa et duabus brevibus temporum sex. *cf.* mesobrachys.

mesomelās *adi.*, *μεσομέλας. *i. q. in media parte niger, colore nigro intermixtus*: Plin. nat. 37, 174 -s *fit lapis* nigra vena quemlibet colorem secante per medium (*inde* Isid. orig. 16, 11, 6, *ubi* mera-, mero- *vv. ll. cf.* Gloss.[L] I Ansil. ME 521 -a⟨s⟩ genus gemmae nigrioris). 1, 37, 63.

meson *v. s.* mesos.

mesonauta, -ae *m.*, *μεσοναύτης. *qui medium locum inter gubernatorem et remiges tenet*: Vlp. dig. 4, 9, 1, 2 (*ex Pompon.*) nec ... debet *qui navem exercet* ... per remigem aut -am obligari, sed per se vel navis magistrum.

mesonyctium, -ī *n.*, μεσονύκτιον. *quod media nocte fit* (*sc. in ritibus Matris Magnae; cf. Henri Graillot, Le culte de Cybèle ..., Paris 1912 p. 130. 158*): CIL XIII 1751 (*in latere dextro arae taurobolii; a. 160*) cuius -um factum est v id. Dec.

mesopicātum (*sc. vinum*) medium picatum. dimidium picatum Gloss. (*cf. Svennung, Wortstud. Oribas. 98[1]*).

mēsor, -ōris *m. v. s.* mensor (*p. 753, 24*).

***mesos,** -ē *et* -a, -on, μέσος. *in usu sunt potissimum formae sing. in* -on, -ē, -ēn *et gen. plur.* -ōn; *formae rariores: f. sing. nom.* -a (*cf. etiam l. 8*): Varro ling. 5, 118 Plin. nat. 19, 174; *gen.* -ēs, *abl.* -ē, *acc. plur.* -ās: Boeth. mus.; *n. gen. sing.* -ου *v. l. 17.* *saepe scrib. litt. gr.* [*dub.*: CIL XIV 1352 quod est -a (*'videtur corruptum'. Dessau*).]

i. q. medius: **1** *de animantibus*: *pertinet ad ordinem*: Ps. Cens. frg. 12, 3 p. 65, 15 (*v. vol. VI 3147, 31*). *pertinet ad tempus* (*m. pro subst.*): Ps. Soran. quaest. med. 65 -on i. e. mediam aetatem (*opp.* neon *et* geronton).

2 *de rebus*: **a** *proprie de loco*: Varro ling. 5, 118 *v. p. 738, 39.* Ps. Soran. isag. 21 *v. vol. VI 2610, 56.* *in arte geometrica*: Mart. Cap. 6, 720 (*t. t. gr.*). *de collocatione verborum*: Schol. Stat. Theb. 2, 366 cetera διὰ -ου (dia -on *P, suprascr.* i. ex medio *M*, per parenthesin *L*) inserta sunt. **b** *translate*: *in serm. scriptorum rerum naturalium et medicorum*: Plin. nat. 19, 174 laudatissima est *cannabis* e medio *genere*, quae -a vocatur. Ps. Soran. quaest. med. 94 quid est -on nosema? aegritudo, quae ... mutatur ... nunc in peius nunc in melius. Cael. Avr. chron. 1, 1, 27 in usu mediae materiae, quam -ην ὕλην appellant. *in serm. philosoph. i. q.* ἀδιάφορος (*cf. p. 592, 52 sqq.*): Cens. 1, 2 huiusmodi sita in lubrico bona malave per se non esse sed τῶν -ων. *in arte gramm.*: *de distinctione* (*cf. p. 592, 68 sqq.*): Diom. gramm. I 437, 18 dicitur media graece -η (-e *codd.*). (Mar.) Victorin. gramm. VI 192, 11 (= Avdax gramm. VII 324, 16) medio *loco ponitur distinctio*, cum respirandi spatium legenti dat, et dicitur -e (*opp.* finalis *et* subdistinctio). *de vocibus natura ambiguis* (*cf. p. 592, 39 sqq.*): Don. Ter. Eun. 237 'ornatus' ton -ων (*i.* τῶν -ων) est: ad decus et ad turpitudinem. Phorm. 469. Serv. Aen. 11, 458 rauci τῶν -ων est: nam modo canoros significat, alias vocis pessimae. *et saepe* (*v. Mountford-Schultz, ind. 180*). *in arte musica*: Vitr. 5, 4, 7 *tetrachordum* secundum medianum, quod appellatur -ον ([*an* -ων? *cf. l. 45*]. -on *codd.*).

f. pro subst. mesē *sc.* χορδή (*cf.* Mart. Cap. 9, 931 octavus *sonus* -η hoc est media. Boeth. mus. 1, 20 p. 206, 23. 1, 26 p. 218, 24): Vitr. 5, 4, 5 hypate -on (5, 5, 2), -e. *ibid.* parhypate -on, lichanos -on (*cf.* Ps. Cens. frg. 12, 3 p. 65, 18 sq. Mart. Cap. 9, 931. 954 Boeth. mus. 1, 20 p. 206, 23. *al.*). 5, 5, 2 ad -en *sonantia vasa* (*cf.* 5, 5, 5 habet symphoniarum *quarundam* communitates). 5, 5, 4 ad chromaticen -on. 5, 5, 5 ad diatonon -on (Mart. Cap. 9, 931 -ων δ. id est mediarum extenta. Boeth. mus. 1, 22 p. 214, 15. *al.*). Boeth. mus. 1, 20 p. 209, 22 tetrachordum -on (*cf. l. 35*) ... quasi mediarum (*al.*). p. 211, 26 proslambanomenos a -e octava est. 1, 27 p. 219, 9 Sol -en obtinuit. p. 219, 25 ut sit ... caelum ultimum -e. *saepe* (*v. Friedlein, ind. 460*). *in imag.*: Varro Men. 458 autumnitas in anni tetrachordo -ην (*Onions,* mensem *Non. p. 71, 12,* mensum *Non. p. 193, 20*) praeterierat.

v. etiam mesus *et cf. Onom.* Mesa *et* Mese. *comp.*: *?*mesosupercilium. *cf.* mesiacer. mesodigestus. mesopicatum.

mesosphaerum *n. adi.* *a gr.* μεσόσφαιρος, -ον. *i. q. mediam pilam habens*: Plin. nat. 12, 44 *nardum*, quod minore folio est, -um (-pherus, -ferum *codd.*) appellatur; emitur X LXX (*opp.* hadrosphaerum [*q. v.*] *et* microsphaerum).

*?***mesosupercilium,** (-ī) *n.* *a* mesos *et* supercilium. *i. q.* μεσόφρυον *quod medium est inter supercilia*: Alex. Trall. 1, 50 *v. p. 582, 27.*

medietates, quas Graeci **mesotētas** (μεσότητας) appellant Cic. Tusc. 23.

[Isaias *accepit vestem* **mesotropam** (mesotratam *v. l.* '*forte melius legeretur* mesotretam' *Baluzius.* mesopristam *Hagen.* **mesotrōtam** *coll. gr.* ἡμίτρωτος *coni. in plag. Svennung adnotans illa veste mortem Iesaiae [cf. Tert. patient. 14 Priscill. tract. p. 47, 18. al.] alludi*) Ps. Cypr. cena p. 927[B].**]**

'sentis' ... verbum (*Verg. Aen. 3, 360*) tam primis quam ultimis iungitur et ob id **mesozeugma** (*μεσόζευγμα) nominatur Diom. gramm. I 444, 14 (*opp.* hypozeugma). *cf.* Sacerd. gramm. VI 456, 16 de **mesozeuxī**. -is (*μεσόζευξις) est cum superiorem et inferiorem orationem verbum in medio positum ordinat ut (*Verg. Aen. 1, 3*) 'multum ille et terris iactatus et alto' *eqs.* *comp.*: promesozeuxis.

mespilum, -ī *n. et* **mespila,** -ae *f.* (**mespilus,** -ī *f. l. 82. 84*), τὸ μέσπιλον *et* ἡ μεσπίλη. *de orig.*: Isid. orig. 17, 7, 14 -a arbor spinosa ... appellata, quod pilulae formam habeant eius fructus. *scrib.* -pel- (*cf. et l. 79. p. 855, 3. 19. 27*): Philvm. med. 2 p. 115, 18. 123, 8 M. (*P 32*). Oribas. syn. 6, 39, 2. 7, 20, 13 (*La*). -per- *vel* -pir- (*cf. Niedermann, Contrib. à la crit. ... des gloses lat. 32*): Gloss. mis-: *p. 855, 1.* nespula (*cf. p. 855, 3 et post alios Graur, Romania 53, 1927, 300 sq.*): Gloss. *de genere* (*cf. Svennung, Unters. Pallad. 139*): *de arbore*: *n.* -um: Plin. *p. 855, 10.* Pallad. *p. 855, 14. 15.* *f.* -a: Plin. *p. 855, 8. 11.* Diosc. *p. 855, 16.* Isid. *l. 74.* *f.* -us: Pallad. *p. 855, 14. 16.* *de fructu*: *n.* -um: *passim.* *f.* -a: Plin. Val. 5, 27 Diosc. 5, 46 Cael. Avr. *p. 855, 36* Oribas. syn. 2 add. p. 148, 22 Mø. *f.* -us: Pallad. [R.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

l. 25. NOT. Tir. 105, 31 (*post* sorbum): -um (mispillum *A*). GLOSS. *μέσφυλλον. ουον. ἀχράδες.* duratia (*i.* duracina) quae multum constringit. III 562, 47 epimelida i. nespula. [*it.* nespola, *francog.* nèfle, *hisp.* nispola. *M.-L. francog. vet.* melle, *francog. mer. dial.* mesple. *R.*]

1 *de arbore ('mespilus germanica L.' sim.; cf. Berendes, Diosc. Arzneimittell. 138): de natura, cultura sim. (cf. et p. 854, 74):* PLIN. nat. 15, 84 -is tria genera (1, 15, 22 -ae genera III): anthedon, setania; tertium degenerat, . . . quod Gallicum . . . vocant (*eqs.*). non fuit haec arbor in Italia Catonis aevo. 17, 59 -a semine nasci possunt. 17, 67 hoc modo plantantur . . . sorbi (*cf. l. 22. 29. 31. al.*), -ae. 17, 221 -a quoque in senecta obnoxia ei morbo est. GARG. MART. med. 47 -i arborem Dioscorides contentus agrestem nominasse praeteriit. PALLAD. 3, 25, 32 -us inseritur. 4, 10, 19 -a (-i *E*) locis calidis maxime gaudent *eqs.* ins. 69 -a . . . pugnacibus horrida membris. 106 semina dura piri . . . -us . . . tuta subit. DIOSC. 1, 129 -a (*gr. 1, 113 μέσπιλον τὸ δένδρον*) semen habet rotundum *eqs.* *alia*: PLIN. nat. 13, 64 prunus Aegyptia . . . pomo -i. GREG. TVR. glor. conf. 49 p. 777, 15 caput eius ramus -poli arboris percuteret.

2 *de fructu: generatim*: PLIN. nat. 15, 68 Idaea ficus . . . sapore -i. 15, 84 malorum . . . pirorumque generi adnumerentur iure -a atque sorba. 15, 112 *corium* in -is manditur. 15, 115 quaedam *poma* vasculis constant ut Punica et -a lotosque. 17, 230 vermiculationem . . . sentiunt mala, pira, -a. 21, 88. PALLAD. 4, 10, 22 -a ad servandum leguntur necdum mitia. ins. 91 -us . . . niveo plena liquore. MACR. Sat. 3, 19, 6 Cloatius sic eorum (*sc. pirorum*) vocabula discernit . . . -um serum. GLOSS. III 578, 58 ossa de -pula. *in usu praecipue medicorum (cf.* PLIN. nat. 1, 23, 73): PLIN. nat. 14, 103 vinum fit . . . et e cornis, -is, sorbis (THEOD. PRISC. log. 101 DIOSC. 5, 46). 23, 141 -a . . . reliqua adstringunt stomachum (MARCELL. med. 20, 25. CAEL. AVR. chron. 4, 3, 70 pira, sorba, -a. *cf. etiam l. 2*). PHILVM. med. 2 p. 115, 18 M. p. 123, 8 aqua, in qua coxeris . . . sorbas aut -as (MARCELL. med. 11, 1. 31, 13 SORAN. p. 102, 20 PLIN. VAL. 5, 27 THEOD. PRISC. eup. faen. 53 log. 93. 101). p. 126, 14. CAEL. AVR. acut. 3, 27, 209 dare debemus . . . -a. chron. 4, 3, 51 iniciendus . . . sucus . . . -ae. ORIBAS. syn. 2 add. p. 148, 22 M. 6, 39, 2. 7, 20, 13 (-pela *La*).

messāla *v.* Messala (*Onom.*).

?**messālis**, -e. *a* metere, messis. *i. q. messorius, ad messem (vel messorem) pertinens?*: PAVL. FEST. p. 379, 18 vernisera -a (mens- *edd. vett.*, Messalae *Aug.*) auguria. COSMOGR. 1, 25 circa sextum Philippi, quod praedium -e (*V, Heraeus dubitanter in exemplari suo,* mis- *L, Riese; an* Messalae*?*) appellatur, geminatur *Tiberis*.

unctus . . . hebraice 'messias' est: unde et punice **messe** dicitur 'unge' AVG. in euang. Ioh. 15, 27. *cf. hebr.* מְשַׁח. *R.*

messīcius, -a, -um. *a* messis (*an a* metere*?*). *i. q. messorius, ad messem pertinens*: CIL VIII 14428 (*a. 181 in lapide Mezuarensi lacero*) aratorias IIII, sartorias IIII, -as IIII (*sc. operas? cf. p. 862, 8 et Leumann, Glotta 9, 1918, 162*).

messio, -ōnis *f.* *a* metere. [*it. sept.* messon, *francog.* moisson. *M.-L.*]

1 *i. q. actio metendi (c. gen. obi: l. 53. 57. 64)*: **a** *sensu strictiore*: **α** *proprie*: VARRO rust. 1, 50, 1 frumenti tria genera sunt -is. EXPOS. mundi 12 *incipit* hinc seminatio et -o. SCHOL. Hor. gloss. *Γ* epist. 2, 1, 140 (*ad* 'condita post frumenta') post -em (*item de tempore metendi*: VVLG. II reg. 21, 9 in diebus messis primis, incipiente -e hordei). VITAE patr. 5, 14, 14 renuntia -i huic (*gr. Nau 1909 p. 376 n. 291 τῷ θερισμῷ; cf. etiam p. 862, 21*). CONC. Aurel. a. 538 p. 82, 15 de opere . . . rurali i. e. . . . sectione, -e, excussione . . . abstenendum. **β** *in imag.*: HIER. epist. Pachom. 4 p. 87, 20 B. ut . . . culturae studia tempore -is inveniant (*cf.* CAPREOL. epist. 2 Conc. II 3, 3 p. VII 2). **b** *sensu latiore de actione caedendi fere i. q. eversio, exstinctio*: HIER. in Is. 27, 11 p. 311C (*in interpret. alleg. v.* messis) cum siccitatis et -is Ierusalem et ut apertius loquar vastitatis tempus advenerit (*cf.* in Os. 6, 11 p. 872A -is tuae. VVLG. Ier. 51, 33 veniet t. -is *filiae Babylonis* [*syn.* t. triturae]).

2 *metonymice i. q. fructus, proventus*: **a** *proprie de segete frumentorum*: ITALA Iob 18, 16 (Hier. interpr. Iob ad l. *et* Aug. in Iob p. 547, 19) desursum irruet *impii* -o (*θερισμός, Vulg.* messis). VVLG. Iob 29, 19 *v. p. 859, 53.* HESYCH. in lev. 19, 9 p. 1023A relinquere quasdam . . . de -e et vindemia reliquias (*cf. p. 862, 25*). 25, 22 p. 1119A semen . . . , de quo -o in quinquagesimo anno proventura erat. 27, 30 p. 1176C fruges . . . in praesenti lex -em, quae est de semine, dicit. **b** *alleg. de eis, quae iniquitas quasi sata profert*: GREG. M. moral. 5, 35 (*ad Iob 4, 8* seminant dolores et metunt eos) hoc loco doloris (*i. perverse agendi rationis*) -o non iam poena, sed adhuc perfectio (*cf. p. 860, 58*) iniquitatis ostenditur, quia ex divinae irae spiritu eiusdem -is poena subrogatur. *Lambertz.*

*1. **messis**, -is *f.* [*a* metere. *J. B. H.*] *de orig.*: VARRO rust. 1, 50, 1 -is proprio nomine dicitur in iis quae metimur, maxime in frumento, et ab eo esse vocabulo declinata. 1, 50, 2 metitur . . . , ut stramentum medium subsicent . . . : a quo medio -em dictam puto. ISID. orig. 17, 2, 6 -is a metendo id est a recidendo dicta. *de scriptura et formis*: mesis: PLAVT. Epid. 718 (*BE*[1]). Trin. 529 (*B*). NOT. Tir. 72, 88 (*post* metit). *nom. sg.* -es: ITALA Luc. 10, 2 (cod. e). COMM. instr. 1, 25, 6 *C.* *acc. sg.* -im (*cf.* CONSENT. gramm. V 355, 23): PLAVT. Epid. 718 (-em *v. l.*). Most. 161 Poen. 1019 COM. pall. inc. 68. CATO agr. 134, 1 (*apogr. recc. et Vict.*, -em *V*, -is *A*). VARRO rust. 3, 2, 6. COLVM. 2, 11, 5 (*cod. Polit.*). FRONTO p. 102, 26 N. GELL. 2, 29, 7. 9. -em: PLAVT. Rud. 637 Trin. 33 CATO agr. capp. 143 VARRO rust. 1, 13, 5. *et passim.* *abl. sg.* -i (*cf.* CHAR. gramm. p. 52, 1 B.): VARRO ling. 5, 21 rust. 1, 53. NEMES. ecl. 1, 67 (*Maehly metro flagitante,* -e *codd.*). -e: VARRO rust. 1, 6, 1. *et passim.* *gen. pl.* -ium (*cf.* CHAR. gramm. p. 52, 1 B.): PLIN. nat. 13, 64. *al.* SVET. Iul. 40, 1 APVL. met. 6, 2. *al.* *acc. pl.* -is: VERG. ecl. 8, 99 georg. 1, 161 (*P; item* 4, 330). STAT. silv. 2, 6, 66. *al.* *de genere* (*cf.* EXC. Bob. gramm. I 553, 6): NON. p. 213, 33 -em generis feminini. masculino Lucilius (707): potius quam non magno -e (*Merc.*, magnum esse *codd.*) non proba vindemia. ?LIB. iubil. 29, 16 ad -em autumnum. *de plurali* (*cf.* SERV. georg. 2, 6 cum vindemiam numero singulari dicimus unius anni significamus, cum plurali multorum, ut -em et -es): *plur. extat inde a* LVCILIO (*p. 857, 5*), VARRONE (*l. 47 sq.*), VERG. *potissimum sensu metonymico (s. II); significatur -is plurium temporum e. g. l. 47. 58 sq. 72. p. 857, 47, plurium specierum e. g. l. 53. p. 858, 3, variorum locorum e. g. l. 48. 68. p. 858, 9; plur. poet. e. g. l. 70. p. 858, 32.* *de notione* (*cf. etiam p. 857, 1. 47. 859, 2. 860, 49*): FEST. p. 202, 20 olivetam antiqui dicebant, cum olea cogebatur: ut -em cum frumenta aut vindemiam cum uvae. GLOSS. *θερισμός. θέρος. ἄμητος.* *leg. inde a* PLAVTO; *frequentatur prae ceteris ab* ENNODIO (*not. s. II A 2*). [*it.* messe, *francog. vet.* mes, *hisp.* mies. *M.-L.*] [*falso trad.*: AETNA 498 *v. p. 429, 64.* LIV. 42, 42, 2 PLIN. nat. 24, 149. *dub.*: VARRO Men. 184 (*v. p. 738, 67*). *v. l. dub. vel falsa*: COLVM. 2, 10, 33. LVCAN. 6, 521 (-is *U*, segetis *cett.*). CALP. ecl. 5, 34 (*v. p. 277, 49*). *e coni. probabili*: MANIL. 3, 598 (*v. p. 746, 79*). *e coni. dub. vel falsa*: VARRO Men. 150. MANIL. 5, 689 (*v. p. 740, 65*). TERT. adv. Val. 31 p. 206, 19. ORIENT. comm. 1, 505 (*v. p. 712, 30*). *saepius confunditur c. v. q. e.* mensis *e. g. p. 857, 44. 52 sqq. p. 858, 48. 74. 859, 61. 74.*]

I *i. q.* ***sectio***, *actio vel tempus metendi, secandi*: **A** ***strictiore*** *sensu de sectione, quae fit colligendi, condendi, fruendi causa (pertinet potissimum ad metenda frumenta; opp.* vindemia: *l. 45. 55. p. 857, 16. de sectione aliarum herbarum: l. 48. 71. de mellatione: p. 857, 1)*: **1** *de actione metendi (c. gen. obi.: l. 48. 55. 80 p. 857, 10. 33)*: **a** *proprie*: PLAVT. Poen. 1019 mergas datas ad -im. COM. pall. inc. 68 quasi ⟨si⟩ messor per -im unumquemque spicum colligit (VARRO rust. 1, 63 far, quod in spicis condideris p. -em. *v. et p. 857, 29 et cf.* GAIVS dig. 50, 16, 30, 1 spicae in -e deiectae). CATO agr. capp. 143 antequam -em incipias. agr. 134, 1 priusquam -im facies (LEX agr. [CIL I² 585] 95 quae -is [*olei?*] vindemiaque [*cf. l. 47 et* VLP. dig. 37, 9, 1, 25] . . . ⟨fiet⟩. VARRO rust. 1, 27, 3 aestate fieri -es . . . , autumno vindemias. 1, 32, 1. 1, 53. 2, 2, 12 quibus in locis -es sunt factae. BELL. Afr. 20, 4. COLVM. 2, 10, 28 -em primam eius *herbae*. 2, 20, 2. 11 argum. p. 64, 12. PLIN. nat. 18, 295. 298 oraculum . . . : biduo celerius -em facere potius quam biduo serius. VLP. dig. 39, 1, 1, 12. PAVL. dig. 7, 4, 13 si fructuarius -em fecit [*v. et p. 888, 42*]. *cf. p. 857, 4. 5 et* GERM. frg. 4, 16 perfecta -e. COLVM. 11, 2, 54 -is conficitur. 12, 10, 1 exactis iam -bus [PLIN. nat. 18, 169 peragitur. TERT. Scap. 3 p. 543, 3 Oe. -es suas non egerunt]. PALLAD. 8, 1 tritici -is expletur). VARRO rust. 1, 17, 2 fructibus vindemiae aut -is (CIC. inv. 1, 40 accidit omnibus eodem fere tempore. COLVM. 7, 3, 11 ut -em vindemia . . . excipiat. PLIN. nat. 18, 280 vergiliae . . . semestri spatio intra se -es vindemiasque . . . complexae. SVET. Iul. 40, 1 -ium feriae aestate . . . vindemiarum autumno [*cf.* VLP. dig. 2, 12, 1 pr. ne quis -ium vindemiarumque tempore adversarium cogat ad iudicium venire. *sim.*: 2, 12, 1, 2. 2, 12, 3 pr. PAVL. dig. 2, 12, 4 -is vindemiarumque causa. *cf. et p. 857, 32 et Marquardt, Staatsverw. 202*]. *v. etiam l. 37*). CIC. de orat. 1, 249 quid sit sementis ac -is (VVLG. gen. 8, 22 [*coniung.* frigus et aestus, aestas et hiems. *cf. p. 857, 26*]. *sim.*: HEGES. 5, 27, 1 p. 362, 24 *agricolae* procinctus laboriosior -is quam segetis, vindemiae quam putationis. *v. et p. 857, 14*). TIB. 2, 1, 19 neu seges eludat -em fallacibus herbis. LIV. 2, 5, 3 seges farris . . . fuisse matura -i (*cf.* 22, 43, 5 maturiora -bus Apuliae loca). SEN. Med. 761 -em vidit hibernam Ceres (*in exemplis ordinis temporum mutati; cf.* Herc. O. 469 bruma -es videat. *v. et p. 858, 8*). COLVM. 2, 18, 3 faenisicia sequitur cura -is. 10, 255 odoratis -is iam floribus instat. PLIN. nat. 6, 58 *in India* binae aestates in anno, binae -es. 18, 296 -is ratio varia. 1, 28, 72 de -bus. STAT. silv. 3, 3, 90 quod -bus Afris verritur. MART. 8, 56, 18 Thestylis . . . rubras -bus usta genas. PS. QVINT. decl. 12, 4 p. 221, 2 ingratae -is irritus labor. LEX Manc. (CIL VIII 25902) 18 in -em op⟨eras⟩ (*cf. p. 855, 48. 862, 8*) . . . pr⟨estare⟩. FRONTO p. 197, 11 N. quis segeti torridae -em procrastinat? GELL. 2, 29, 7 -im hanc nobis adiuvent *amici*. 2, 29, 9. APVL. met. 6, 2 per laetificas -ium caerimonias (*cf.* VVLG. exod. 23, 16 sollemnitatem -is primitivorum). AMM. 29, 6, 6 occupatam circa -em agrestem . . . plebem. SVLP. SEV. chron. 1, 25, 2 de campo -is domum reverteni. VITAE patr. 5, 7, 22 de -e (*gr. Nau 1908 p. 276 n. 192 ἀπὸ τοῦ θερισμοῦ*) veniebat (*cf. p. 862, 19*). 5, 14, 14 vadens ad -em (*Nau 1909 p. 376 n. 291 εἰς θέρος. cf. p. 889, 45*). *al.* *nota de collectione*

[R.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mellis: VERG. georg. 4, 231 duo tempora (*cf. l. 16*) -is (SERV.: id est fructus: Iuvenalis [*p. 860, 24*]). COLVM. 9, 15, 8 priore -e . . . quinta pars favorum, posteriore . . . tertia relinquenda est.

b *in imag.*: PLAVT. Rud. 763 tibi -is in ore fiet mergis pugneis (*i. verberibus*). LVCIL. 549 si -es facis (*sc. ex carminibus alienis*). HIL. in Matth. 12, 7 -is suae operarios paraturus Christus (*cf. p. 861, 63*). VVLG. Matth. 13, 30. 39 -is (θερισμός) . . . consummatio saeculi est (*cf. infra l. 61 et* HIER. in Gal. 6, 9 p. 432A esse . . . -em futurum iudicium). Ioh. 4, 35 regiones . . . albae sunt iam ad -em (θερισμόν). AVG. epist. 122, 1 p. 743, 16 ut ad vestri seminis -em . . . veniatis. ARATOR act. 1, 54 ad -em praelecta manus.

2 *de tempore metendi*: **a** *proprie*: **α** *notione primaria*: ① *accedit ad vv.* dies, tempus: VERG. georg. 1, 253 -isque diem tempusque serendi (VVLG. iud. 15, 1 cum d. triticeae -is instarent. II reg. 21, 9 in d. -is primis [*al.*]). PLIN. nat. 10, 157 inter -is ac vindemiae tempus (16, 248 -ium tempore [SCAEV. dig. 34, 1, 15, 1 t. -ium et arearum. *al.* VVLG. gen. 30, 14 t. -is (*al.* RVFIN. hist. mon. 18). Ier. 50, 16 in t. -is]. *v. etiam p. 856, 60.* VENVL. dig. 42, 8, 25, 6 sub t. -is vindemiaeve. SER. SAMM. 786 per t. -is. COD. Theod. 7, 20, 11 -ium tempus . . . aucupari. *v. et l. 57*). ⓘⓘ *nude positum*: VARRO Men. 525 post -em (CIC. Verr. II 3, 215 OV. fast. 1, 686. COLVM. 6, 27, 3 p. anni -em. PLIN. nat. 18, 260. 19, 17 PORPH. Hor. epist. 2, 1, 140. *cf.* PLIN. nat. 16, 89 a -e [17, 128 seri . . . a -e ad brumam]). rust. 2, 11, 7 circiter hordeaceam -em (3, 8. *cf.* COLVM. 8, 9, 4 circa -em [12, 10, 1 PLIN. nat. 18, 130]). COLVM. 2, 11, 3 post sementem (*cf. l. 28*) ante -em (PLIN. nat. 25, 138 a. -es. QVINT. inst. 1, 3, 5. *cf. etiam l. 62*). PLIN. nat. 12, 127 inciso caule -bus, radice autumno (16, 106. 18, 186 [*opp.* a semente]. *al. cf.* 24, 122 -e). 13, 125 caulem incidunt per -es (*al. cf. et p. 856, 41*). 18, 340 in ipsa -e saepe concurrere proelia ventorum . . . *Vergilius* (*cf. georg. 1, 316*) refert (VVLG. prov. 6, 8. *al.* [*syn.* (in) aestate]. BACHIAR. repar. laps. 7). STAT. silv. 4, 4, 40 -es . . . reversae dimisere forum (*cf. p. 856, 60*). GELL. 2, 29, 4 ut appetat . . . -is. VVLG. I reg. 12, 17 -is tritici est hodie. Ier. 8, 20 transiit -is (*syn.* aestas). *al.* **β** *notionibus secundariis*: ① *metonymice i. q. aestas*: CATVLL. 95, 1 nonam post denique -em . . . nonamque . . . post hiemem (*cf.* SEN. Tro. 548. DRAC. satisf. 251 *opp.* autumnum . . ., h.). VERG. ecl. 5, 70 si frigus erit, si -is. OV. met. 14, 146 ter centum -es, ter centum musta videre (*an ad II A 1?*). MART. 5, 71, 5 longas his exige -es collibus (*opp.* hibernum . . . Tibur). 10, 12, 5. 10, 103, 7 quattuor (*cf. l. 51*) accessit tricesima -bus aestas. 14, 145, 2 ut me (*sc. paenulam*) vel media sumere -e velis. ITALA Marc. 13, 28 (cod. k) proximat -is (θέρος. *Vulg.* aestas). NEMES. ecl. 4, 36 iam tibi bis denis (*cf. l. 51*) numerantur -bus (*dett.*, mens- *cett.*) anni (*cf.* AVSON. 251, 3 p. 435 P. *tot* . . . explevi -bus [*ed. Avant.*, mens- *Peiper c. ed. Ug.*] annos). ⓘⓘ *per synecdochen i. q. annus* (*cf.* AVG. quaest. hept. 1, 95 p. 50, 5 velut si quisquam dicat: per tot vindemias aut tot -es quibus numerus intellegatur annorum): OV. epist. 6, 57 tertia -is erat, cum *eqs.* (PETRON. 89 v. 2. MART. 1, 101, 4 quarta tribus lustris addita -is erat. 6, 70, 1. CE 1166, 3 [= CIL VI 18324, 5] cuius in octava . . . -e). STAT. silv. 1, 4, 77 per . . . novem . . . -es (MART. 6, 28, 8 bis senis modo -bus [mens- *v. l.*] peractis vix unum puer applicabat annum. 12, 34, 1. CLAVD. 28, 389 centum -bus. CYPR. GALL. iud. 162 [mensibus *codd.*, *Vulg. iud. 3, 14* annis]. SEDVL. carm. pasch. 3, 203 post *tot* . . . -es [mens- *vel* annos *v. l.*, annos *op. pasch. 3, 17 p. 246, 3*]. CE 1127, 5 [= CIL VI 22251, 8] septuaginta super -es. *cf. etiam l. 40. 43*).

b *in imag.*: COMM. instr. 2, 14, 2 expletis temporibus -is (PELAG. in Gal. 6, 10 p. 341, 6 tempore -is [PS. PRIMAS. -ium]. VVLG. Matth. 13, 30 in t. -is [*cf. ad l.* IVVENC. 3, 9 extremus mundi finis pro t. -is]. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 205, 23). OPTAT. 7, 2 p. 170, 3 iudicii dies, qui est -is animarum (HIER. hom. Orig. in cant. 2, 12 p. 59, 22 appropinquasse. *cf. supra l. 7*). VVLG. Is. 18, 5 ante -em totus effloruit.

B ***latiore*** *sensu praevalet notio caedendi, perdendi i. q. caedes, percussio*: CIC. parad. 46 qui caedes municipiorum, qui illam Sullani temporis -em recordetur. MACR. Sat. 5, 15, 6 quotiens multam necem significare vult, -em hominum factam esse dicit *Homerus* (*cf. Il. 11, 67*). *membrorum*: TERT. anim. 53, 4 p. 386, 2 rapida quaeque mors ut cervicum -is.

II ***metonymice***: **A** *de re quae metitur* (*latiore sensu v. p. 859, 67*) *i. q.* **fructus,** *proventus agrorum sim.* (*opp. proventus arborum p. 858, 1. 3. 9. 11. 23. 27. 31. 52. 58. 72. 859, 28. 33. 54. al. de aliis fructibus: p. 858, 14. 18. 26. 48. 49. 51. 78. 859, 30. 55. 65*): **1** *proprie* (*c. gen. poss.: p. 858, 24. 26. 29. 80. al. c. gen. def.: l. 77. p. 858, 26. 76. 859, 11. 39*): **a** *generalia* (*potissimum de copia et possessione*): PLAVT. Most. 159 eventus rebus omnibus, velut horno -is magna fuit *eqs.* (*cf.* Trin. 529 frumenti . . . alibi -is maximast. LVCIL. 707 *v. p. 856, 14.* PLIN. nat. 18, 16 maiorem . . . -em . . . factam esse. *cf. p. 858, 3*). CIC. Verr. II 3, 125 sementi prohibita aut -e amissa (*cf.* Att. 5. 21, 8 -is . . . nulla fuerat [QVINT. inst. 5, 9, 5 nec fieri potest, ut ibi -is sit, ubi satum non est. 5, 9, 7. HIL. in Matth. 27, 10 natura non fert -em esse sine semine]. STAT. silv. 2, 6, 66 sive alma fidem -isque negasset Creta [PS. RVFIN. in Os. 2, 9 -em negabit aestas, autumnus vindemiam]. PAVL. dig. 24, 3, 8, 1 si non responderunt -es, ex vindemia deducetur). VERG. georg. 1, 103 suas mirantur Gargara -es. 1, 219 si triticeam in -em . . . exercebis humum. TIB. 1, 1, 24 -es et bona vina date, *di* (LYGD. 3, 6 magnas -es terra . . . daret. VVLG. Ier. 5, 24 *dominus* dat nobis plenitudinem annuae -is. *aliter*: OV. met. 15, 126 tot dederat [condiderat *Merkel*] -es *tauri labor. cf.* OV. met. 5, 656 dona . . . Cereris [*cf. l. 15*] . . ., quae . . . frugiferas -es . . . reddant [PLIN. nat. 18, 162 cum quinquagesimo fenore (*cf. l. 18*) -es reddit eximia fertilitas soli]. NEMES. ecl. 1, 78 -em tristis hiems [*cf. p. 856, 69*], aestas praestabit olivam). 2, 1, 47 rura ferunt -es (*cf.* MELA 3, 47. STAT. silv. 4, 5, 31 Indicas [*cf. l. 26*] -es). PROP. 3, 13, 26 divitiae quorum -is et arbor erant. OV. rem. 187 poma dat autumnus, formosast -bus aestas (*cf.* MIN. FEL. 17, 7. CYPR. epist. 37, 2 p. 577, 18 [*syn.* frugibus]. CLAVD. 1, 273). GRATT. 37 de . . . aprico Tuscorum stuppea campo -is *bona est.* MANIL. 3, 152 Cererem plena vincentem credita -e (*cf. l. 6*). 4, 734 Cererem varia redeuntem -e per urbes. COLVM. 2, 9, 11 cum . . . amplior -is provenerit (*cf.* VVLG. prov. 6, 11 veniet ut fons -is tua). 10, 142 ut redeant nobis cumulato fenore (*cf. l. 7*) -es *leguminum* (*cf.* MART. CAP. 6, 670 centesimo -is incremento). PERS. 6, 25 -e tenus propria vive (SCHOL.: ad modum redituum tuorum vive). PLIN. nat. 18, 182 -es multiplicatae. 18, 183 uberrimas . . . -es habeuerunt. STAT. Theb. 4, 710 donec . . . magnum . . . inducat -bus annum *Nilus.* 7, 308 feracem -e Coroniam (*opp.* Baccho). MART. 6, 86, 5 possideat Libycas -es. 13, 12, 1 de -e coloni. VLP. dig. 24, 3, 7, 3 si -es eius anni . . . colonum sequantur. *ibid.* pecunia -ium. PAVL. dig. 7, 9, 6 si vindemia legata esset vel -is. APVL. flor. 19 p. 19 Indorum . . . piperis -es. ARNOB. nat. 6, 16 p. 227, 26 poscitis -es optimas feracissimasque vindemias *ab idolis* (*cf. l. 3*). *al.*

b *de frugibus sectis*: **α** *in univ.*: VARRO rust. 1, 13, 5 sub . . . tectum totam fundi subicere -em (*cf.* CALP. ecl. 2, 8 horti). 3, 2, 6 *villa* nec faenisicia vidit arida in tabulato nec vindemiam in cella neque in granario -im (*cf.* IVST. 24, 7, 6 -es vinaque villis efferre). VERG. georg. 1, 49 illius *segetis* . . . ruperunt horrea -es (*cf. vol. VI 2985, 60. adde e. g.* OV. met. 8, 293 frustra expectant promissas h. -es. SEN. epist. 117, 20 an nec -em futuram iam sentiant h. LVCAN. 3, 66 longinquis -bus . . . complerunt h. PLIN. paneg. 29, 3). 4, 330 fer stabulis inimicum ignem atque interfice -em (*cf.* GREG. M. dial. 3, 20 p. 258, 13 M. incendit. *aliter p. 859, 19*). TIB. 1, 1, 42 fructus . . ., quos tulit antiquo condita -is avo (*cf. l. 5 et vol. IV 148, 73. sim.*: PLIN. nat. 18, 38 aliquas [*'an amplas?' Mayh.*] -es colligere [VVLG. Ier. 40, 10 vindemiam et -em et oleum. 40, 12 vinum et -em. CLAVD. 8, 417. *al.*]). 1, 5, 22 area dum -es . . . teret (SEN. Thy. 357 PLIN. nat. 15, 33. MART. 9, 90, 11 -es . . . crepantes. AVG. gen. ad litt. 1, 12 p. 19, 6. *cf. l. 56 et* PLIN. nat. 18, 298 -is . . . in a. . . . exteritur. *sim.*: PRIAP. 53, 3. VERS. metr. Quint. inst. 9, 4, 90 tenet . . . a. -em. OV. fast. 3, 557 tertia [*cf. l. 55. p. 857, 48*] nudandas acceperat a. -es. PLIN. nat. 18, 295. AVIEN. Arat. 400 advectas [*cf. l. 50*] late coquit a. -es). COLVM. 2, 9, 15 cum eius *hordei* -em sustuleris (2, 13, 2 sublata -e eorum *leguminum.* 6, 3, 1 [mensis *codd. optt.*]. PLIN. nat. 17, 46 LABEO dig. 19, 2, 60, 5. *al.*). 2, 10, 6 proximae -is *fabarum* . . . restibile. LVCAN. 6, 105 plenae peregrina -e carinae. 10, 168 advectum . . . vicinae -is (*sc. e locis proximis*) amomon (*cf. l. 46 et* PLIN. nat. 16, 35 corbes . . . -bus convehendis vindemiisque. PLIN. paneg. 31, 3 *Nilus* deportatas . . . -es revexit [*syn.* frumenta]. *ibid.* subvecta -is. CLAVD. 22, 395 vehant [24, 94]. *sim.*: QVEROL. p. 29, 4 transferunt [*syn.* fructus]. RVT. NAM. 1, 147 conferat). SIL. 13, 672 octava (*cf. l. 45*) terebat arentem culmis -em crepitantibus aestas (*cf. l. 41 et* VVLG. lev. 26, 5 apprehendet -ium tritura vindemiam). STAT. Ach. 2, 70 trahi . . . viles -is acervos (*cf.* CELS. dig. 47, 2, 69, 5 -is et vindemiae furti. AMM. 16, 11, 11 victum ex barbaricis -bus collectum. VVLG. Is. 17, 11 ablata est -is. CLAVD. 21, 165 -e . . . erepta). MART. 6, 80, 10 mitte tuas -es . . ., Nile (*cf. l. 22. 53. p. 859, 41 et* VVLG. Is. 23, 3 -is fluminis fruges eius). 11, 18, 23 vix implet cocleam peracta (*aliter p. 857, 52*) -is. CIL XIV 2852 (= CE 249), 7 (*a. 136*) largae Cereris -es fructusque renatos digerit in pretium *mercator frumentarius.* PAVL. dig. 7, 4, 13 (*ex Labeone*) stipulam, quae in -e (*i. in striga frumenti secti*) iacet (*opp.* spicam, quae terra teneatur). *al.* **β** *expresse*: *de arista decerpta*: OV. met. 11, 113 *Midas* decerpsit aristas: aurea -is erat. *de frumento*: PLIN. nat. 3, 60 in delicias alicae politur -is. 13, 64 corpus ipsum *pruni Aegyptiae* naturā et copiā -ium instar incolis. 15, 8 Cereri id totum *solum* natura *Africae* concessit, oleum ac vinum non invidit tantum satisque gloriae in -bus fecit. 18, 127 a vino atque -e tertius hic (*sc. raporum*) Transpadanis fructus. GAIVS epit. 2, 1, 4 si -em in campo seminaverit. ANTH. 466, 8 Cereri dare -is (*Pith.*, mens- *V*) honores (*cf.* PANEG. 9, 17, 1). SVLP. SEV. dial. 1, 3, 5 hordeacio pane utuntur. ea ibi sola -is est. VITAE patr. 6, 4, 36 manipuli -is tritici (*gr. Cot. p. 621* σίτον). *de pane*: VVLG. Iob 5, 5 cuius -em famelicus comedet. *de grano*: DRAC. mens. 11 -bus armatis flavae crispantur aristae. *de ture*: SEN. Herc. O. 791 accipe has . . . focis . . . -es . . . et largo sacer splendescat ignis ture. STAT. silv. 2, 6. 87 exhausit flamma . . . Cilicum -es. 3, 3, 34 -es Cilicumque Arabumque superbas merge rogis. CLAVD. 21, 58 turis odoratae cumulis et -e Sabaea . . . arae. MEROB. poet. 88 ⟨-is od⟩oratae fotus strue . . . ignis.

c *de frugibus crescentibus, ad metendum maturescenti-*

[R.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bus (*cf.* AVG. in Iob p. 571, 16 ex quo seminatur et germinat ager, -is dicitur): *α usu sollemni*: VERG. ecl. 8, 99 Moerim ... satas alio vidi traducere -is (*cf.* MART. CAP. 9, 928 canticis ... glandem ferunt -esque transire). georg. 1, 161 arma (*i. instrumenta agrestia*), quîs sine nec potuere seri nec surgere -es. 1, 314 spicea iam campis cum -is inhorruit (*seq.* frumenta). OV. am. 3, 10, 38 omnia, qua tulerat se dea *Ceres*, -is erat. met. 5, 486 tribuli ... fatigant triticeas -es (*cf.* CALP. ecl. 4, 116 praefocata ... -is habet lolium. PRVD. apoth. praef. 55 -em necant zizaniorum semina. AVG. serm. coll. Morin p. 250, 31). 8, 781 gravidis oneratos -bus agros (VVLG. II reg. 14, 30 a. ... habentem -em hordei [*seq.* segetem]. SALV. gub. 1, 45 a. triticeis plenos -bus. *cf. l. 17. 21. 60. 84 et* OV. fast. 4, 617 larga ... provenit cessatis -is in arvis. PANEG. 3, 10, 1 dites ... -bus segetes [*ibid.* vindemias]. PRVD. c. Symm. 2, 1039 laeta suas ostentant iugera -es. NOVELL. Theod. 3, 1 dotatam -bus terram. EVSTATH. Bas. hex. 5, 5 campos turgidis -bus [*gr. p. 105*[A] *ληΐοις*] exornatos). 11, 614 quot -is aristas, silva gerit frondes. fast. 4, 707 incendit vestitos -bus agros (SATVRN. dig. 48, 19, 16, 9 -ium incensores [*v. vol. VII 1, 872, 7*]. AMM. 18, 2, 19 -es incensas. SVLP. SEV. chron. 1, 27, 3 maturis -bus facile incendium fuit [*aliter p. 858, 37*]. *sim.*: EPIST. Sapph. 10 accensis -bus ardet ager. LVCAN. 9, 433 ora *Libyca* ... vicina perusti aetheris exurit -es et pulvere Bacchum enecat [*cf.* MART. CAP. 6, 673]. VAL. FL. 1, 682 cum stabulis et -bus ... populator Sirius arvi incubuit. NEMES. cyn. 292 ubi ... aestas ... urens herbas siccaverit omnem -bus umorem. ARNOB. nat. 2, 74 p. 108, 15 post -es arefactas atque extincta frumenta). fast. 4, 921 manus a -bus aufer, *Robigo*! 5, 357 maturis albescit -is aristis (COLVM. 10, 311 flavebit. VVLG. Ioel 3, 13 maturavit -is. *cf.* PLIN. nat. 15, 71 fici ... cum -e vindemiaque maturescentes. 26, 67 cum -ium maturitate). Pont. 3, 1, 24 conveniens ... suo -is amara (*sc. absinthiorum*) loco. NVX 135 oleas distringite, caedite -es ..., carpe ... olus (GREG. M. dial. 4, 20 p. 258, 10 M. decisam. *cf.* PLIN. nat. 17, 94 uberrimas -es inter oleas metit [CYPR. epist. 55, 28 p. 646, 19 *coniung.* oliveti ... fructus, poma]. ITALA lev. 19, 9 [Aug. loc. hept. 3, 46 p. 578, 17] permetentibus vobis -em [*θερισμόν*, *Vulg.* segetes] terrae vestrae *eqs.* deut. 16, 9 [Aug. quaest. hept. 5, 25] falcem inicere in -em [*ἀμητόν*, *Vulg.* segetem]. LACT. inst. 7, 15, 11 tamquam -em cuncta prosternens. PALLAD. 8, 1 sectis -bus [MART. BRAC. sent. patr. 13 p. 384D in sectum -is]. CIL VIII 11824, 17 [= CE 1238, 13] totondi [CORIPP. Ioh. 2, 156]). GRATT. 57 linorum tangere -es. SEN. Herc. O. 68 *cancer* -es alit (HEGES. 2, 9, 1 p. 152, 15 *Aegyptus* a. inriguo suas -es. *cf.* PERS. 3, 5 siccas ... canicula -es coquit [MART. 10, 62, 7 *subi.* Iulius]. PLIN. epist. 5, 6, 8 opimam ... -em *colles* percoquunt). 123 nec patriis -bus heu locus, sed silvis dabitur. PLIN. nat. 3, 78 cuniculos ... populantes Baliarium -es (8, 127. 10, 186. *cf.* 11, 104 dira ... -bus nube locustarum). 17, 14 hiberno ... pulvere laetiores fieri -es (*respicit Verg. georg. 1, 101* h. laetissima p. farra. *cf.* CYPR. patient. 4 p. 399, 12 grandescere copias -ium). 18, 300 magnitudo -ium. STAT. Theb. 5, 392 -is amaro strata gelu (*cf.* GREG. M. moral. 26, 34 semina -ium g. pressa). QVINT. inst. 8, 3, 8 fundum cultiorem putem, in quo mihi quis ostenderit lilia ..., quam ubi plena -is aut graves fructu vites erunt. IVLIAN. dig. 21, 1, 25, 1 ex -bus collectum (AMM. 16, 11, 11). ITALA Iob 29, 19 (Aug. in Iob p. 571, 14) ros morabitur in -e (*θερισμῷ*, *Vulg.* messione) mea. NEMES. ecl. 1, 67 dant Fauni ... de vite racemos, de -i culmos omnique ex arbore fruges. ARNOB. nat. 5, 24 p. 195, 24 cum ... per floream -em ... *Proserpinam* lectionis cupiditas avocaret (*cf.* CLAVD. 10, 93 area ... praebet odoratas -es [DRAC. laud. dei 1, 438 inter o. -es]). IVVENC. 2, 561 -is per culta gravatae praeterit. PALLAD. 8, 1 arbores quae in -e steterant. AVSON. 415, 13 p. 274 P. *vilicus* falsus -bus vegrandibus (*cf.* VVLG. Ioel 1, 11 periit -is agri. NOVELL. Theod. 3, 8). AMM. 29, 5, 10 -es (*Gel.*, mensis *V*) et condita hostium virtutis nostrorum horrea esse. VVLG. Iob 18, 16 atteratur -is eius (Is. 27, 11 conterentur. *cf.* 16, 9 super -em tuam vox calcantium irruit [Ier. 48, 32 *coniung.* vindemiam]). PRVD. c. Symm. 2, 960 fruge nova et viridi si -is (*v. totum locum*). MAR. VICTOR aleth. 1, 239 -is ... rubens Mareotica nardo. DRAC. laud. dei 1, 574 quod spicant -es. *al.*

β latiore sensu: *de proventu dentium draconis satorum*: OV. epist. 12, 48 agricolae -is iniqua suo (*cf.* CLAVD. 21, 321 -is cum proprio mox bellatura colono). VAL. FL. 7, 65 -es quas solus obibam. 7, 469 *galeam* iace per medias ... -es. 7, 549 exeat Haemonio -is memoranda colono. DRAC. Romul. 10, 579 rumperet ensiferis cum ferrea -is aristis. *audacius de capillis segetis instar pullulantibus*: POTAM. tract. 2 p. 1416A labebatur lamina ... per -em capillamenti. DRAC. laud. dei 1, 344 surgunt ⌊in -e⌋ (*C, Eug.*, in m̄se *B*, inmense *cett.*) capilli *primi hominis*.

2 *in imag. et transl.* (*c. gen. def. l. 78. 80. p. 860, 18*): **a** *notione propria magis dilucente* (*potissimum in proverbiis, parabolis, allegoriis*): PLAVT. Epid. 718 pro bene factis cum mali (*cf. l. 80*) -im metas (Trin. 32 *morum malorum* -em maxumam CYPR. epist. 55, 28). Rud. 637 eventuram ... uberem -em mali. TIB. 1, 2, 98 quid -es uris (*cf. supra l. 21*) acerba tuas, *Venus*? OV. epist. 16, 263 adhuc tua -is in herbast. 19, 143 quis tibi permisit nostras praecerpere -es (*sc. fruendo ante nos amore puellae nobis destinatae*)? ars 3, 82 continua -e senescit ager. Pont. 1, 5, 56 hanc -em (*sc. carminum*) ... si mea reddit humus. SEN. epist. 22, 9 ab ipsa -e discedam? FRONTO p. 102, 26 N. frugem tunc in segete florentem, nunc -im perfectam. p. 103, 2 si mihi cariora sint sata -bus. CYPR. epist. 62, 3 expectaturi -em de amplissimis fructibus. zel. 17 p. 431, 14 ut ... spiritalis seges in copiam fecundae -is exuberet. COMM. instr. 1, 25, 6 matura iam -is ...: ecce modo mete. IVVENC. 2, 318 gravidam succidere (*cf. l. 19*) -em. AMBR. fid. 3, 10, 72 Christi -e dives. 3, 10, 73 manipulos suae -is. VVLG. Matth. 9, 37 (= Luc. 10, 2) -is (*θερισμός*) ... multa, operarii autem pauci. apoc. 14, 15 aruit -is (*θερισμός*) terrae. AVG. in euang. Ioh. 31, 11 p. 1612in. semen, unde alia -is consurgeret (psalm. c. Don. 178. *cf.* serm. 362, 2, 2 ipse ... surgit in -em [PETR. CHRYS. serm. 59 p. 364B. 103 p. 489A]). serm. 25, 8, 8 laudatis sementem, exhibete -em. 31, 2, 3. 223, 2. *al.* PS. AVG. serm. ed. Mai 151, 1 immaturae -is nascentium (*sc. infantium ab Herode necatorum*) seges. HESYCH. *v. p. 862, 30.* PROSP. epigr. 71 (68), 10 omnis ab hoc uno semine -is erit. PETR. CHRYS. serm. 42 p. 318C arescunt ieiunantium -es, quae pauperum fletibus non fuerint irrigatae. SIDON. epist. 9, 2, 2 cum ... spiritalium sensuum spicas doctrinae salubris -e parturiant. ENNOD. opusc. 2, 82 p. 313, 5 profana -is nulla disciplinae ... succisa falce (*cf.* dict. 15, 5 p. 470, 11 *et l. 6*). *al.*

b *imag. fere detersa*: *α magis respicitur reditus i. q. fructus, eventus, consecutio* (*fere in bonam partem sc. i. q. emolumentum, lucrum; in malam partem: l. 30. 39; sensu medio: l. 26. 36*): PROP. 2, 16, 7 oblatas ne desere -es. IVV. 7, 112 veram deprendere -em (*cf. p. 857, 2*). TERT. cult. fem. 2, 3, 1 usus et fructus pulchritudinis luxuria, nisi siquis aliam -em decori corporis arbitratur HIER. epist. 54, 16, 2 seminarium sibi -is dominicae praeparavit (PETR. CHRYS. serm. 170 p. 646C). VVLG. Os. 6, 11 pone -em tibi cum convertero captivitatem populi mei (*cf.* HIER. in l. p. 872A PS RVFIN. in l. p. 995C). ENNOD. dict. 19, 6 p. 480, 3 ad hanc (*sc. malam*) -em ... pervenit. *al.* GREG. M. moral. 14, 24 -is nomine ... operatio signatur. *al.* *c. gen. poss.*: SYMM. epist. 1, 3, 1 laudari ... ab laudato viro rara est -is ingenii (ENNOD. dict. 12, 2 p. 461, 24). *c. gen. rei acquisitae sive promissae vel speratae*: TERT. adv. Marc. 5, 4 p. 583, 28 si retributionem praedicat *creator*, ab eodem erit et corruptionis -is et vitae. PS. RVFIN. in Ioel 1, 13sq. lacrimarum munera ... -em praeparent gaudiorum (PAVL. NOL. epist. 27, 1 p. 238, 11 PROSP. in psalm. 125, 5sq. ENNOD. epist. 9, 31, 3 p. 255, 4). in Os. 6, 11 dolorum et planctuum. PETR. CHRYS. serm. 31 p. 288A *ieiunium* parat innocentiae -em (ENNOD. epist. 6, 30, 2 p. 166, 24). ENNOD. epist. 7, 31, 6 p. 198, 19 profectus tui. *al.* *c. gen. rei, ex qua percipitur fructus*: TERT. uxor. 1, 4, 14 carnis concupiscentia ... decoris -em requirit. EDICT. imp. Diocl. II 4 ut ⟨ideo mes⟩sem (manu propria spem *frg. Delph.*) militiae suae et emeritos labores milites nostri sectoribus omnium comferre videantur. ENNOD. epist. 1, 12, 6 p. 23, 7 peritiae. 2, 28, 3 p. 70, 11 epistulas gravidi dotatas -e conloquii. 4, 21, 1 p. 113, 23 diligentiae (opusc. 6, 9 p. 404, 24). 4, 23, 3 p. 115, 4 gratiae (*al.*). *al.* *β magis respicitur copia, ubertas* (*cf.* EVCHER. form. 3 p. 15, 6 -is: ubertas vel copia fidelium. *c. gen. copiae rerum e. g. l. 53. 56, hominum: l. 54. 57*): TRACT. in Luc. 1, 18 ut pallore utrisque (*sc. Zacharia et Elisabeth*) deceptis nulla seminalis ad filium -is adsurgat. HIER. hom. Orig. in Ezech. 1, 12 p. 336, 26 uberrima virtutum -is (ENNOD. epist. 5, 8, 1 p. 130, 21). SEDVL. op. pasch. 5, 11 p. 283, 22 quae *falx* -em Iudaicae posteritatis abscidit (*carm pasch. 5. 156* segetem . . . nepotum). ENNOD. epist. 9, 23, 2 p. 245, 9 meritorum. opusc. 6, 12 p. 386, 3 nobilitatis. *al.* GREG. M. in euang. 29, 2 fidelium. *al.* *γ magis respicitur maturitas i. q. consummatio, praestantia*: SEDVL. epist. 1 p. 4, 10 ad frugem bonae -is (mentis *coni. Wopkensius*) invitans. ENNOD. epist. 4, 35, 1 p. 122, 17 ut ... ad -em coniunctio foederata perveniat (*cf.* 5, 2, 4 p. 125, 19 ad -em patriam). opusc. 3, 138 p. 366, 22. *al.*

B *de loco, ubi metitur i. q.* **ager** (*cf. Löfstedt, Eran. 44, 1946, 349sq.* [*comparari possunt exempla p. 859, 46. 59. 65 allata*]): LEX Burg. lib. const. 23, 2 animal dum de -e, prato, vinea ... expellitur (23, 4. 27, 4. 6). *al.* LEX Sal. 9, 1. 2. *al.* LEX Visig. 8, 3, 9 per vineam aut -em transitus. 8, 3, 13. *al.*

epitheta selecta: *ad I et II*: *ad species pertinentia*: ambrosia: DRAC. laud. dei 1, 309. fabaria: *vol. VI 6, 34.* florea: *p. 859, 55.* frumentaria: *vol. VI 1406, 25.* hordeacia, hordearia: *ibid. 2965, 33.* odorata: *p. 858, 82. 859, 57.* spicea: *p. 859, 5.* stuppea: *p. 858, 14.* triticea: *p. 857, 14. 858, 2. 859, 7. 11. al.* varia: *p. 858, 15.* *ad originem pertinentia*: Afra: *p. 856, 74.* Gaetula: CLAVD. 15, 57. Indica (*cf. p. 858, 26*): *p. 858, 10.* Libyca (*cf. p. 859, 21*): *p. 858, 23.* Mareotica: *p. 859, 66.* Punica: CLAVD. carm. min. 30, 60. Sabaea: *p. 858, 82.* Transalpina: CLAVD. 18, 409. barbarica: *p. 858, 59.* humana: ENNOD. opusc. 3, 138 p. 366, 22. longinqua: *p. 858, 35.* peregrina: *p. 858, 50.* vicina: *p. 858, 51.* *ad II*: *ad copiam et incrementum pertinentia*: ampla: *p. 858, 16. 39.* fecunda: *v. supra l. 5 et vol. VI 420, 66.* frugifera: *v. p. 858, 6.* gravida (*cf. p. 859, 58*): *v. l. 6. p. 859, 10.* ieiuna: NOVELL. Theod. 3, 8. inanis: PROB. Verg. georg. 1, 225. laeta: *p. 859, 46.* larga: *p. 859, 12.* magna: *p. 856, 14. 857, 77. 858, 3. 859, 79.* multa: *l. 8.* plena: *p. 858, 14. 859, 51.* satura: AETNA 12. superba: *p. 858, 81.* turgida: *p. 859, 15.* uber: *l. 53. p. 858, 21. 859, 32. 80.* vegrandis. *p. 859, 60.*

[R.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

deriv.: messicius (?). messivus.

2. messis, -is *m. v. s.* mensis (*p. 745, 78*). *R.*

messitūdo a metendo GLOSS. II 587, 22. [*a* messis *sec.* plenitudo *sim. J.B.H.*]

messius, -a, -um *v. Onom.*

messīvus, -a -um. *a* messis. *cf.* sementivus, aestivus. *i. q. ad messem spectans*: LEX Burg. Rom. 11, 5 -is ... feriis et vindemialibus (LEX Visig. 2, 1, 12).

messo (messuo?), -ātum (?), -āre. *a* metere, messum. GLOSS. II 327, 50 ϑερίζω -o meto. [*l. var.* (*cf. etiam p. 888, 60*): ITALA IV Esdr. 4, 32 quando seminatae (mesuate *L*, secatae *Vulg.*) fuerint spicae.] [*sard.* messare, *hisp.* mesar. *M.-L.*]

***1. messor**, -ōris *m.* *a* metere. *de orig.*: VARRO ling. 8, 57 *v. vol. VI 589, 47.* SERV. georg. 4, 54 'metunt flores' secant: unde et -es dicti sunt (*cf.* GLOSS. V 310, 38). GLOSS. ϑεριστής. *inde a* PLAVTO (*l. 71*). [*v. l. dub.*: CATVLL. 64, 353 -r *O*, cultor *cett.*]

1 *proprie i. qui metit frumentum* (*tus: l. 37*): **a** *generatim* (*magis resp. actio secandi, caedendi in similitudinibus l. 32 sqq. c. gen. obi.: infra l. 41*): COM. pall. inc. 68 *v. p. 856, 41.* VERG. ecl. 2, 10 rapido fessis -bus aestu ... herbas contundit (*cf.* VVLG. Dan. 14, 32 ut ferret -bus *Habacuc prandium* [ITIN. Anton. Plac. rec. A *et* B 32. PRVD. cath. 4, 59 dapes ..., quas -bus ... exhibebat]). 3, 42 tempora quae -r, quae curvos arator haberet. georg. 1, 316 cum flavis -em induceret arvis agricola (*sc. aestatis tempore*). HOR. epod. 3, 4 o dura -um ilia! (*cf.* OV. met. 14, 643 habitu duri -is *eqs.* PAVL. NOL. carm. 10, 1). PROP. 4, 2, 28 corbis (*cf. l. 84. p. 862, 14*) in inposito pondere -r eram. OV. Pont. 3, 1, 12 Pontica tellus, ... tu neque ver sentis ... tu neque -um corpora nuda vides. PAVL. FEST. p. 124, 2 *v. p. 829, 55.* SEN. Tro. 76 decumas (*cf. p. 857, 48*) secuit -r aristas (BVC. Eins. 2, 25 condit ... a. SIL. 8, 61 tondet. HOMER. 886 metit. ENNOD. carm. 1, 3, 17 ad falcem -r perducit a. *sim.*: PORPH. Hor. epist. 2, 2, 178 [*v. p. 890, 33*] translatio a segete ac -bus [ENNOD. carm. 1, 1, 4 segetem -r falce domat. *cf.* CORIPP. Ioh. 8, 536, *ubi -i comparatur miles hostes caedens*]. FIRM. err. 3, 2 *poenam Attidis* esse, quod falce -r maturis frugibus facit [*cf. p. 890, 25*]). COLVM. 2, 12, 1 tritici modii quattuor ... -is unam et dimidiam *operam occupant* (*cf. p. 862, 8*). MART. 3, 65, 5 quod myrtus, quod -r Arabs *turis* ... olet. IVV. 8, 117 -bus illis, qui saturant urbem. CIL VIII 11824, 19 (= CE 1238, 15; *s. III*) undecim ... turmas -um duximus annis et Numidae campos nostra manus secuit. PAVLA Hier. epist. 46, 12, 3 sudans -r psalmis se avocat (*ibid.* arator). VVLG. Ruth 2, 4 sqq. I reg. 8, 12 -es segetum. IV reg. 4, 18. Am. 9, 13 comprehendet arator -em. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 58, 2 *coniung.* vindemiatores. *al.* *tropice*: DRAC. laud. dei 1, 552 ipse *deus in paradiso* rigator erat, sator, altor, -r, arator.

b *affertur tamquam exemplum viri plebei*: CIC. de orat. 3, 46 Cotta *lingua vulgari* ... non mihi oratores antiquos, sed -es videtur imitari. CLAVD. 26, 464 non ... dilectus miseri nec ... -r *adest* (*syn.* humilis seditio novorum ducum; *opp.* vera iuventus).

2 *in imag. et translate* (*c. gen. obi.*: *l. 57. 71*): **a** *magis respicitur notio excipiendi et colligendi*: **α** *notione propria fere servata* (*potissimum in parabolis*): ITALA Matth. 13, 30 (Victorin. Poetov. in apoc. 8, 1) *et* VVLG. dicam -bus (τοῖς ϑερισταῖς) colligere lolium *eqs.* (*hinc dependent*: IREN. 5, 27, 1 IVVENC. 2, 810. PRISCILL. tract. 3 p. 46, 29 ut nisi sub cauto -e cum zezaniis frux periret. *cf.* VVLG. Matth. 13, 39 -es ... angeli sunt [*inde* VICTORIN. POETOV. in apoc. 8, 1 AVG. civ. 20, 9 p. 428, 8 D. c. Parm. 1, 14, 21 serm. 47, 10, 16. PRIMAS. in apoc. p. 889C terrae -es angelos]). Ioh. 4, 36 (Iren. 4, 23, 1) -r (ὁ ϑερίζων, *Vulg.* qui metit) mercedem accipit et congregat fructum in vitam aeternam (*cf.* IVVENC. 2, 317 sator accipiet -um gaudia laetus). AMBR. Abr. 2, 9, 65 maturam ... segetem ... -r inveniat. PETR. CHRYS. serm. 40 p. 314C laborans -r, quod in semine non videt, videbit in messe. CASSIOD. in psalm. 125, 8 ne levitas stipularum vota -is eludat. *de apostolis, doctoribus in messe domini* (*cf. p. 857, 6*) *operantibus*: IVVENC. 2, 427 rarus -r (*cf. p. 860, 8*) frugis superatur acervo. HIL. in Matth. 10, 2 -um copiam deus praestet. *ibid.* in messem illam -es numerosos ex his duodecim ... apostolis diffundendos indicaret. PS. HIER. expos. in Matth. p. 550C messis multa i. e. corda parata, -es doctores. AVG. in euang. Ioh. 15, 32 -es misit, non seminatores. *ibid. saepius.* **β** *praevalente sensu translato de iis, qui aliquid bonum* (*l. 74*) *aut malum* (*l. 71*) *percipiunt, colligunt, parant*: PLAVT. Capt. 661 sator sartorque scelerum et -r maxume. MAR. VICTORIN. in Gal. 6, 8 p. 1194C malum seminat quicumque -r est mali. PAVL. NOL. epist. 23, 1 p. 158, 18 deus, qui verbi in nobis sui et seminator et -r est.

b *magis respicitur notio secandi* (*cf. p. 890, 15*), *tollendi, delendi*: HIER. epist. 22, 21, 3 paulatim ... increscente segete -r inmissus est.

deriv.: messorius. *cf. Onom.*

2. messor, -ōris *m. v. p. 753, 29.* **messōria**, -ae *f. p. 862, 2.*

messōrium, -ī *n. v. s.* missorium.

messōrius, -a, -um. *a* metere, messor. PAP. Marini 80 II 8 (*a. 564*) falce missuria.

i. q. ad messorem vel messem pertinens: *de instrumentis*: CIC. Sest. 82 corbe. VLP. dig. 33, 7, 8 pr. corbes falcesque -ae (*v. vol. VI 204, 19, ubi addas*: VITAE patr. 5, 15, 26 [*gr. Cot. p. 534B* μετὰ δρεπάνου]. PRIMAS. in apoc. p. 889D). *f. pro subst.* messoria, -ae: ITALA I reg. 13, 20 (cod. Legion.) fabricare ... -am suam *eqs.* (τὸ ϑέριστον, *Vulg. aliter*). [*it. sept.* mesora, *pedem.* mesoira. *R.*] *de opera*: COLVM. 2, 12, 2 hordei modii quinque ... operas tres *diurnas* exigunt: occatoriam ... sarritoriam -am unam (EPIST. procur. de salt. Bur. I [CIL VIII 10570] 3, 13 non amplius annuas quam binas aratorias, binas satorias, binas -as operas debeamus [*cf. p. 855, 48. 861, 36*]). *aliter*: APVL. met. 6, 1 falces et operae -ae (*i. laboris ad messem pertinentis*) mundus omnis.

messuārius, -a, -um. [*a* metere, messus, *cf.* fructuarius. *J. B. H.*] *i. q. messorius, ad messorem (vel messem) pertinens*: SERV. ecl. 8, 82 virgines Vestales ... alternis diebus spicas adoreas in corbibus (*cf. p. 861, 84*) -is ponunt.

?**messuo** *v. p. 861, 11.*

messūra, -ae *f.* [*a* metere, *cf.* sectura. *J. B. H.*]

1 *i. q. messis, actio metendi*: HESYCH. in lev. 19, 9/10 p. 1022D metentes aut ... vindemiantes iterare ... ipsam -am vindemiamque non praecepit. VITAE patr. 5, 7, 22 venit ... de -a per cauma (*gr. Nau 1908 p. 276 n. 192* ἀπὸ τοῦ ϑέρους. *cf. p. 856, 82*). 5, 14, 14 renuntiavit -ae (*gr. Nau 1909 p. 376 n. 291* τ. ϑερισμῷ. *cf. et p. 855, 57*). *in imag.*: HIER. in Gal. 6, 9 p. 432A esse ... messem ... futurum iudicium et pro qualitate ... sementis diversas nos facere -as (*cf. p. 857, 8*).

2 *i. q. proventus agri, striga frumenti secti*: HESYCH. in lev. 23, 22 p. 1089D de -a, quae cadere dicuntur, ... relinquamus (*cf. p. 855, 71*). FERREOL. reg. 26 p. 969A factum scio, ut ... priusquam ... solis ardor ebiberit redactam in manipulos segetem, ignei iubaris flammas cum fructibus -a eius evaserit. *in imag.*: HESYCH. in lev. 19, 9/10 p. 1023B -a ... euangelica doctrina. 25, 22 p. 1199B semen ..., ex quo promissionum nobis florebit messis, id est -a retributionis. *Lambertz.*

mestīcius *v.* mixt-. **mestifico, mestitūdo, mesto** *v.* maest-. **mēstruus, mēsula, mēsūra, mēsūrālis** *v. s.* mens-.

in quocumque signo CCLXXI. pars fuerit inventa, haec medium caelum sortita est, quod a Graecis **mesūranīma** (μεσουράνημα) dicitur FIRM. math. 2, 15, 4. *cf.* 2, 15, 1. 2, 19, 11.

mesus, -a, -um *v. p. 581, 78 et cf. s. v.* mesos.

***-met** *particula enclitica* (*cf. l. 52*). [*orig. inc.; vix recte quidam* egomet *falsa solutione ex* egom-et *'ego etiam' explicant. J. B. H.*] *de prosodia*: SERV. Aen. 1, 207 cum 'te' et -t (me *v. l.*) longae sint, 'tutemet' dactylus invenitur nec possumus harum partium naturam discutere, quia sub regulis non sunt. *producitur in arsi*: HIL. gen. 13 temēt. CYPR. GALL. deut. 17 vosmēt.

-t *adiungitur formis quibusdam pron.* (*v. l. 47 sqq. 65 sqq.*) *potissimum ad augendam vim horum pronominum*: *de formis, quibus adiungitur, et de significatione* (*cf. etiam vol. V 2, 249, 60 sqq.*): DIOM. gramm. I 332, 9 mihimet tibimet sibimet, ... memet temet semet; egomet tumet (GRAMM. suppl. 140, 10. 17) illemet, egometipse tumetipse illemetipse. SERV. Aen. 1, 207 -t παρέλκον est. sciendum autem est has particulas '-t, piam, te' ... ornatus causa poni. sunt autem adverbia. PRISC. gramm. II 590, 26 'egomet' et cetera quibus adiungitur -t magis per porrectionem vel assumptionem ... solent proferri. et primae quidem personae omnibus adiungitur casibus ..., secundae vero personae obliquis solis: 'tuimet, tibimet, ... temet'; nominativo autem ideo non additur, ne dubitationem faciat *eqs.* ... itaque brevem 'te' syllabam pro -t ei addere solent auctores vel 'temet' ([*sc.* 'tutemet']. *inde* GRAMM. suppl. 204, 40). 591, 18 nec non pluralis numeri casibus additur -t aliis absque genetivo (*cf.* GRAMM. suppl. 204, 39. 205, 1); ... tertiae quoque personae triptoto id est 'suimet, sibimet, semet'. 591, 24 -t et 'te' adduntur supra dictis pronominibus vel discretionis causa plerumque vel significantiae ut *Ter. Ad. 628* (*cf.* III 14, 12. 144, 2). 593, 17 '-t te pte ce' adiectiones esse ipse sensus arguit, qui nullus in his separatis potest inveniri (*cf.* III 528, 22 GRAMM. suppl. 204, 37). *de usu singulorum scriptorum* (*cf. etiam Neue-Wagener II³ 361 sqq. 373*) *v. s.* ego- (*vol. V 2, 249, 60 sqq. 277, 37 sqq.*), tu-, sui- (sibi-, se-)met. *rariora et singularia v. s.* meus-, tuus-, suus-, ille- (*l. 48*), ipse-met; meimet *v. vol. V 2, 249, 60*; tu(te)met (*cf. l. 48. 57*) *et* tuimet *v. s.* tu; suimet (*q. v.*); solimet (LVCIF. non parc. 9 p. 228, 14). *v. etiam* metipse. *R.*

***mēta**, -ae *f.* [*cf. c. sanscr.* mēthíḥ *m. 'pila, postis', hibern.* methos *'fines', island.* meiðr *'trabs, contus', lituan.* miẽtas *'palus'. al. J. B. H. aliter Kretschmer, Glotta 31 (1951) 153 sq.*] *de pronunt.*: PS. PRISC. de acc. gramm. III 521 priorem syllabam *circumflectit* ... mêta. *scrib.* moet- (*cf. Svennung, Beitr. z. lat. Lautl. p. 35¹*): FRONTIN. grom. p. 16, 21. 17, 7. 17. 18, 1. 8 (*v. ubique adn. crit.*; met- p. 16, 22). FAV. EVL. p. 1, 17 (met- p. 2, 27). mit-: LIB. col. I grom. p. 250, 15. *de notionibus*: *v. p. 863, 31. 864, 33. 79. 865, 83. 866, 69.* *graece respond.*: κῶνος (*p. 863, 19*), πύραμις (*p. 863, 48*), στήλη (*p. 866, 7*), *alia* (*v. p. 864, 33. 867, 79*). *inde a* CATONE, *saepe ap. poetas inde a* LVCR. NOT. Tir. 72, 89. [*it.* meta (*notionibus q. s. p. 863, 35 sqq.*; *864, 25 sqq.*); *francog. vet.* moie; *hisp. et port.* meda (*notione q. e. p. 863, 35*). *R.*] [*e coni.*: MANIL. 1, 742 errantes -a (*Bentl.*, natu *vel* nutu *cod. l.*) flammas (*cf. p. 866, 29 sqq.*). PLIN. nat. 2, 35 *v. p. 866, 51.* SIL. 16, 570 *v. p. 865, 10.* APVL. met. 9, 22 -is diei (*pro* meridie;

[Dittmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

v. p. 866, 33). CARM. c. pag. 29 (*pro* aetas). *coni. falsa*: PROP. 4, 2. 58 (creta *codd. recte; add. ad vol. IV 1186, 36*). AETNA 129. *dub. trad.*: IVST. 17, 1, 12 (*v. adn. crit.*). *l. mutil.*: INSCR. christ. Diehl 1008, 4. 1823, 6 (= CE 1915, 6). *corr.*: HYG. fab. 248 extra -am *F* (stramentatum *Muncker, coll. fab. 14, 26*). SCHOL. Ter. p. 172, 14 cum -is (Chremetis *scrib.*). *signif. inc.* (*an ad l. 28 sqq.?*): PSALT. Cas. 65, 11 posuisti -as in dorsibus nostris (tribulationes *Vulg.*, stridorem *psalt. sec. Hebr.*, *θλίψεις LXX*, מוּעָקָה *hebr. 66, 11, voc. inc. signif.*).]

I *respicitur sola -ae* **species, figuratio** *i. q. figura erecta coni similis, e latiore basi in acutum fastigium surgens*: **A** *de ipsis rebus*: **1** *figura geometrica*: PERS. 1, 131 secto in pulvere -as. **2** *de rebus coni figurae similibus*: **a** *naturalibus*: **α** *de umbra terrae lunam in eius defectu obscurante* (*cf. infra l. 76 sqq.*): CIC. rep. 1, 22 incideret luna tum in eam -am, quae esset umbra terrae (div. 2, 17 *luna* incurrat in umbram terrae, ⌊quae est -a noctis⌋ [⌊...⌋ *del. Thoresen, Nord. Tidscr. f. Fil. 3, 2, 1893, 31 sq.*]. *inde* [*paulo aliter l. 76 sqq.*]: AMM. 20, 3, 8 *luna* obiectu -ae noctis in conum desinentis ... umbrata. BOETH. cons. 4 carm. 5, 8 palleant plenae cornua lunae infecta -is n. opacae). **β** *de flamma fastigata*: MAR. VICTOR aleth. 3, 774 erigit immensam coniuncto fomite -am ignis.

b *factis, aedificatis*: **α** *de rebus figuram coni accurate exprimentibus*: ① *in horologiis hydraulicis*: VITR. 9, 8, 5 effectus varietatesque motionum, quibus ... vertuntur -ae. 9, 8, 6 -ae fiunt duae, una solida (*'kegelförmiger Zapfen' Bilfinger, Zeitmesser p. 38*), una cava (*'Hohlkegel' Bilfinger l. c.*), ex torno ita perfectae, ut alia in aliam inire convenireque possit *eqs.* ② *in mola* (*v. Schroff, RE XV 1310, 34 sqq. Blümner, Technol.² 1, 30 adn. 2. A. Mau, Führer d. Pompei ⁶1928 p. 78*): PAVL. dig. 33, 7, 18, 5 -a molendaria (*ibid.* est ... -a inferior pars molae, catillus superior). AMM. 17, 4, 15 *hominibus* tamquam molendinarias rotantibus -as.

β *de rebus similitudinem coni reddentibus*: ① *in agricultura*: CATO agr. 55 ligna ... in tabulato condito ...; -as facito (*v. Hörle, Catos Hausbücher p. 68¹*). COLVM. 2, 18, 2 *faenum* siccatum ... in -as (*v. Schroff, RE XV 1312, 9 sqq.*) exstrui ..., easque ipsas in angustissimos vertices exacui (2, 18, 3 praedictas -as facere. *cf.* PLIN. nat. 18, 262). GREG. TVR. Franc. 4, 46 p. 182, 5 annonae (*sc. frumenti secti; cf. ibid.* acervos a.). *cf. imagines columnae Imp. Traiani (ed. Cichorius, 1896, tab. 4), columnae Imp. Marci (ed. Petersen, Domaszewski, Calderini, 1897, tab. 6)*.

② *in architectura*: Ⓐ *de structuris variis in acutum culmen crescentibus*: VITR. 1, 6, 4 supra ... turrim *Andronici* -am marmoream (*cf. RE I 2168, 4*). 2, 1, 4 transtra ... gradatim contrahentes ... ex quattuor partibus ad altitudinem educunt *Colchi* medio (*sc. turrium*) -as *ad efficienda tecta* (*cf.* 2, 1, 5 Phryges ... stipites inter se religantes -as efficiunt *eqs.*). GELL. 1, 20, 3 -ae triangulae, quas pyramidas (*cf. infra l. 80*) appellant. PAVL. NOL. carm. 27, 475 pictis florida -is (*i. columnis* [*ut* metula, *v. s. v.*], *sed cf. etiam infra l. 59*) ... spectabilis area. Ⓑ *speciatim* '-a Sudans' *i. q. puteus fastigatus, ex cuius culmine aqua orbiculatim ita delabitur, ut ambitum circularem in formam coni similem efficiat* (*v. Schroff, RE XV 1310, 50 sqq.; de imaginibus v. Goldschmidt, Paulinus' churches at Nola [diss. Amstelod. 1940], 148*): SEN. epist. 56, 4 (*de eis quae se circumstrepant Bais*:) qui ad -am Sudantem tubulas (*Gruter*, ta- *codd.*) experitur *eqs.* (ORIGO Rom. chron. I p. 146, 20 *inter opera Domitiani. item* PROSP. chron. I p. 417, 516 -a s. [CASSIOD. chron. II p. 140, 729]. REG. urb. 4 p. 7, 5 [CVRIOS. urb. reg. 4 p. 6, 4]). *Goldschmidt, l. c. huc pertinere putat* PAVL. NOL. carm. 27, 475 (*v. l. 48*). ③ *alia*: SIL. 7, 676 *auceps* viscata ... harundine *avibus insidians* dum nemoris ... cacumina sensim substructa certat ... contingere -a *eqs.* (*v. Blümner, Priv. Altert. p. 526 sq.*). MART. 1, 43, 7 rustica lactantes nec misit Sassina -as (*cf.* 3, 58, 35 -amque lactis Sassinate de silva). 13, 28 quae (*cottana*) tortā ... condita ... -a. CASSIOD. in psalm. 80, 2 tympanum ... tenso corio quasi supra duas ut ita dixerim, -as sibi ab acuta parte copulatas solet resonare percussum.

B *in comparationibus*: *comparantur*: **1** *tutulus* (*cf. Blümner, Priv. Altert. p. 273⁸*): VARRO ling. 7, 44 tutulati ... in sacris in capitibus habere solent ut -am; id t. appellatus *eqs.* SVET. frg. 168 p. 268 t. ... -ae figura. **2** *collis, petra*: LIV. 37, 27, 7 collis est in modum -ae in acutum cacumen a fundo satis lato fastigiatus. CVRT. 8, 11, 6 petra ... in -ae maxime modum erecta *eqs.* **3** *arbores vel herbae a latiore basi in acutum cacumen crescentes*: OV. met. 10, 106 -as imitata cupressus (PLIN. nat. 16, 140 -ae aspectu c. 16, 141 *genus cupressorum* -ā in fastigium convolutā). PLIN. nat. 16, 70 *buxi genus*, quod in -as emittitur. **4** *umbra terrae obscurans lunam in eius defectu* (*cf. supra l. 14 sqq.*): PLIN. nat. 2, 47 figuram ... umbrae similem -ae ac turbini inverso *eqs.* 2, 51 -ae exsistere effigiem in cacuminis finem desinentem. **5** *pyramis* (*cf. supra l. 48*): PLIN. nat. 36, 31 p. ... in -ae cacumen se contrahens. **6** *obeliscus*: AMM. 17, 4, 7 o. ... lapis in figuram -ae cuiusdam sensim ad proceritatem consurgens. **7** *alia*: TAC. hist. 2, 3, 2 simulacrum deae (*Veneris Paphiae*) non effigie humana, continuus orbis latiore initio tenuem in ambitum -ae modo exsurgens (*cf. q. adn. Heraeus ad l. et* SERV. auct. Aen. 1, 720 apud Cyprios Venus in modum umbilici vel -ae colitur). LIB. col. 1 grom. p. 250, 15 *terminus* circulatus per ramos, -ae acutae (*aliter infra l. 65*) similis. ITIN. Anton. Plac. rec. A 18 monumentum ... quasi in modum -ae (aedae *vel* mediae *rec. B*) *eqs.* VEN. FORT. vita Marcell. 9, 37 (*inter miracula*) quidam ... cum omnes transirent, quasi -a coepit stare. *in comparationem vocatur -a inversa*: COLVM. 9, 15, 12 saligneus qualus vel tenui vimine rarius contextus saccus, inversae -ae similis, qualis est, quo vinum liquatur.

II *magis respicitur notio* **termini, quo** (*infra l. 15*) *sive* **ad quem** (*infra l. 22. 24*) **deriguntur** *limitanda*: **A** *proprie in arte gromatica* (*'aufzustellende, nicht einzusteckende Tracierstange' Nowotny, Germania 7, 1923, 25 [imagines: Della Corte, Groma, Roma 1922, 83—94]*): PAVL. FEST. p. 123, 13 metari castra dicuntur, quod -is deriguntur (*cf. infra l. 22. 23*). FRONTIN. grom. p. 16, 21 dictare -as et easdem transposito interim extrema -a ferramento reprehendere *eqs.* (18, 8. *cf.* HYG. mun. castr. 12 in dictatione -arum). 17, 7 -is (*cf. adn. crit.*) conlocatis respectis. 17, 17 -is ad ferramentum adpositis. 18, 1 conspectum -arum excedimus. OPTAT. 2, 1 p. 33, 24 ponitis -as ... figitis terminos.

B *translate* (*cf. vol. V 1, 1234, 60 sqq. 1240, 6 sqq.*): VARRO rust. 1, 4, 1 hinc profecti agricolae ad duas -as derigere (*cf. l. 15*) debent, ad utilitatem et voluptatem (1, 18, 1 de familia Cato derigit ad duas -as, ad certum modum agri et genus sationis). *cf. p. 865, 68 sqq.*

III *magis respicitur notio* **termini assequendi**: **A** *de termino in certaminibus constituto*: **1** *proprie*: **a** *de signis in stadiis positis ad significandum terminum in ludis circensibus, circumvehendum (septies: infra l. 37. 59. 78. cf. etiam p. 865, 62) circumcurrendum (p. 865, 1 sqq.) aut iaculo (p. 865, 8) figendum* (*imagines [plerumque basis obtinens ternas pilas. cf.* CASSIOD. var. 3, 51, 7 p. 106, 5 ipsae ... -ae ternas obtinent summitates]: *v. Schroff, RE XV 1311, 23 sqq.* *nota*: CIL VI 33941 [*Ann. Inst. 1870 tab. LM*] *-ae binae, quarum basi inscriptum*: -a. GLOSS. *καμπτήρ. καμπτός. νύσσα*): **α** *de -arum locis (l. 36. 38. 40. 42), materia (l. 42), curatione (l. 39. 40. 42), memoria (l. 42. 51), al.*: VARRO ling. 5, 153 ibi (*in circo Mecino; an Maximo? cf. Goetz, adn. crit. et p. 258*) circum -as fertur pompa et equi currunt (5, 154 ibi quoque [*in circo Flaminio*] ludis Tauriis e. circum -as c.). ACT. lud. saec. Aug. (CIL VI 32323) 154 -ae positae. LIV. 41, 27, 6 (*loc. lacun.*) censores (*a. 174 a. Chr.*) ... in circo ... -as curaverunt. SVET. Iul. 39, 3 sublatae -ae *eqs.* (*v. Schroff, RE XV 1311, 44 sqq.*). Claud. 21, 3 circo ... maximo ... auratis ... -is, quae ... lignea (*cf. p. 865, 8*) antea fuerant, exculto. IVV. 6, 583 spatium lustrabit utrimque -arum et sortes ducet *eqs.* (*v. q. adn. Friedlaender ad 582 sq.; cf.* SCHOL. Hor. sat. 1, 6, 113 *samardacus* circa -as solebat inducere). APVL. met. 6, 8 retro -as Murtias ... praedicatorem *eqs.* (ACT. lud. saec. Sept. Sev. [RhM. 81, 1932, 388 sqq.] 79 cursor⟨e⟩s ⟨e⟩ -is Murciis misit *cos. des. a. 204*. TERT. spect. 8 p. 10, 3 Consus ... apud -as sub terra delitescit M. *de isdem*: TERT. spect. 5 p. 7, 18 ara Conso ... in circo de⟨mersa⟩ est ad primas [*i. citeriores. cf. infra l. 75*] -as sub terra *eqs.* [*cf. Mielentz, RE XVI 658, 2 sqq.*]). SERV. Aen. 8, 636 ubi nunc -ae sunt, olim gladii ponebantur, quos quadrigae circumibant. CORIPP. Iust. 1, 332 circus ... amplectens geminas aequo discrimine -as. CIL VIII 9065 (*Mauret., a. 227*) perfectis -is (*cf.* ISID. orig. 18, 29, 1 -a *inter ornamenta circi*).

β *-ae in ludis circensibus*: ① *de -is vel quadriga vel equo circumvehendis*: VERG. georg. 3, 202 *equus* ad Elei -as (SERV. *ad l.* scilicet circi; *parum apte* SERV. auct.: fines) ... sudabit. HOR. carm. 1, 1, 4 -aque fervidis evitata rotis (PROP. 2, 25, 26 *nemo* deposcit praemia ... septima quam -am triverit ante rota [OV. am. 3, 2, 12 stringam (*cf. l. 68*) -as interiore r. ars 396 -a ... ferventi circueunda r. *cf. p. 865, 56*]). OV. am. 3, 2, 69 *auriga* -am spatioso (*vitiose nimirum*) circuit orbe (*cf.* CASSIOD. var. 3, 51, 10 -arum circuitus ovorum ereptionibus *exprimitur. cf. Daremberg-Saglio I 1191*). MANIL. 5, 83 nunc dextros ire per orbes, fidentem campo, nunc -a currere acuta (*i. -ae extremitatem acutam curru strictim praetervehi [cf. infra l. 71. aliter supra l. 3]*). LVCAN. 8, 201 dexteriore rota laevum cum circuit axem, cogit inoffensae currus accedere -ae. SIL. 16, 361 *equus* laevo interior stringebat (*cf. l. 60*) tramite -am. 16, 393. 440. MART. 10, 50, 8 curribus illa tuis (*aurigae*) semper properata brevisque cur fuit et vitae (*ad p. 865, 49*) tam prope -a tuae. CE 1332, 6 (*epitaph. aurigae*) -ae, quod fuit optabile mori, sum cornuo (*cf. supra l. 65*) labsus. ANTH. 197, 11 -arum ... circumdare cursibus orbes. AMM. 28, 4, 30 si ... equis parum cohaerenter circumflexerit -am. CLAVD. 27, 6 vana ... nocturnis (*i. per somnia aurigae*) -a cavetur equis. SIDON. carm. 23, 361 -a ulterior (*cf. supra l. 50*) remisit omnes quadrigas. *metonymice*: -ae *i. q. ludi circenses*: TERT. spect. 28 p. 27, 12 tu mihi -as et scaenam et pulverem et harenam suspiras. -a *i. q. circumvectio stadii* (*cf. p. 865, 61*): CASSIOD. var. 3, 51, 7 p. 106, 4 septem -is certamen omne peragitur. ISID. orig. 19, 29, 6 -a circuitus dicitur (*cf. p. 865, 77 sq.*). *nota enallagas*: *plur.*: STAT. silv. 5, 2, 26 incurvae (*v. vol. VII 1, 1097, 12 et cf. Vollm. ad l.*). 5, 2, 123 Arcadas Ogygio versantem in pulvere -as (*i. Arcadum arte flectentem gyros; cf. Vollm. ad l.*). *sing.*: STAT. Theb. 6, 440 *v. p. 865, 19.* SIDON. carm. 23, 394 compendia flexuosa -ae ... premit *equus.*

[*Dittmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(ii) *de -is cursu assequendis* (*cf. p. 864, 47*): Hor. ars 412 qui studet optatam cursu contingere (*cf. infra l. 36*) -am *eqs.* Prop. 3, 14, 7 (*de mulieribus Lacedaemoniis*) pulverulenta ... ad extremas stat femina -as. Ov. met. 10, 597 (*de Atalantes cum Hippomene certatione*) decursa novissima -a est (*de eodem certamine*: met. 10, 664 -aque erat longe. Stat. silv. 1, 2, 86 -a pallebat in ipsa [*cf. Vollm. ad l.*]). Sil. 16, 512 -ae ... finis (*cf. l. 9*). 16, 518.

(iii) *de -a iaculo figenda* (*lignea nimirum; cf. p. 864, 42*): Sil. 16, 558 iaculo ... -ae ... vincere finem. 16, 567 infixit ... spicula -ae. 16, 570 vicinam -ae (mente *codd.*) ... propulit hastam.

b *de aliis rebus solidis, aptis ad significandum terminum in certaminibus assequendum*: α *in certationibus navalibus*: Verg. Aen. 5, 129 hic (*in saxo ex undis eminente*) viridem ... ex ilice -am constituit *eqs.* 5, 159 iam ... -am ... tenebant (Serv. *ad l.* nauticum verbum. *cf. infra l. 29. 60*). 5, 171 -is (*pl. poet.*) tenet *navis* aequora ... relictis. Sidon. epist. 2, 2, 19 navalibus trita gyris -a. β *in aliis certaminibus*: *quadrigarum*: Stat. Theb. 6, 351 -arum instar ... hinc nudo robore quercus ... hinc saxeus umbo *eqs.* 6, 440 flexae (*v. vol. VI 895, 37*) circa compendia -ae interius ductis ... habenis. 6, 479 -ae interioris (*cf. infra l. 56*) ad orbem. *discum iacientium*: Stat. Theb. 6, 713 (*cf. 703* fixa signatur terra sagitta). *per comparationem cum certamine currentium*: Ven. Fort. vita Hil. 10, 37 baculum figens in terram quasi -am, quo usque deberent excurrere *serpentes*.

2 *in imag. et translate*: a *respicitur cursus vitae humanae*: α *cogitatur potissimum de vita cum aemulatione aliorum peragenda*: Cic. Cael. 75 in hoc flexu quasi aetatis ... fama adulescentis paululum haesit ad -as notitia nova mulieris. Ov. trist. 4, 8, 35 nec procul a -is, quas paene tenere videbar, curriculo ... est facta ruina meo (Clavd. 1, 68 -as ... tenetis ante *maturitatem. cf. l. 14*). Pers. 3, 68 -ae qua mollis flexus et unde. Ivv. 14, 232 rapitur ... -is ... relictis. Ivst. 12, 10, 5 veluti curru circa -am acto (Oros. hist. 3, 20, 1). Hier. epist. 52, 13, 3 haec te quadriga *virtutum* velut aurigam Christi ad -am ... ferat. Pavl. Nol. epist. 24, 7 non decursus stadii, sed ingressus, nec ut -a, sed ianua. Cypr. Gall. num. 95 quaesitam ... meritis ... contingere (*cf. supra l. 2*) -am. Ennod. carm. 2, 15, 4 neu -is sistat palma parata meis (*i. ne currus ad palmam ferendam evectus in -is haereat et subsistat. aliter Hartel in indice s. v.* sistere).

β *cogitatur de vitae exitu* (*cf. p. 867, 1sqq.*) *vel flexu* (*l. 43, cf. supra l. 28*): Varro Men. 544 aevitatis extimam attigit -am, quam dereliquit iuvenitas (Val. Max. 8, 7 ext. 10 aetatis). Verg. Aen. 10, 471 -as ... pervenit ad aevi (*v. vol. I 1165, 56.* Avson. 172,7 ae.... puberis exire as [207, 11 -am]. Sidon. epist. 3, 2, 4. Sedvl. carm. pasch. 1, 183 [op. pasch. 1, 14 p. 186, 2 humani limitis]). Ov. trist. 1, 9, 1 vitae ... tangere -am (Apvl. met. 4, 20 v. -as ultimas obiret. Clavd. Don. Aen. 10, 470. Boeth. cons. 4, 4, 7 brevibus. *al. cf.* Macr. somn. 1, 6, 76 vivendi). Epiced. Drusi 359 -am properamus ad unam. Stat. Ach. 1, 258 extremis ... admota pericula -is. Mart. 10, 50, 8 *v. p. 864, 69.* Lact. inst. 2, 13, 3 *deus* in *tot* annis -am conlocavit, quam transgredi non liceat. Iord. Get. 14, 82 cursus sui -am explevit. CE 2100, 20 praecipit⟨i⟩ ... cursu[m] (*em. Heraeus in exempl. suo*) ... -as deseruit.

b *respicitur spatium operis absolvendi*: α *cogitatur de opere poetarum* (*cf. Rothst. ad Prop. 2, 10, 2*): Prop. 4, 1, 70 has meus ad -as sudet ... equus. Ov. am. 3, 15, 2 raditur haec elegis ultima -a meis. ars 1, 40 admissa -a premenda rota. 2, 426 interior (*i. breviorem circuitum praebens; cf. l. 20*) curru -a terenda meost. met. 15, 453 ne ... oblitis ad -am tendere longe exspatiemur equis. Sil. 8, 49 pressis stringam (*cf. p. 864, 60. 68*) ... famam narrandi -is *eqs.* Homer. 1066 tenens (*cf. l. 14. 29*) portum -amque ... Homeri. Stat. silv. 4, 7, 23 primis meus -is (*cf. p. 864, 78 sqq.*) haeret Achilles (*i. Achilleis*). *sim. de scriptore*: Lact. inst. 7, 27, 1 decursis propositi operis septem (*cf. p. 864, 28*) spatiis ad -am pervecti sumus. Svlp. Sev. dial. 3, 17, 1 *nulla* sit -a referenti. *de disputante*: Hier. c. Lucif. 11 illam cursus mei -am circumeo, *seq. a. c. inf.* (*i. disputationis meae propositum examino strenue defensurus*).

β *de aliis operibus (spectat ad statum perfectionis assequendum)*: *cf. gr.* τέλος: Varro ling. 8, 31 duplicem ... summam, ad quas -as naturae sit perveniendum in usu, utilitatis et elegantiae. *cf. gr.* τελείωσις: Varro rust. 1, 3 quae scientia sit in colendo, ... ars id an quid aliud, et a quibus carceribus decurrat ad -as. *speciatim de opere venereo*: Ov. ars 2, 727 ad -am properate simul. rem. 413 ad -as venit finita voluptas.

B *de rebus naturalibus significantibus terminum quendam assequendum ab iter facientibus* (-a viarum: Verg. Aen. 3, 714 hic labor extremus, longarum haec -a v. 8, 594 per dumos, qua proxuma -a v., ... tendunt [*parum apte* Serv. auct. *ad l.* qua proximus circuitus. *cf. p. 864, 79*]): 1 *in orbe terrarum*: a *de promunturiis*: Verg. Aen. 3, 429 (*v. vol. III 1144, 3*). Sol. 2, 24 *sinus* in Acroceraunio -as habet (*ex Plin. nat. 3, 97* A. ... finitus promunturio). Serv. auct. Aen. 1, 201 saxa ... in modum -arum situ naturali.

b *de mundi finibus extremis* (Isid. orig. 18, 30 -arum ... appellatione propria terminum ac finem mundi designari *eqs.*): Albinov. carm. frg. 4 rerum (*v. adn. crit. et cf. l 72*) -as extremaque litora mundi. Ov. met. 2, 142 Hesperio (Sen. Phaedr. 286 Hesperias) positas in litore -as umida nox tetigit (*cf. l. 20*). Sen. Herc. O. 45 intra (infra *codd.*) nostras (*sc. Herculis*) substitit -as dies (Lvcan. 3, 278 Herculeis [Sil. 9, 185. 16, 149]. Plin. nat. 3, 4 Calpe, laborum [*aliter p. 867, 17*] Herculis -ae. Prisc. perieg. 268 -as H. [*Dionys. perieg. 282* στηλῶν]). Val. Fl. 2, 34 Hyperionius -as maris urget Hiberi currus (*cf. l. 29 sqq.*). Sil. 14, 8 terrarum ... -as (Chalc. comm. 60 terrae. Ivvenc. 4, 118). Apvl. mund. 6 p. 142, 15 orbis nostri -as. Paneg. 2, 23, 1 ultra terminos rerum -asque naturae regna ... extendis. Clavd. 7, 208 Herculeum finem, Bacchi -as (Mart. Cap. 6, 655 easdem victoriae -as habuit, quas Liber et Hercules). 8, 649 per Zephyri -as et Euri. Petr. Chrys. serm. 103 p. 488B mundi.

2 *in caelo*: a *respicitur siderum, solis cursus nocturnus, diurnus*: α *respiciuntur tempora noctis* (-a noctis: *v. infra l. 22. 23. de* Cic. div. 2, 17 *v. p. 863, 17 sqq.*): *de vertice caeli*: Verg. Aen. 5, 835 fere mediam caeli Nox umida -am contigerat (Serv. *ad l.* medium caelum -a est ἀναβιβάζοντος circuli, qui medius *eqs.*). *de horizonte occidentali: cogitatur de noctis abscessu*: Ov. met. 2, 142 *v. supra l. 2.* Sil. 5, 24 curriculo nigram Nox ... -am stringebat (13, 299 str. tenebrae -as. *cf. et p. 864, 60. 68*). Prvd. cath. 1, 79 -a noctis clauditur. *singulariter de noctis ingressu*: Paneg. 6, 9, 3 noctis -am caeli et siderum transit (*aliter infra l. 36*) aspectus (*i. sol et sidera non occidunt*). β *respicitur siderum circuitus nocturnus*: Germ. 228 *tardior* Arctos..., pernicior *Aries* distantes ... properat contingere -as. 397 magis artae Turibulo -ae. Avien. Arat. 168 gemina alternae ... divortia -ae (*cf. Arat. 62* δύσιές τε καὶ ἀντολαί). Mart. Cap. 9, 897 stelligeri raptus -a (*i. siderum certe definita circuitio*). γ *respicitur solis cursus diurnus*: Ov. met. 3, 145 (*de meridie*) sol ex aequo -a distabat utraque. Sen. Med. 600 immemor -ae iuvenis paternae. Val. Fl. 2, 34 *v. supra l. 7.* Sil. 11, 267 diem ad -as defessis Phoebus ... impellebat equis (Apvl. met. 9, 22 *v. p. 862, 84.* 10, 35 ultimam diei -am curriculum solis deflexerat. *v. et p. 867, 33*). Ivl. Val. carm. 4, 25 -is ... Phaethonteis (*i. finibus orientis*). Avien. ora 667 *Phoebi fax* -am transit (*aliter supra l. 23*). Cypr. Gall. Ios. 349 elementa (*v. vol. V 2, 347, 3*) suis ceu nescia currere -is. Evstath. Bas. hex. 6, 3 cum sol cursui suo -as posuerit (*i. occiderit; gr. aliter*). Drac. laud. dei 1, 128 lux, quae dat tempora -is. *de ipso cotidiano solis circuitu*: Stat. Ach. 1, 456 donec sol annuus omnes conficeret -as.

b *respicitur solis, siderum cursus annuus*: α *solis*: Lvcr. 5, 617 *sol* Cancri se ut vertat -as ad solstitiales (Manil. 1, 572 *circulus aestivus C.* titulo potitur -amque [*dett.*, -aque *optt.*] volantis solis et extremos designat ... actus [4, 162 ardentem ... -am ... Phoebus ... curribus ambit. Plin. nat. 18, 264]. Germ. 7 Capricorni [289 sol ambierit -as. Avien. Arat. 988. Fav. Evl. p. 12, 11 humiliore]. Gell. 2, 22, 9 ab aestiva et solstitiali orientis -a [= Apvl. mund. 13 p. 149, 2. *non in gr.*]). Lvcr. 5, 690 distinet aequato caelum discrimine -as *eqs.* Liv. 1, 19, 6 vicesimo anno ad -am eandem solis ... dies congruerent (Plin. nat. 2, 35 observatio umbrarum eius [*sc. solis*] redeat ad -as [*Detlefsen*, notus *vel* motus *codd.*] *eqs.*). Manil. 1, 199 cum *sol* servet in aethere -as. Germ. 481 dum tangat -as *sol*. β *siderum*: Sen. suas. 1, 4 qui s. collegerunt (*i. computaverunt*) -as. *huc potius quam ad aβ*: Novatian. trin. 8 p. 900B *astrorum* varios ... meatus ... ad -as definiti sibi temporis ducere *sc. currum dei*.

c *respicitur lunae cursus menstruus*: Firm. math. 1, 4, 9 cum longiores cursus sui fecerit -as. *fere i. q. mensis* (*cf. p. 867, 30*): Stat. Ach. 1, 673 surgentem ... uterum ... occuluit *gravida*, plenis donec stata tempora -is (*i. numero mensium rite impleto*) attulit ... Lucina.

d *cogitatur de extremis finibus planetarum a sole distantiae*: Plin. nat. 2, 61 p. 146, 9 longissimis distantiae suae -is (*syn. ibid. p. 146, 15* finibus).

e *cogitatur de caeli ambitu non infinito, sed certis finibus concluso*: Prvd. c. Symm. 1, 324 caeli planitiem longo transmittere tractu circinus excurrens -a interiore (*cf. p. 865, 56*) laborat (*i. infinite vagari nequit*).

IV *plane abit in notionem* **termini, finis** (Diff. Suet. p. 312, 22 -a, terminus, finis quid differant: ... -a est, quae incohat spatium et revocat, et citra quam labor est et ultra quam non est): A *spectat ad ambitum localem* (*plur. praeter l. 75. 84*): Verg. Aen. 1, 278 his (*Romanis*) ego nec -as rerum (*cf. supra l. 1*) nec tempora pono (Sil. 7, 478 nullae regnis per saecula -ae. Prvd. c. Symm. 1, 541 *regno Rom.* nec -as statuit nec *eqs.*). Manil. 4, 680 hanc Asiae -am posuit natura. Val. Fl. 4, 512 Ionii -as. Sol. 7, 28 perdices ... in ... aëre, quas transire non audeant, -as habent (*ex Plin. nat. 10, 76* terrarum ... avibus termini). Avson. 139, 8 partirier ... regnorum ... -as. Clavd. 15, 456 cui (*sc. iuri Latio*) non Nilus, non intulit India -as. Mart. Cap. 4, 331 -arum Marsicarum incola. Cod. Theod. 12, 1, 174 extra -as propriae civitatis (Cod. Iust. 10, 32, 53 territorii). Epist. pontif. 584 (*Simplic.*), 2 Avell. p. 148, 3 extra -as ... imperii (Hyd. praef. 7 chron. II p. 14, 18 i. Romani). Sidon. epist. 3, 1, 5 possessionis. Clavd. Mam. anim. praef. p. 20, 6 totus usque ad -am sui liber.

[Dittmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *spectat ad ambitum temporalem*: 1 *respicitur vitae exitus* (*sim. imag. termini assequendi magis servata p. 865, 39 sqq.*): VERG. Aen. 12, 546 hic tibi mortis erant -ae (SERV.: id est mors, quae -a est et finis: nam -am et fines vitae dicimus, non mortis; ... de Homero ... translatum, qui ait τέλος θανάτοιο [*Il. 3, 309*]. *cf.* SEN. Tro. 398 mors ... velocis spatii -a novissima. DRAC. laud. dei 1, 555 vitae mors -a datur). PETRON. 94, 8 fatali (FAV. EVL. p. 1, 17 -ae curriculum. *cf.* IVL. VAL. carm. 2, 3 quibus ... -is fata claudantur sui). VAL. FL. 6, 310 segnes abrumpere -as. SIL. 5, 406 Parcarum impellere -as. ARNOB. nat. 2, 8 senectutis ad -as. INSCR. christ. Diehl 1008, 4 (*loc. mutil.*). 1043, 7 lucis ... -am. *i. q. vita extrema*: VIGIL. TRID. ad Ioh. 8 p. 556B -am suam palmā (*sc. martyrii*) concludens non serā. AVSON. 210, 14 placidae vitae congrua -a.

2 *respiciuntur aliae res temporales*: *de termino rei ad eventum vel ad finem perducendae* (*iure, lege definito: infra l. 23 sqq.*): SIL. 9, 549 nec longe (*sc. absunt*) cladis -ae. 11, 605 destituemus ad ipsas victorem -as (*sc. victoriae adipiscendae*)? 13, 260 -am ... laboribus orat (AVSON. 366, 12 Cerberus extremi -a laboris [AMBR. Iac. 1, 6, 23 p. 19, 6 brevis. PAVL. PELL. 328 postrema]. *aliter p. 866, 5*). APVL. met. 9, 13 ad ultimam salutis meta⟨m⟩ de[m]tru⟨sus⟩. DON. Ter. Andr. 152 in proximo sunt -ae libertatis. PAVL. NOL. carm. 27, 412 euangelii ... ianua -aque legis *Ioannes baptista*. COD. Theod. 2, 7, 2 intra -as lege comprehensas *dilationis* (COD. Iust. 2, 52, 6 restitutionis). 6, 28, 8, 2 per longae militiae -as (COD. Iust. *bis*). 10, 15, 3 intra praescriptas causae cognoscendae -as. 14, 4, 9 post expletas lustralis sollicitudinis -as. ENNOD. epist. 2, 3, 1 p. 42, 5 circa -as votorum (*sc. adipiscendorum*). VIGIL. THAPS. c. Arrian. 2, 7 legalium constitutionum -as egredi.

3 *temporis, vel partium vel generaliter* (*raro sing., v. l. 31. 33. 34. 45. 52; passim acced. gen.; non accedente gen. -a fere i. q. mensis* [*cf. p. 866, 57*]: AVSON. 381, 13 paenultima -a [*sc. anni*] November): HILARIAN. pasch. 3 p. 1108A autumni et hiemis -as. AVSON. 371, 4 hoc spatio (*sc. in sidere Cancri*) aestivi ... -a diei (391, 17 sic lux prima abiit, sic altera -a [*fere i. q. pars*] diei. MAR. VICTOR aleth. 1, 60. *v. et p. 866, 33 et cf.* MART. CAP. 6, 600 pares horarum -as). MACR. somn. 2, 11, 4 ad ... anni -as (COD. Theod. 2, 8, 25 [*a. et* triennii *passim*]. EPIST. pontif. 636 [*Gelas.*], 14, 3. TVRRIB. Leo M. epist. p. 693B longas annorum -as. COD. Iust. anni -as 7ies [annorum, biennii, triennii *passim*]. *rediviva notione q. e. sub III*: PETR. CHRYS. serm. 87 p. 445A a. -as temporum quadriga percurrit. 146 p. 591C). COD. Iust. 5, 37, 27 biennales (12, 7, 2, 1). -ae *i. q. anni* (*cf. H. Martin, AmJPh. 35, 1914, 409*): INSCR. christ. Diehl 1646 cui decies quina⟨s⟩ ... -as (*'pro nom.' Heraeus*) regendi monacos incubuere. temporis: AVG. civ. 21, 17 certi. COD. Theod. 7, 18, 6 pr. annui. 9, 40, 22 praestituti (COD. Iust. 9, 47, 23 pr.). *al.* (*sing.*: COD. Theod. 16, 7, 3, 1). temporum: PS. AVG. serm. ed. Mai 49, 2 *opp.* ianuas. COD. Theod. 5, 11, 11 longioribus. 11, 31, 1 artiores. LIB. geneal. chron. I p. 182, 442 decursis t. -is. NOVELL. Theod. 3, 1 VAL. CEM. hom. 1, 1. COD. Iust. 1, 2, 23, 2 nullis t. -is ... actionem circumcludi. PASS. Desider. 2 -as t. pubertatis elapsus. *cf.* RVT. NAM. 1, 137 nullis obnoxia tempora -is. PROSP. carm. de prov. 733. saeculi: COMM. instr. 1, 1, 2 -a (*i. temporum exitus*). *cf.* CLAVD. 26, 266 *abbreviant* properatis saecula -is. -ae *i. q. ipsum temporis spatium definitum*: COD. Theod. 2, 18, 1 ubi ... contentiones ... satietate altercantium -as compresserint. 13, 11, 5 nullis intercepta -is (*i. intervallis*) actio. PAVL. PETRIC. Mart. 5, 473 extentis ... -is. LEX Burg. Rom. 31, 2 causae in expressis -arum suarum terminis finiantur.

C *spectat ad ambitum rerum* (*fere incorp.; corp. l. 73; hominum i. humanitatis infra l. 64*) *definitum consuetudine, necessitate sim.* (*plur. praeter infra l. 76, interlucente passim notione q. e. sub III*): VAL. MAX. 3, 7 ext. 1 intra primas memoriae -as. CYPR. ad Donat. 5 p. 7, 9 spiritus ... intra certa -arum spatia frenatur. LACT. frg. 5 p. 158, 5 animi motus ... extra -as ... suas afluentes. OPTAT. 3, 3 p. 75, 13 quasi hominum excesserat -as (AVG. doctr. christ. 3, 12, 18 -as consuetudinis bonorum ... excedat. *cf. infra l. 67. 73*). PELAG. in I Cor. 9, 24 p. 179, 17 intra fidei -as ... contineantur (AVG. den. ad litt. imperf. p. 459, 9 f. -as excedere). AVG. conf. 10, 31, 47 manducando et bibendo ... rapiantur ... extra -as necessitatis (PS. AVG. serm. 74, 3 GREG. M. moral. 2, 27). serm. 51, 13, 22 matrimonialis pacti ... coniugalis tori. PAVL. MED. vita Ambr. 53 promissi. CAEL. AVR. chron. 4, 9, 135 *naturae* puritatis. MAR. VICTOR aleth. 1, 333 angustis ... clausa licentia -is. PRIMAS. in apoc. p. 895C vasa aenea *calefacta* ... suae capacitatis -as excedunt. PS. PRIMAS. in Rom. p. 462C intra -as naturalis ordinis. GREG. M. moral. 9, 37 aequitatis. 21, 25 extra -as inopiae (*cf.* HIL. AREL. vita Honorat. 21extr. *pauperum* angustiae ... in ipso -am reperirent). PASS. Pauli 7 crudelitatis -as. *fere i. q. habenae, frena*: AVG. ord. 2, 2, 6 domito ... -as legis imponat (EVSTATH. Bas. hex. 1, 9 disquisitioni -as imponere [*gr.* ὅρους ἐπίθες τῇ διανοίᾳ]).

D *spectat ad gradum*: 1 *ad summum gradum, culmen*: TERT. spect. 29 p. 28, 2 (*comparantur ludi circenses cum rebus ad fidem christianam pertinentibus*:) -as consummationis exspecta (FAVST. REI. epist. 1 p. 163, 3 ad bonae c. -as pervenit). SEVER. Aug. epist. 109, 3 epistula ... quasi -a illorum gaudiorum. *speciatim in ratione numerorum*: FAV. EVL. p. 2, 27 quantitas ... in denariam -am crescendi accessione perveniens. p. 5, 5 usque ad decimi -am. 2 *ad infimum gradum*: FACVND. defens. 11, 5 p. 810B (*interlucente notione q. e. sub III*) *deus* ab ultima -a ad supremum evexit principatum *Christum*.

deriv.: metalis. mēto(r). *Dittmann.*

metabasis, *acc.* -in *f.*, μετάβασις. *ubique scrib. litt. gr. t. t. rhet. i. q. transitio*: RVT. LVP. 2, 1 p. 12, 22 -ις. hoc duobus modis fieri solet: e quibus unum genus est eius modi, cum ab ea sententia, quam proposuimus, convertimus ad aliquam personam aut rem [aut fortunam] et tamquam praesentem appellamus, ita ut fecit Myron ...; alterum genus est ⟨ad⟩ id, quod demonstrare instituimus, cum ⟨ab⟩ alia[m] re[m et] orationem atque actionem nostram revocamus. Demosthenis *coron. 42 eqs.* QVINT. inst. 9, 3, 25 qui tam parva momenta nominibus discreverunt, -ιν vocant, quam et aliter fieri putant (*tamquam exempla profert Verg. Aen. 3, 55 sqq. et 4, 595*). PS. IVL. RVF. schem. lex. 25 p. 54, 7 μετάστασις est vel -ις cum ab loquentis persona ad personam ⟨aliam⟩ transitum facimus ratione vel adfectu ut *Verg. Aen. 11, 45 sqq.* ... haec figura dicitur variatio aut transitus. CARM. de fig. 88 -ις. at rem⟨e⟩atio fit, cum rursus me redigo ad rem.

metabola, -ae *et* **metabolē**, *acc.* -ēn *f.*, μεταβολή. -bul-: *l. 23. 28. litt. gr.: l. 31. 33. 36.* [*dub.*: HYD. chron. II p. 34, 236 expeditio ... ordinata -arum (-bul- *B*1, tabularum *B*2) commutatione et navigationis inopportunitate revocatur (*estne gen. inhaerentiae notione expressa sc. tempestatis? minus probabiliter cogites de notione 'migrationum' aut de depravatione vocis q. e. 'metaplus'* [*cf. p. 877, 50*]).]

i. q. variatio, permutatio: HIPPOCR. aer. 3 p. 7, 8 nisi optinuerit morbus ... de magna -bula (μεταβολῆς). ORIBAS. syn. 5, 32, 3 La aquae -en (mutationis *Ab*, *gr.* μεταβολήν) attendere. *t. t. rhet.*: QVINT. inst. 9, 3, 38 hanc rerum coniunctam diversitatem Caecilius -ήν vocat, qualis est pro Cluentio (*41*) locus. CARM. de fig. 169 -ή. si verbum varie mutes, variatio fiet (*Demosth. coron. 311*). SCHEM. dian. 43 -a (-ή *Eckstein*) est iteratio unius rei sub varietate verborum. Vergilius *Aen. 2, 306* ...; Cicero *div. in Caec. 30* (*sim.* CASSIOD. in psalm. 68, 17 -e id est iteratio). *t. t. mus.*: QVINT. inst. 9, 4, 50 *rhythmi* currunt usque ad -ήν id est transitum ad aliud rhythmi genus. FVLG. myth. 3, 9 p. 76, 2 habet ... musica partes septem: ... -as et melopias.

[verbum ... habens in praesenti **μετάβολον** (*legendum vid.* ἀμετάβολον, *cf. vol. I 1887, 50*) ante ω id est liquidam consonantem MACR. exc. gramm. V 607, 32.]

metabulum *v. s.* metaplus.

metacarpium, -ī *n.*, μετακάρπιον. *i. q. pars manus inter carpum et digitos*: PS. SORAN. quaest. med. 52 post carpos ... -a.

metacentēsis, *acc.* -in *f.*, *μετακέντησις. *i. q. punctionis genus, incisio in corpus, quae fit sanguinis tollendi causa*: ORIBAS. syn. 1, 10, 8 add. Aa p. 49, 10 Mø. oportet ... incoante dolore antispasin facere, -in (*Mørland*, metuceutisin *trad.*) autem, id est ex ipsa vicinitate auferendus est sanguis.

metacismus *v. s.* mytacismus.

metaclisis *f.*, μετάκλισις. *t. t. rhet. i. q. declinatio, mutatio positionis, genus figurae q. d.* πολύπτωτον: CARM. de fig. 94 -ις (*Sauppe*, εκκαλισις *cod.*). declinatio cum verbum declino parumper. 'a primo puerum rectum est condiscere recte.'

metadiorthōsis *f.*, *μεταδιόρθωσις. *t. t. gramm. i. q. epidiorthosis, correctio vel reprehensio rei antecedentis*: DON. Ter. Ad. 392 'nimium inter vos, Demea' -ις (*in lacuna ins. Lindenbr.*; '*an* ἐπιδιόρθωσις?' *Weßn.*): nunc enim redditum est, quod supra debebatur. Phorm. 232 σχῆμα διανοίας· -ις (*locum depravatum corr. Sabbad.*).

metafora, metafrenon *v. s.* metaph-.

metanoea vel **metagnōsis** (μετάγνωσις) est dictio continens paenitudinem rei aut factae, quae fieri non debuit ut *Verg. Aen. 2, 84* ... aut non factae, quae fieri debuisset ut *Verg. Aen. 2, 108* SACERD. gramm. VI 470, 1.

metagōn, -ontis (*acc.* -a, *nom. pl.* -ēs) *m.*, μετάγων. *nomen generis canum fortasse ab inquirendo et persequendo inditum*: GRATT. 209 decus, quod nunc, -es, habetis (*cf. Enk ad l.*). 221 operi spes magna petito adsumptus -n lustrat per nota ferarum pascua. 264 prodant ... tibi -a parentes.

metalēmpsis (metalēpsis), *acc.* -in, *abl.* -ī *f.*, μετάλη(μ)ψις. *de scriptura copiose disserit W. Schulze, Orthographica, Marburg 1894 p. X sqq., qui docet Romanis more Graecorum posteriorum (cf. e. g. E. Mayser, Gramm. d. gr. Pap., Leipzig 1906 p. 194 sq.) maxime in usu fuisse formas nasales* -emps- *et* -ems- (*rariores*: -ens-: DON. Ter. Andr. 502 [*v. p. 869, 21*] gramm. IV 400, 4 *S.* -imps- *vel* -ims-: DIOM. gramm. I 456, 31), *de fide lectionis* -leps- (*e. g.* DIOM. gramm. I 458, 7 SCHOL. Verg. Veron. georg. 3, 382) *parum constare. litt. gr.: l. 84. al.*

i. q. translatio, transsumptio, susceptio: 1 *t. t. rhet.*: a *genus metonymiae, quo aliquid aliter significatur atque potissimum id, quo significationes gradatim permutantur (cf. R. Volkmann, D. Rhetorik d. Griechen u. Römer, Leipzig 1885 p. 427 sq.)*: *definitiones sim.*: QVINT. inst. 6, 3, 52 in -in quoque cadit ... ratio dictorum, ut Fabius Maximus incusans Augusti congiariorum ... exiguitatem heminaria esse dixit. 8, 6, 37 superest ex his, quae aliter significant, -ις, [*R.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

id est transsumptio, quae ex alio tropo in alium velut viam praestat ... Graecis ... frequentior, qui ... insulas ὀξείας θοάς dicunt *eqs.* 8, 6, 38 est ... haec in -i natura, ut inter id, quod transfertur, et id, quo transfertur, sit medius quidam gradus, nihil ipse significans, sed praebens transitum: ... id eius frequentissimum exemplum est 'cano canto', ⟨'canto⟩ dico', ita 'cano dico': interest medium illud 'canto'. 9, 1, 5 in tropis ponuntur verba alia pro aliis ut in μεταφορᾷ, μετωνυμίᾳ, ἀντονομασίᾳ, -ει *eqs.* (*cf.* DON. gramm. IV 399, 15 CHAR. gramm. p. 358, 10 B. DIOM. gramm. I 456, 31). SACERD. gramm. VI 467, 4 -is est dictio per gradus interpretationis descendens ad propriam significationem ut est *Verg. Aen. 1, 60* (*cf.* DON. gramm. IV 400, 4, *cui Verg. ecl. 1, 70 alterum exemplum est* [*item* POMP. gramm. V 306, 26 sqq. -is dicitur accessus quidam gradatim perveniens ad finem sed longo ordine]. CHAR. gramm. p. 359, 21 B. p. g. homonymiae [DIOM. gramm. I 458, 7 gradatim (*?*) h.]). SCHEM. dian. 60 -is est dictio, quae per aequivocum (*cf. l. 14*) unius aliud significat. CAEL. AVR. acut. 1 praef. 13 sumptionibus quas Graeci -εις appellant. ISID. orig. 1, 37, 7 -is est tropus a praecedente quod sequitur (*cf. l. 24; aliter l. 20*) ut *Pers. 3, 11.* *in explanandis locis poetarum*: DON. Ter. Andr. 502 'dicas' pro 'credas' ... ab eo quod sequitur id quod praecedit (*aliter l. 17. 24*). figura -ις (*Weßn.*, meta lesis *A*, -ens- *B*, melep- *T*) a posterioribus ad priora. SERV. auct. Aen. 9, 231 (*ad* 'trepidos':) per -in cupidos dixit ἀγωνιῶντας: non enim possumus timentes accipere, quod festinabant. auct. ecl. 1, 70 (*R et H*). SCHOL. Verg. Bern. ecl. 1, 70 -is ab eo quod praecedit ⟨id⟩ quod sequitur ostendens (*cf. l. 20*). 8, 21. SCHOL. Verg. Veron. georg. 3, 382 *Eurum* per -in quemcumque ventum dixit. SCHOL. Hor. gloss. *Γ* epist. 1, 20, 27 'quater undenos' (*sc. Decembris*): -is. **b** *genus controversiae in constitutione causae* (*cf. Volkmann l. c. 41. 84 sqq.*): QVINT. inst. 3, 6, 46 -ιν, quam nos varie translativam, transsumptivam, transpositivam vocamus. 9, 2, 106 -ιν (-ληψ- *AP*) ..., quo statu Hermagoras utitur. AVG. rhet. 10 p. 143, 11 contentio, qua alter in iudicium vocat, alter recusat iudicium, facit quaestionem, quod controversiae genus Hermagoras -ιν appellat. SVLP. VICT. rhet. 42 p. 338, 31 -is sive illa translatio sive illa praescriptio est. p. 338, 34 -is uno nomine apud Graecos (*cf. H. Oellacher, WSt. 55, 1937, 77*) disparem apud quosdam rationem habet: nam hanc Zeno translationem facit, nonnulli praescriptionem. p. 339, 2. IVL. VICT. rhet. 3, 9 p. 382, 3 de -i id est rationali et legali.

2 *t. t. medicorum*: CAEL. AVR. chron. 5, 10, 105 in singula loca ex aliis factam susceptionem puris, quam -ιν vocaverunt.

metalēmpticōs *adv.*, μεταλη(μ)πτικῶς. *i. q. per metalempsin, translate*: DON. Ter. Andr. 533 -ῶς (-lent-, -lēt- *vv. ll.*), quia qui dicit 'salve' iubet *eqs.* 674 -ῶς (*A, cett. lac. indicant*) servitium pro servitute posuit ut *Verg. Aen. 3, 327.* Eun. 809, 3 -ῶς (*Weßn.*, -lent- *codd.*) furtum pro omni dolo et fraude accipimus et iniuria. *R.*

mētālis, -e. *a* meta (*cf. Leumann, Adj. auf -lis 31*); *cf. gr.* κωνοειδής. [*francog. dial.* muó. *M.-L.*] *i. q. in formam metae figuratus*: FEST. p. 355, 32 tutulum ... pilleum lanatum forma -i figuratum (*cf. p. 863, 67 sqq.*).

adv. **mētāliter** (*cf. gr.* κωνοειδῶς). *i. q. figurate in formam metae*: MART. CAP. 8, 859 umbra (*sc. terrae, in defectione lunae*) -r iacitur. 8, 870 umbra terrae -r infuscatur. *cf. p. 863, 14 sqq. 76 sqq.* *Dittmann.*

[*?***metalla**, -ae *f.* VEG. mil. 4, 6 p. 132, 3 ut de ligno crates facerent, quas -as (*plurr. codd., Lang*; metellas *Π vg.*; mactalas *D*; matellas *ci. Oudendorpius, quam coniecturam Niedermann fulcire conatur explicando sermone castrensi ad 'pelves patulas defusas' [cf. Iuv. 3, 276 sq.] alludi*) vocaverunt, lapidibusque complerent, ea arte ... constitutas, ut ... hostis *ascendens* ... supra caput suum vergeret saxa.]

metallārius, -a, -um. *a* metallum. *i. q. ad metalla (sc. fodinas) pertinens*: TREB. Claud. 15, 4 curator Illyrici met⟨al⟩larius (*suppl. Mommsen. cf. p. 871, 41 sqq.*).

pro subst.: **metallārius**, -ī *m.* (-a, -ae *f.*: *l. 66*). *i. q. homo metallo obnoxius* (*cf.* metallicus): COD. Theod. 10, 19 rubr. (= COD. Iust. 11, 7 rubr.). 10, 19, 5 -i, qui incolunt latebras, producantur. 10, 19, 6. 9 (*syn.* aurileguli). 10, 19, 15 pr. -i, qui ... migrarunt, ... revocentur. *cf.* COD. Iust. 11, 7, 7 -i sive metallariae, qui quaeve ... migraverint *eqs.*). *ibid.* cunctis -orum condicionem ... secuturis, quicumque *eqs.* 10, 19, 15, 1 -orum origini. 11, 28, 9 subscr.

metalles (*post* satelles; *cf. Heraeus, ALL 12, 1902, 57*) NOT. Tir. 82, 79[a] (*v. adn. crit.*). *cf. p. 880, 17.*

***metallicus**, -a, -um, μεταλλικός. **1** *i. q. e metallo constans vel factus*: **a** *proprie*: SCRIB. LARG. 23 (= MARCELL. med. 8, 4) *collyria* composita ex rebus -is (*seq.* aeris, cadmiae, stibii *partes.* PLIN. nat. 1, 33, 30. FIRM. math. 8, 25, 9 erit faber ferrarius vel qui res -as tractet). PLIN. nat. 1, 33[extr.] de medicina -a (1, 34[extr.]. 1, 35[extr.]). 1, 35, 12 de pigmentis praeter -a. 34, 173 *molybdaena* adhaerescit et auri argentique fornacibus; hanc -am vocant. AMM. 29, 1, 30 lance ... ex diversis -is materiis fabrefacta (NOVELL. Marc. 2, 1). MACR. somn. 1, 5, 3 corporibus. CASSIOD. or. frg. p. 483, 13 (*de opere musivo? cf. p. 874, 60*) totum -is coloribus comitur, ubi cerea ⟨pictu⟩ra n⟨oscat⟩ur. in psalm. 2, 9 *virga* ferrea, non quia deus ad ultionem utitur virga -a, sed *eqs.* 105, 19 deum -um sibimet effecerunt (*cf. postea*: vitulum conflatilem). *adde*: PLIN. nat. 27, 15 in Iudaea ... -am eius (*sc. suci aloes sicci*) naturam.

b *metaph. de animantibus, latet notio q. e. sine sensu, sine vita*: CASSIOD. var. 7, 15, 5 ne *architectus* ... ipse videatur esse -us et intellegere non possit *eqs.* 10, 30, 2 tanta mole prostrati sunt *elephanti*, ut tunc magis -os (*cf. antea*: elephantos aeneos) possis credere, cum se vivos aspicias non movere.

2 *i. q. ad metalli massam (nonnisi l. 13) vel fodinas (lapicidinas l. 17) pertinens*: **a** *de rebus corporeis*: DIOSC. 5, 123 p. 219, 4 aqua ex -is fabricis destillat. COD. Theod. 10, 19, 15, 1 qui -a loca praedictae obnoxia functioni emisse perhibentur *eqs.*

b *de rebus incorporeis* (*cf. l. 30*): CALL. dig. 48, 19, 28, 6 (*rescr. imp. Hadr.*) etiamsi faciet -um opus, non in metallum damnatus esse intellegi debet (TERT. cult. fem. 1, 5, 2). FIRM. math. 4, 14, 20 qui artes -as exercere consueverint (CHALC. comm. 337). HIL. c. Const. 11 -ae damnationis. AVG. c. Iul. op. imperf. 6, 27 p. 1571[p. in.] minora crimina labore -o ... damnant. COD. Theod. 10, 19, 4 = Iust. 11, 7, 2 ob -um canonem. CASSIOD. hist. 7, 40 p. 1102[C] -o deportatus exsilio.

c *de hominibus*: PASS. coron. 1 artifices -os (*sc. lapicidas*).

pro subst.: *n.* ***metallicum**, -ī. *i. q. massa metalli vel partes metallorum continens*: CHAR. gramm. p. 38, 9 B. -a semper singularia sunt, ut puta aurum stagnum *eqs.* (*sim.* DIOM. gramm. I 328, 12. *al.*). DIOSC. 5, 95 p. 200, 17 in quo monte inveniuntur multa -a. GLOSS. med. ed. Heiberg p. 72, 8 qui -a operantur (*cf. l. 11*). *inter medicamenta*: CELS. 5, 17, 2 emplastra pastillique magis ex quibusdam -is fiunt. 5, 28, 12[G]. PHILAGR. med. 4 p. 182, 1 M. teres diligenter -a (*cf. antea*: arsenico, stipteria). ORIBAS. eup. 2, 1 L 7 (*gr. 2, 1 A 17* μεταλλικά). syn. 8, 28, 4 Aa p. 246. 9, 23 add. Aa p. 323. *meton. de simulacris(?)*: SEDVL. op. pasch. 1, 1 p. 178, 7 quid ... fana profana veneranda (*an corrig.* venerando*?*) -a proderit animas servitute damnare? (*cf. antea*: lapideis simulacris et aereis figuris *et carm. pasch. 1, 48* mutis ... metallis; *an -a adi. et coniungendum cum* servitute*? cf. p. 872, 25*).

m. **metallicus**, -ī. *i. q. is, qui in metallo laborat vel qui metallo obnoxius est* (*cf.* metallarius): PLIN. nat. 34, 157 lavant eas harenas -i. VLP. dig. 48, 19, 8, 8 in ministerium -orum feminae ... damnari solent (COD. Iust. 9, 47, 9 [*a. 224*]. HERMOG. dig. 48, 19, 36). MACER dig. 48, 19, 10, 1 in eos tamquam -os constitui debet (*syn.* qui ... in metallum dati sunt). AVG. serm. 125, 5 ex effractore erit -us. COD. Theod. 10, 19, 15, 1 (= COD. Iust. 11, 7, 1). *cf. Onom.*

metallifer, -a, -um. *a* metallum *et* ferre, *cf.* frugifer. *i. q. metallum gignens*: SIL. 15, 498 argenti pondera et auri parta -is ... terris. STAT. silv. 4, 4, 23 -ae ... moenia Lunae.

metallinus, -a, -um. *a* metallum. *i. q. e metallo factus*: ISID. epist. 7, 6 de vase ... ligneo, fictili vel -o (*syn.* ex metallo).

metallo, -āre. *a* metallum. *i. q. metalla eruere*: ITALA deut. 8, 9 (Fr. A. Eckstein, Analecta zur Gesch. d. Pädagogik, Halle 1861 p. 10) -bis (μεταλλεύσεις, *Itala Lugd.* fodies, *Vulg.* aeris metalla fodiuntur).

metallocrystallinus, -a, -um. *a* metallum *et* crystallum, *cf.* κρυστάλλινος. *i. q. e metallo et crystallo factus*: GREG. TVR. Mart. 4, 10 p. 652, 7 patena ... metallocristallina.

***metallum**, -ī *n.*, μέταλλον. *de etym.*: PLIN. nat. 33, 96 ubicumque una inventa vena est, non procul invenitur alia ..., unde -a (-ia, -i *var. ll.*) Graeci videntur dixisse. ISID. orig. 16, 17 -um dictum graece παρὰ τοῦ μεταλλᾶν *eqs.* *voc.* -e *v. p. 873, 65.* *notatur* m: CIL II 6247, 2 INSCR. Dessau 8717. met: INSCR. numm. Mattingly et Sydenham II p. 474 n. 1011 CIL VII 1208. metal: INSCR. numm. Mattingly et Sydenham II p. 313 n. 1255. p. 474 n. 1013 sq. CIL VII 1214. *per ellipsin omittitur*: INSCR. numm. Mattingly et Sydenham II p. 294 n. 703. 704. p. 474 n. 1012. 1016 CIL VII 1201. 1204—1207. 1215 sq. NOT. Tir. 77, 25 (*post* argentifodina). GLOSS. II 369, 12 μέταλλον. *cf. l. 67. p. 408, 59. 871, 68 sqq. 872, 18. 40 sqq. 874, 54.* *inde a* VARRONE (*l. 72*), LVCR., NEP., VERG. [*dub.*: PLIN. nat. 36, 9. *loco contextus dubii*: SIL. 3, 266.]

I ***propie de loco**, ubi massae, sc. aurum ferrum sim. vel lapides (e. g. p. 871, 15) terrarumve species (e. g. l. 77. p. 871, 16) e terra effodiuntur (interdum vergit ad notionem venae [cf. p. 872, 45], e. g. p. 871, 14.* GLOSS.[L] V Aa ME 320 -um: locus, ubi aurum argentique pondus nascitur. *de re cf. Blümner, Technol. IV; Daremberg-S. s. v.; Hirschfeld, D. kaiserl. Verwaltungsbeamten² p. 145 sqq.; Orth, RE Suppl. IV 108 sqq.; Fiehn, RE III A 2241 sqq.*): **A** *generatim*: **1** *sensu strictiore i. q. fodina, lapicidina* (*l. 78. p. 871, 27 sqq. opp.* lapicidina: *p. 871, 38*): VARRO rust. 1, 2, 22 magis figlinas ... exerceri (*cf. vol. V 2, 1386, 82*) ... quam argenti fodinas aut ⌞alia [et alia] -a⌟ (⌞ ⌟ aliā et aliā et alia *P*). LVCR. 6, 811 quidve mali fit ut exhalent aurata -a ([-tul- *trad.*]. *item c. adi. materiae*: VITR. 7, 9, 6 *chrysocolla* foditur ... ex is locis, qui sunt proximi aerariis -is. PLIN. nat. 8, 222 aurariis. 33, 86 in aerariis -is ... in argentariis *eqs.* 33, 111. 118 miniario. 33, 119. *al.* DIOSC. 5, 95 p. 200, 19 multis -is lapidosis inveniuntur cadmia [*gr. 5, 74, 4* ἐν μετάλλοις λιθίνοις]. COD. Theod. 10, 19, 13 marmoreo). NEP. Cim. 1, 3 qui magnas pecunias ex -is fecerat (*sim. de -orum reditu*: Them. 2, 2 LIV. 42, 12, 9. 42, 52, 12 reditus -orum. 45, 40, 2 ex fructu [*cf. p. 872, 58*] -orum. *cf. p. 871, 2. 873, 45. aliter p. 871, 26*). PROP. 3, 13, 5 Inda cavis aurum mittit formica -is (AVIEN. orb. terr. 807). OV. met. 15, 707 Temeses ... -a. LIV. 39, 24, 2 -a ... et vetera inter-

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

missa recoluit et nova . . . instituit. 45, 18, 3 -i . . . Macedonici, quo⟨d⟩ ingens vectigal erat; locationes *eqs.* (*sim. c. adi. locali*: PLIN. nat. 31, 29 in Scyretico -o. 33, 80 in uno . . . Callaeciae -o, quod vocant Albucrarense [*cf. l. 43*]. 34, 165 Samariensi [*cf. adn. crit.*]. PLIN. epist. 10, 74, 3 ex Parthico -o. LEX met. Vipasc. [CIL II 5181] I 2 intra fines -i Vipascensis. CIL II 6247, 2 [*s. I. in massa plumbi*] T. Iuventi. m(etalli) Lu(tudarensis) [VII 1208. 1214 INSCR. Dessau 8711 e]. INSCR. numm. Mattingly et Sydenham II p. 294 n. 705 metall(i) Vlpiani Delm(atici) [p. 295 n. 710. p. 474 n. 1013 sqq.]. n. 706 metall(i) Vlpiani Pann(onici) [707]. p. 474 n. 1011 met(alli) Nor(ici). COD. Theod. 11, 28, 9 trium -orum debitores Docimeni Proconensis et Troadensis. 11, 28, 11. *cf. l. 44*). 45, 29, 11 -a . . . auri (*cf. vol. II 1526, 24. 53*) atque argenti (*cf. vol. II 520, 63*) . . . ferri (*cf. vol. VI 577, 7*) et aeris (*item c. gen. materiae*: PLIN. nat. 3, 30 -is plumbi ferri aeris argenti auri tota ferme Hispania scatet, citerior et specularis lapidis. 6, 98 aeris et ferri -a et arrenici ac mini. *saepe*. APVL. flor. 6 p. 19. VLP. dig. 27, 9, 3, 6 lapidicinas vel quae alia -a . . . stypteriae vel cuius alterius materiae. VVLG. I Macc. 8, 3 [τῶν μετάλλων]. OROS. hist. 3, 12, 21. *al.*). 45, 30, 3. VITR. 7, 7, 3 melinum, quod eius -um in sola cycladi Melo dicitur esse. 7, 7, 5 sandaraca . . . pluribus locis . . . habet -um. 7, 9, 4 quae in Ephesiorum -is (*sc. minii*) fuerunt officinae. 7, 12, 2 de -is . . . foditur (*cf.* PORPH. Hor. carm. 3, 3, 49 priusquam de -is effodiatur *aurum*. DIOSC. 5, 95 p. 200, 2 cadmian, qui ex vetere -o foditur [*gr. 5, 74, 1* μετάλλων]). CIL XIII 1550 familiae Ti. Caesaris quae est in me⟨tal⟩lis (*suppl. Villefosse*). SEN. dial. 5, 33, 4 si totam mihi ex omnibus -is . . . pecuniam proferas (*cf.* nat. 3, 15, 3). nat. 5, 15, 1 -um antiquum olim destitutum. LVCAN. 6, 34 avolsa . . . saxa -is (*cf.* CE 279, 19 ruf⟨is⟩ avulsa -is *moles* [*antea*: de rupe revellit]. *sim.*: STAT. silv. 1, 5, 36 decisa -is *marmoris species*. 2, 2, 85 Grais penitus delecta [desecta *Avantius*] -is saxa). PLIN. nat. 7, 10. 17, 45 *creta* petitur ex alto . . . actis . . . puteis . . ., intus, ut in -is, spatiante vena. 33, 1. 62. 86. 34, 3 *aes Sallustianum et Livianum* a -orum dominis appellatum. 34, 164 mirum in his solis -is, quod derelicta fertilius revivescunt. 34, 165 -um . . . Antonianum (*sim. c. adi. nominum Caesarum* [*cf. Regling, RE X V p. 1322 sq.*]: INSCR. numm. Mattingly et Sydenham II p. 294 n. 708 -i Vlpiani [709. *cf. l. 8 sqq.*]. p. 313 n. 1255 metal(lis) Aurelianis. VLP. dig. 48, 13, 8, 1 si quis ex -is Caesarianis aurum . . . furatus fuerit *eqs.*). 36, 132 (*opp.* lapicidinis). *al.* SIL. 8, 480 *milites*, quos a niveis (*sc. marmoris*) exegit Luna -is. TAC. hist. 4, 53, 4 -orum primitiae nullis fornacibus victae, sed ut gignuntur. LEX met. Vipasc. (CIL II 5181) I 2 proc(urator) -orum (3. 15. 21 p: qui -is praeerit. 30. *al.* COD. Theod. 1, 32, 5 = Iust. 11, 7, 4. CIL II 2598 M. Vlpius Aug. lib. Eutyches proc. metall(i) Alboc(olensis). III 12721 L. Domitio . . . procuratori -orum ⟨P⟩ann⟨o⟩n(icorum) ⟨et⟩ Delm⟨a⟩t(icorum). GLOSS. III 298, 5 *v. p. 408, 59. sim.*: FIRM. math. 3, 9, 5 -orum praepositos [3, 12, 10. *aliter p. 872, 9*]. NOT. dign. or. 13, 11 comes -orum per Illyricum [COD. Theod. 10, 19, 3]. *cf. p. 869, 60*). I 51 qui . . . ⟨ru⟩tramina in fines -orum inferet (frg. Bruns font.[7] 113, 29. 35. 43. *cf. l. 5*). I 59 e lege -is dicta. frg. Bruns font.[7] 113, 28 neve in ullis -is territorisve -orum moretur (*sim.* 113, 35. 42). 113, 36 a cuniculo, qui aquam -is subducet (*item* 113, 44. *cf. l. 55*). SVET. Tib. 49, 2 civitatibus . . . immunitates et ius -orum . . . adempta. GAIVS dig. 39, 4, 13 pr. VLP. dig. 48, 19, 8, 4. *al.* PAVL. dig. 48, 19, 38 pr. ex -o principis (*cf.* TERT. apol. 29, 2 de -is Caesarum. INSCR. Dessau 8717 [*in massa marmoris*] ex m(etallis) n(ovis) Caesaris n(ostri). *cf. l. 34*). PALLAD. 1, 4, 1 *aqua* ne de -is originem sumat (*cf. l. 50*). VEG. mil. 4, 24 p. 145, 11 -orum, in quibus auri . . . venas Bessorum rimatur industria. PRVD. c. Symm. 2, 287. *al.* COD. Theod. 10, 19, 1 secandorum marmorum ex quibuscumque -is volentibus tribuimus facultatem. PASS. coron. 1 artifices -i (*sc. lapicidinae*). *al.* *in imag.*: AVG. doctr. christ. 2, 40, 60 aurum . . ., quod *philosophi* . . . de quibusdam quasi -is divinae providentiae . . . eruerunt.

2 *per comparationem de locis fodinarum similibus*: LVCAN. 3, 209 ab auriferis . . . exire -is Pactolon. 4, 304 iuventus extrahitur duris silicum . . . -is (*in fodiendo puteo*).

3 *singulariter de agricolae actu fodiendi*: MANIL. 5, 276 quod (*sc.* semina . . . credere terris) solum decuit mortalis nosse -um.

B *speciatim de fodinis quasi poenarum locis, sc. ubi puniendi laborant* (*cf. Mommsen, Strafr. p. 949 sqq.* ISID. orig. 5, 27, 31 -um est, ubi exules deputantur [deportantur *codd. dett. cf. p. 872, 24*] *eqs.* GLOSS.[L] II Abav. ME 35 -is: vinculis, carceribus [*sim. al.*]. III Abstr. ER 1 ergastulum: carcer vel locus, ubi damnati marmora secant vel aliquid operantur, quod latine -um dicitur): TAC. Agr. 31, 2 in excidium petimur; neque enim arva nobis aut -a aut portus sunt, quibus exercendis reservemur. 32, 4 -a et ceterae servientium poenae. PLIN. epist. 2, 11, 8 damnatus in -um (10, 58, 3 TERT. apol. 12, 5. *al. cf. vol. V 1, 16, 34 sqq. et* SVET. Cal. 27, 3 ad -a . . . condemnavit). IMP. HADR. Call. dig. 48, 19, 28, 6 in opus -i . . . damnari (CALL. dig. 50, 13, 5, 3 in o. -i vel in -um datur. VLP. dig. 47, 20, 3, 2. 48, 19, 8, 4. 6. *et al. apud* ICTOS, *e. g.* COD. Iust. 1, 11, 8, 1 operibus -orum perpetuo deputabuntur exilio). coll. Mos. 11, 7, 2 hunc in -um dari oportere (SCAEV. dig. 38, 2, 48 CALL. dig. 48, 19, 28, 5. 10 VLP. dig. 1, 18, 6, 8. *et saepe apud* ICTOS. CYPR. epist. 76, 2 p. 829, 9 AVG. quaest. Simpl. 1, 2, 18 p. 123[med.] *cf.* TERT. pall. 3, 4 -o [COD. Iust. 6, 1, 3]. COD. Theod. 5, 7, 2 = Iust. 8, 50, 20, 4 -is). POMPON. dig. 40, 4, 46 -orum poena (CALL. dig. 50, 13, 5, 3 nec diversa p. est operis et -i *eqs.* VLP. dig. 40, 5, 24, 5. *et saepe apud* ICTOS, *semper gen. sing.* -i, *e. g.* VLP. dig. 48, 19, 8, 10 in calcariam quoque vel sulpurariam damnari solent; sed hae poenae -i magis sunt). CALL. dig. 48, 19, 28 pr. proxima morti poena -i coercitio. TRYPH. dig. 49, 15, 12, 17 transfuga -i. VLP. dig. 47, 11, 10 -o plectuntur. 48, 13, 8, 1 -o . . . punitur. PAVL. dig. 48, 19, 38, 5 in -um . . . relegantur. sent. 5, 17, 2 (3) mediocrium . . . delictorum poenae sunt -um ludus deportatio (*sim. in enumeratione poenarum*: TERT. anim. 33, 7. FIRM. math. 7, 24, 2. 8, 17, 2 ergastulis praepositos vel -is. HIER. chron. a. Abr. 1470 catenas exilia -a. adv. Rufin. 3, 17 p. 470[A]. VINCENT. LER. 4, 6 ergastula carceres -a). TERT. apol. 39, 6 in -is *sunt*. cult. fem. 1, 5, 1 in maledictorum -orum feralibus officinis. *ibid. audacius aurum appellatur terra* -i refuga (*cf. l. 16*). pudic. 22, 2. CYPR. epist. 76[tit.] p. 827, 16 in -o constitutis. 76, 1 p. 828, 9. 76, 2 p. 829, 25. *al.* FELIX Cypr. epist. 79 p. 838, 7. TIBERIAN. carm. 2, 2 aurum . . ., quod duris extorsit poena -is (*sim.* PRVD. perist. 2, 191). LACT. mort. pers. 22, 2. RVFIN. hist. 3, 7, 2 vinctos ad opera Aegypti per -a (GLOSS. V 420, 16 per -a: per diversas artes ferri vel alias) destinatos (4, 23, 10 per -a fratribus relegatis [ἐν μετάλλοις]. LIB. pontif. p. 153, 8 missi in exilio per diversa -a incidenda). COD. Theod. 1, 5, 3 in -um detrudendus est (4, 8, 8. *cf.* 12, 1, 6 = Iust. 5, 5, 3, 1 trudi). 2, 14, 1 = Iust. 2, 14, 1, 2 perpetuis -orum suppliciis deputentur (7, 18, 1. 8, 5, 17 COD. Iust. 9, 47, 11). 7, 18, 8 -o operi publico deputetur (9, 38, 10. LEX Burg. Rom. 8, 3. 20. 18, 3 in -o deputantur [-o deportantur *var. l. cf. p. 871, 69*]). 9, 10, 4 = Iust. 9, 12, 8 servos . . . -is . . . dēdi. 9, 17, 1 -o adiudicetur (COD. Iust. 9, 19, 12 *cetera sim., sed* addicetur. *cf. l. 28*). 12, 1, 6 = Iust. 5, 5, 3, 2. 15, 8, 2 = Iust. 11, 41, 6, 1 -is addicendi publicis (*cf. l. 26*). 15, 12, 1. 16, 5, 65 = Iust. 1, 5, 5, 1. CONST. Sirmond. 8 a -o abstrahimus. 14 reos . . . -o tradat (CASSIOD. hist. 7, 40 p. 1102[B] in -o). OROS. hist. 5, 9, 5. *al.* *per meton. de eis, qui in -is puniuntur*: TERT. apol. 27, 7 rebellantium ergastulorum . . . vel -orum. 44, 3 -a suspirant. *metaph.*: SERM. Arrian. frg. 6 Migne 13 p. 610[B] *increduli* mittentur in -um ignis aeterni (*item* frg. 15 p. 619[B] [*syn.* in gehennam]).

II ***meton.*** *de ipsis* **massis**, *quae in fodinis, lapicidinis (e. g. l. 43. 67. p. 873, 7), harena fluviorum (l. 68. 80) reperiuntur* (*sensu latiore etiam de re arte facta [p. 874, 84]. saepe c. gen. explicativo e. g. l. 47. 55. 65. p. 873, 15. 39. 54; c. adi. materiae e. g. l. 78. 84. p. 873, 31. 62. 83*): **A** *sensu strictiore de aere argento auro ferro sim. (de sulpure l. 76) et de marmore* (ISID. orig. 16, 17 septem sunt genera, -orum: aurum argentum aes electrum stagnum plumbum et . . . ferrum [*sim.* GLOSS. IV 537, 33]. GLOSS.[L] III Abstr. ME 30 -a: aurum argentum aes ferrum et marmor. GLOSS. IV 537, 34 -i genus marmoris):

1 *de massis in natura exstantibus vel de terrae speciebus, e quibus massae excoquuntur, saepius fere i. q. vena (non ubique certo distinguitur a notione fodinae [p. 870, 64], e. g. l. 61. 75)*: VERG. georg. 2, 165 eadem *Italia* argenti rivos aerisque -a ostendit venis. Aen. 10, 174 Ilva . . . insula inexhaustis Chalybum (RVT. NAM. 1, 351) generosa -is (*sim.*: OV. met. 10, 220 fecundam Amathunta -is [PLIN. nat. 33, 78 -orum]. 10, 531 gravidam . . . -is. PLIN. nat. 6, 80 fertilis -is. 37, 203 Hispaniam . . . f⟨er⟩acem . . . -orum [*ci. Janus*; aliorum *trad.*]. *cf.* PLIN. nat. 3, 138 -orum . . . fertilitate. *cf. l. 81. 84*). OV. Pont. 3, 8, 5 nec tamen haec loca sunt ullo pretiosa -o (CLAVD. carm. min. 30, 54 *Hispania* p. -is [*cf. l. 71*]). MANIL. 2, 824 fossis -is (*cf. vol. VI 993, 39*). 4, 246 scrutari caeca -a. GERM. 135 ferri . . . invento mens est laetata -o (SEN. epist. 90, 12. VLP. dig. 7, 1, 9, 3 [*opp.* lapidicinas, cretifodinas]. *cf.* PLIN. nat. 33, 58 inventores . . . -orum [FIRM. math. 8, 17, 8]). SEN. benef. 4, 6, 1 tot -a *deus* defodit. epist. 23, 5 levium -orum fructus (*cf. p. 870, 82*) in summo est: illa opulentissima sunt, quorum in alto latet vena (LAVS Pis. 225 generosi v. -i. VLP. dig. 7, 1, 13, 5 venas . . . lapidicinarum et huiusmodi -orum inquirere. RVFIN. Orig. in lev. 8, 1 p. 393, 22 symb. 42 p. 379[B] PASS. coron. 1). LVCAN. 4, 223 non chalybem gentes penitus fugiente -o eruerent. PLIN. nat. 2, 207 -orum opulentia . . . tot saeculis suboriens. 34, 132 ne quaerenda essent -a. 34, 142 ferri -a ubique propemodum reperiuntur, quippe etiam insula Italiae Ilva gignente. 34, 149. 35, 159 in . . . -orum generibus. 37, 72 -a aeris ibi defecerunt (37, 105 hoc -um [*sc. sardae lapidis*] . . . defecisse). SIL. 1, 228. 16, 559 ripa -i, qua Tagus auriferis pallet . . . harenis (*sim. de auro in fluviorum harena exstante*: MART. 9, 61, 3 vellera nativo . . . flava -o. AVIEN. ora 298 *amnis* invehit . . . dives -um. CLAVD. 1, 52 pretiosa [*cf. l. 53*] -i [-o *var. l.*] Hermi ripa. 20, 260 IORD. Get. 230). STAT. silv. 1, 1, 42 totis Temese . . . hausta -is. MART. 4, 55, 11 saevo Bilbilin optimam -o. TAC. Agr. 12, 6 fert Britannia aurum . . . et alia -a. ann. 16, 2, 2 (*v. adn. edd.*). LEX met. Vipasc. frg. Bruns font.[7] 113, 38 explorandi novi -i causa (*seq.* venam). APVL. met. 9, 24 ingenium vivacis -i (*sc. sulpuris*). TERT. cult. fem. 1, 2, 1 *angeli damnati* -orum opera nudaverant. CYPR. Demetr. 3 p. 353, 4 exhausta iam -a (*cf. ibid.* pauperes venae). SOL. 52, 55 *adamas lapis* in -is ferrariis legitur (*cf. antea*: in venis cypri). PANEG. 5, 14, 1 quae . . . auri argentique -a tam larga sunt *eqs.* 8, 11, 1 *Britannia* tot -orum fluens rivis (*cf. l. 68*). IVST. 44, 1, 6 -orum . . . divitiae (*cf. l. 63. 70. 84*). HIL. in psalm. 65, 7 p. 253, 12 plures terrae -a, robora, scopulos, herbas deos adoraverunt. AVIEN. orb. terr. 742 genetrix haec ora -i liventis stagni venas vomit. 1313 aurea . . . excludant caute -a. 1388. ora 97 *insulae* -o divites

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

stanni atque plumbi (*cf.* IORD. Get. 13 *Britanniam* -is plurimis copiosam). HIER. epist. 53, 6, 2 -orum lignorumque caesores (*cf. l. 4*). PRVD. perist. 10, 330. *al.* MART. CAP. 6, 627. 695. COD. Theod. 10, 19, 1 caedere -um (*sc. marmor. cf. l. 2*). 10, 19, 7. NOVELL. Valent. 23 pr. pretiosa montium -a. EVSTATH. Bas. hex. 4, 6 *fontium aqua* fervidam qualitatem recipit, cum per certa quaedam -a transcurrit (ἐκ μετάλλων). DRAC. laud. dei 1, 505. 2, 459. PASS. coron. 1 ad -a (*sc. lapides*) diversa ... de montibus abscidenda. *al.* *in similitudine* (*sc. corporis humani partibus rebus quibusdam naturalibus comparatis*): TERT. carn. 9 l. 16 aspice ... lanugines ut muscos et comam ut caespitem et ipsos medullarum in abdito thesauros ut -a carnis.

2 *de massis, quae in hominum usu sunt* (*huc potius pertinet*: PLIN. nat. 29, 118 stibi quid sit dicemus in -is [*item de capitulis*: 35, 29. 30. 37]): **a** *proprie*: α *de -orum natura et proprietatibus*: VERG. Aen. 8, 445 auri ... -um ... fornace liquescit (*sim. de -is conflandis*: CLAVD. rapt. Pros. 1, 241 incoctum maduit ... -um. AVG. enchir. 22, 89 si statua cuiuslibet solubilis -i ... confunderetur in massam *eqs.* SVLP. SEV. chron. 1, 19, 5 [*ad exod. 32, 2—4*] ex -is conflatis vituli caput exstitit. OROS. hist. 5, 3, 7. *hinc explicandum*: FIRM. err. 28, 6 deos istos ... -orum coquat flamma). OV. fast. 4, 785 *ignis* vitium ... -is excoquit (*sim. de -is purgandis*: RVFIN. Adamant. 3, 1 p. 117, 4. 5 SEDVL. op. pasch. 2, 12 p. 212, 14. *v. et vol. V 2, 392, 29 sq.*). PLIN. nat. 1, 33, 2 -orum naturae (35, 1 -orum, quibus opes constant, natura [*opp.* terrae ipsius genera lapidumque]. HIL. in Matth. 24, 6 SERV. Aen. 8, 326). 33, 69 spurcitia in omni -o scoria appellatur. 33, 121 *minium secundarium* robigo quaedam -i est. MART. 8, 50, 5 vera minus flavo radiant electra -o (*sim. de -orum splendore*: SERV. Aen. 7, 527 naturale est, ut -orum splendor plus fulgeat alia luce percussus. HIER. hom. Orig. in Ier. 2, 7 p. 296, 17 radiantis -i. RVFIN. hist. 2, 10, 4 fulgor -i vibrantis [ὁ ἄργυρος]. PRVD. cath. 7, 79 micet -i si ... lux argentei. CLAVD. 28, 51 acies stupet igne -i. AVG. in epist. Ioh. 7, 40 serm. 50, 6, 8. *cf. l. 36*). HIER. quaest. hebr. in gen. p. 39, 18 aeris ferrique -a cudentes. RVFIN. Orig. princ. 2, 6, 6 p. 145, 8 ferri -um capax est frigoris et caloris (*syn.* massa). CLAVD. carm. min. 29, 40 quis calor infudit geminis alterna -is (*sc. magneti et ferro*) foedera? *metaph. de colore splendido*: LACT. Phoen. 131 cauda ... fulvo distincta -o (*item* 141. *cf. l. 28*).

β *de -orum aestimatione* (*cf. p 872, 53. 874, 4*): HOR. epist. 1, 10, 19 potiore -is libertate. PLIN. nat. 36, 195 ne aeris argenti auri -is pretia detraherentur. VAL. FL. 6, 131 ignotis insons, Arimaspe, -is. 6, 672 non illa levi turbata -o, sed facibus *amoris* (*sim.* APVL. met. 9, 19 exsecrando -o. PS. AMBR. pudic. 23 [Mercati, Studi e testi 12, 1904 p. 45, 23] uxores ..., quas non emant -a). CLAVD. 5, 134 fulvi (*cf. l. 37*) vasta -i congeries. CASSIOD. var. 7, 13, 2 marmora -is et arte pretiosa. *meton. de re pretiosa*: PLIN. nat. 21, 43 *herba* tantae suavitatis, ut -um esse coeperit (*an ad I A coll. p. 870, 80?*). *pertinet ad temporum qualitates -is comparatas*: IVV. 13, 30 *huic aetati* nomen ... a nullo posuit natura -o. CLAVD. 7, 184 saecula qui rursus formant meliore -o (17, 137. 22, 454). 22, 446 vario facies distincta -o saecula.

γ *de -orum usu*: ① *generatim*: MANIL. 5, 534 facti mercator erit per utrumque (*sc. aurilegulum et flatorem argentarium*) -i (*cf.* FIRM. math. 4, 11, 2 -i ... cuiusdam commercia tractabunt). PLIN. nat. 7, 197 medicinae ... ex -is (*ci. Detlefsen*; metellus, mellis *sim. trad.*). 36, 199 *vitri usus* ad potandum argenti -a et auri pepulit. SIL. 2, 403 *arma* duri chalybis perfecta -o. 4, 156. 8, 616 Ilva viros ... armarat patrio ... -o. 10, 118 tegmina Callaici ... -i (MART. 14, 95, 1). 16, 464. STAT. Theb. 1, 144 crasso laquearia fulva -o (*cf.* silv. 1, 2, 153 robora Dalmatico lucent satiata -o. PRVD. c. Symm. 2, 838 gemmato laquearia fulva -o. CLAVD. 3, 163). 11, 398 fulva -o parma micet. 12, 493 nulli commissa -o forma dei. silv. 4, 3, 99 arcus ... totis Ligurum nitens -is. TERT. apol. 6, 3 (*latet notio fodinae*) in lances ... argentaria -a producta. ANTH. 390, 1 aurea concordi quae fulgent fila -o (*cf.* HIER. epist. 22, 16, 2 attenuata in filum [auri *add. pars codd.*] -a. CLAVD. 1, 182 fila ... cogit squalere -o. *cf. p. 874, 16*). CARM. frg. Spart. Pesc. 12, 5 v. 6 ut consentiret forma *Nigri*, -e, tibi (*cf. Spart. Pesc. 12, 4* simulacrum ... ex Thebaico marmore ... factum). HIL. trin. 1, 4 infinitatis parentem intra angustias -orum et lapidum et stipitum coartabant. 7, 37. HEGES. 4, 18, 1 p. 271, 4 U. ut ferro hautquamquam vel alia praeacuta -i specie recidatur. HIER. epist. 24, 3, 2 -o in virgulas lentescente (*syn.* aurum). VVLG. exod. 38, 11 capita columnarum eiusdem ... operis ac -i (*sc. argenti*) erant. PRVD. psych. 140 cocto cassis formata -o. c. Symm. 1, 348 equorum *Solis* pectora ... aeris inaurati vel marmoris aut oricalci ... nitido fulgere polita -o. CLAVD. 5, 360 credas simulacra moveri cognatoque viros spirare -o (*pertinet ad militum loricas ferreas. cf.* 28, 571 quae terra -o nascentes informat equos?). 8, 590 picturatum ... -is (*sc. auro gemmisque*) vivit opus (*sc. vestis*). 24, 22 facta -o oppida vel montes (*sc. de imaginibus in triumpho portatis; de eisdem*: 28, 376 caelata -o classis). MEROB. carm. 2, 5 fictas ... -is cornigeras ... feras (*cf.* CONSVLT. Zacch. 1, 28 p. 34, 31 imagines hominum ... -is defictas). AVG. civ. 13, 18 p. 579, 20 D. ex -is ... vasa fabricata (SVLP. SEV. chron. 1, 52, 3. MART. CAP. 8, 811 librum, in quo ... cursus ... siderei ex -is diversicoloribus apparebant. LIB. pontif. p. 66, 12 sepulchrum est ex -o purphyriticus exsculptus [p. 99, 23 PASS. coron. 1. *cf.* 5 de -o p.]. PASS. coron. 1 cum incidissent lapidem magnum ex -o Thaso [*syn.* ex lapide Thaso]. 6 ex -o Proconniso. GREG. TVR. Franc. 2, 29). 18, 48 p. 331, 25 domus dei ... lignis et lapidibus ... -isque constructa. MART. CAP. 1, 71 palla ..., in qua totus gemmarum -orumque census ... ferebatur. BOETH. herm. sec. 2, 6 p. 121, 17 coloribus vel -o facta simulatio. CASSIOD. var. 2, 7 -a ipsa de locis publicis corruisse (*syn.* marmorum quadratos, saxa). 3, 9, 3 (*syn.* lapides). 7, 15, 3 -is durissimis ... expolitum. CORIPP. Ioh. 1, 410 munimenta loci firmo solidata -o. PASS. coron. 4 in columnarum -o. CE 610, 13 littera fulgens ... niveo lapidis distincta -o. *huc pertinere videtur*: FIRM. math. 4, 12, 10 actus ... aut ex igne aut ex ferro aut ex -o facit (*an ad I A? cf. quae seq.*). *expresse*: AVG. discipl. 2, 2 vasa ingentia et magni -i (*sc. magni ponderis argenti sim.*).
② *pertinet ad res fabulose fictas*: VERG. Aen. 6, 144 primo *ramo* avolso non deficit alter aureus et simili frondescit virga -o (*cf.* CLAVD. rapt. Pros. 2, 291 arbor ... viridi ramos curvata -o). SEN. apocol. 4, 1 v. 8 *Lachesi fila deducente* mutatur vilis pretioso lana -o (*cf.* CALP. ecl. 4, 140 *di*, date perpetuo caelestia fila -o. *cf. p. 873, 62 sqq.*). VAL. FL. 5, 230 vellera ... ardenti quercum complexa -o. CLAVD. 10, 57 aurea saepes ... fulvo defendit prata -o. 24, 291 *cervorum Dianae* cornua ramoso surgunt procera -o. ③ *in similitudine* (*comparantur parentes iuveni coniuncti -is pretiosis gemmam includentibus*): CE 1560 B 3 = INSCR. christ. Diehl 98 c 3 (*s. IV*) tu medius gemma et germanis (*cf. vol. VI 1919, 28*) clausa -is; morte tua fractum est, Basse, monile pium.

b *meton. potius de rebus e -is factis*: α *generatim*: ① *in univ.*: LVCAN. 7, 740 plena -is castra. VAL. FL. 1, 261 veteri ... conspicienda -o (*sc. poculi*) signa. STAT. silv. 1, 3, 47 variis ... -a viva modis (*sim. de simulacris*: 5, 1, 9 in ... omni te quaerit amare -o. HIL. in Matth. 12, 22 -a deos nuncupata. in psalm. 64, 4 p. 235, 21 deum in lignis et saxis et -is praedicando. AMBROSIAST. in Rom. 1, 25 in Col. 3, 5 p. 435A. PRVD. cath. 12, 198 saxum -um stipitem ... deserunt. CLAVD. carm. min. 17, 11. SEDVL. carm. pasch. 1, 48 mutis ... -is. CASSIOD. in psalm. 113, 16 p. 815A insensibilia -a. 113 concl. p. 817C -a insensata). 3, 1, 5 Grais ... effulta -is culmina (*sc. de columnis; item* PRAEDEST. 1, 24 p. 595B superiora ... domus ... vario marmorum -o sunt edita). MART. 6, 42, 11 *in balneo* Taygeti virent -a (*sc. crustae marmoreae; de eisdem* AVIEN. orb. terr. 377). ANTH. 934, 10 *Alexander* non docens gentes numero (*sc. militum*) et -o (*sc. armis*). AVSON. Mos. 235 oscula fulgenti dat ... -o (*sc. speculo*). PS. AMBR. pudic. 23 (Mercati, Studi e testi 12, 1904 p. 45, 29) frons distinctis lap⟨idibus⟩ et -is gaudet. HIER. epist. 3, 6 pompaticis ferculis corusca ex sarcinis -a radient. VVLG. exod. 35, 24 argenti aerisque -a (*add. Hier.*) obtulerunt domino. PRVD. apoth. 512 destructo ... iacent Salomonia saxa -o (*sc. retinaculis*). perist. 10, 1085 tegitur -o, quod perustum est ignibus (*antea*: auri lammina). CLAVD. 24, 133 *urbs*, quae luce -i aemula vicinis fastigia conserit astris (*cf.* VEREC. satisfact. 169 sublimibus alta -is culmina). 26, 605 onerata plaustra -o. SYMPH. 166 chalybis duro *herba* ... praecisa -o. SALV. eccl. 1, 18 graves -o aureo saccos (CASSIOD. in psalm. 101 praef. p. 705B). ENNOD. carm. 1, 4, 34 pompam ... -i (*cf. antea*: aurati decus ... pepli). 2, 115, 1 (*de flagello pueri*) argenti atque auri vapulat quicumque -is *eqs.* CASSIOD. var. 4, 34, 1 -orum (*i. nummorum*) quippe ambitus solacia sunt (*cf.* 6, 7, 3 ut figura vultus nostri -is usualibus imprimatur. *cf. etiam l. 48 et 54*). PRISC. Anast. 35 plenos opibus largis gravibusque -is (*opp.* paupertas). GLOSS. V 310, 46 -a: laminulae auri vel argenti. ② *de rebus fabulose fictis*: SEN. Ag. 858 linqueret cum iam nemus omne fulvo plenus Alcides vacuum -o (*sc. de Hesperidum pomis aureis; de eisdem*: LVCAN. 9, 364 robora ... rutilo curvata -o. BOETH. cons. 4 carm. 7, 18). VAL. FL. 5, 632 ut Phrixeo spolientur templa -o.

β *speciatim de opere musivo*: PS. DAMAS. epigr. 104 = INSCR. christ. Diehl 1782, 2 (*s. V?*) tecta, quibus nunc dant pulchra -a decus. INSCR. Ital. X 2, 81, 3 (*s. VI*) carens tunc furma -o. 81, 10 *aedes*, quas cernis ... vario fulgere -o. INSCR. christ. Diehl 1784, 1 (*s. VI*) aula dei claris radiat speciosa -is. 1769 (*s. VII*). 1769 A 1 (*s. VII*) aurea concisis surgit pictura -is. *huc fort. pertinet metaph.*: CONSVLT. Zacch. 3, 1 p. 95, 23 spiritalis aedificii molem ... iustitiae ... -a non pingunt, si *eqs.*

B *sensu latiore de aliis massis similibus*: 1 *de massis naturalibus*: PLIN. nat. 18, 114 quoniam negassent Campani alicam confici sine eo -o (*sc. creta*) posse. PANEG. 2, 4, 4 radiantium -a gemmarum (*item de gemmis*: SCHOL. Hor. carm. 4, 12, 17 onix -um est gemmae simile. LIB. pontif. p. 53, 24 scifum ... ex -o corallo. VEN. FORT. carm. 8, 3, 268 Sardia purpurea luce -a micant). PRVD. ham. 742 *uxor Loth* solidata -o diriguit fragili (*cf. Vulg. gen. 19, 26*). SIDON. epist. 1, 5, 3 Phaethontiadas ... arborei -i (*cf. Ov. met. 2, 365*) lacrimas (*item de sucino*: CASSIOD. var. 5, 2, 3 sudatile -um). SEDVL. carm. pasch. 1, 155 (*ad exod. 17, 6*) arente -o hausit aquas (*syn.* rupe, marmora; *op. pasch. 1, 11* saxi. *cf. l. 82*). ENNOD. carm. 1, 5, 47 permixto fulgebant arva -o (*sc. harena a fluvio allata; syn.* pulveribus, arenis). opusc. 3, 154 p. 371, 5 *mons* dum in -um aquas artaverit (*item de glacie*: epist. 1, 24, 2 p. 36, 1 *senium* est domus, quae lymfas in -a convertat). VEN. FORT. carm. 10, 9, 40 tegit umbrosus sicca -a viror (*sc. de vinearum terra lapidosa; syn.* saxa, petrae, cote. *cf. l. 77*).

2 *de massa arte facta sc. de vitro*: MART. CAP. 1, 16 quattuor

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

urnulas ..., quae diversa specie -isque formatae *eqs.* *(sc. e ferro, argento, plumbo, vitro; cf. q. s.).* *huc pertinere videtur*: PRVD. perist. 11, 193 oscula perspicuo figunt impressa -o. CORIPP. Iust. 1, 99 domus ... conspicuo vitrei splendens fulgore -i (*vix ad p. 874, 60*).

deriv.: metallarius, metallicus, metallinus. metallo. *comp.*: metallifer, metallocrystallinus. *cf. Onom.*

1. metallus (*sc. voc.* -e) *v. p. 873, 65.* *cf. Onom.*

2. metallus *v.* metellus *p. 880, 17.* *Brandt.*

metamelos (-ī), *m.* μετάμελος. *i. q. paenitentia* (*personaliter*): VARRO Men. 239 -os Inconstantiae filius me reprehendit.

metamorphōsis, -eōs *f.*, μεταμόρφωσις. *raro scrib. per -f-.* *de formis:* *gen. sg.* -eōs: *l. 19. 27. pl.* -eōn: *l. 19 sqq. 27. al.* *acc. pl.* -īs: *l. 22. 25.* *abl. sg.* -ī: *l. 16. pl.* -esi: *l. 24.*

1 *i. q. transfiguratio, mutatio corporum in alias formas: rerum*: QVEROL. p. 48, 20 -is hic agitur. bustum abstulimus, aurum abiecimus. *animantium*: MART. CAP. 1, 30 -i supera pulchriores *Cyllenius et Apollo in sidera conversi* ... augusto refulsere caelo.

2 *in tit. librorum i. q. fabula de transfigurationibus: Ovidi* (*cf.* TIT. libr. Ovidii Nasonis -es [*M;* -is, -eos, -eon *all.*]. SVBSCR. cod. F -eon): SEN. contr. exc. 3, 7 O. ... in libris -eon dicit (*cf.* SERV. ecl. 5, 10 EVTYCH. gramm. V 461, 12 *et 5ies.* SCHOL. Pers. 6, 51 O. in -eon ait). SEN. apocol. 9, 5 eam ... rem (*sc. apotheosim Claudi*) ad -is O. adiciendam. MART. 14, 192 lt. Ovidi -is (Ovidius -eon *pars codd.*) in membranis. QVINT. inst. 4, 1, 77 ut O. lascivire in -esi (-i *A*, -in *B*) solet. TERT. adv. Val. 12 p. 191, 3 O. -is suas delevisset, si hodie maiores cognovisset. *nota sing.* (*cf. l. 19. 23*): SERV. Aen. 7, 412 illud ... Ovidii in -eos (-etis *Hamb.;* '*fort.* in XIV -eon' *Thilo*) fabulosum est. HIER. in Ion. 2, 2 p. 1132B quindecim libros Nasonis -eos. *Apulei* (*cf.* TIT. libr. Apulei. meta [*sic*]. I [φ]. SVBSCR. cod. F -eon lib. I [*sim. in seq.*]): FVLG. myth. 3, 6 p. 66, 19 A. in libris -eon.

[**metanda** (metuenda *Heraeus*, meditanda*? Niedermann*) dubitanda GLOSS.]

metangismos, *acc.* -on *m.*, μεταγγισμός. *genus haereseos*: FILASTR. 51, 1 sunt alii *haeretici* dicentes -on, id est filium intrare in patrem et ut vas in vase inesse. *deriv.*: Metangismonitae (*v. Onom.*).

metanoea, -ae *f.*, μετάνοια. *litt. gr.*: *l. 38. 46.* *scrib.* -nia: *l. 40.* *i. q. paenitentia* (*cf.* LACT. inst. 6, 24, 6 Graeci melius ... -αν [*B*, -an *cett.*] dicunt quam nos latine possumus resipiscentiam dicere. GLOSS.L I Ansil. ME 559 -niae [*sic*] poenitentiae [potentiae *codd.*]. *v. et l. 42. 44*): *personaliter*: AVSON. 12, 12 p. 324 P. sum dea, quae facti non factique exigo poenas nempe ut paeniteat. sic -a vocor (*cf. W. Kroll, RE XV 1325*). *nomen -ae est inditum monasterio Canopi*: HIER. reg. Pachom. praef. 1 p. 4, 4 B. in monasterio -ae, quod de Canopo in paenitentiam felici nominis conversione mutatum est. *t. t. rhet. et gramm.*: RVT. LVP. 1, 16 -α: hoc schema fieri solet, cum ipse se qui loquitur reprehendit et id quod prius dixit posteriori sententia commutat. SACERD. gramm. VI 470, 1 *v. p. 868, 61.*

mētante *v. s.* metor (*p. 893, 68*).

*****metaphora,** -ae *f.*, μεταφορά. *saepe scrib.* -f-, *raro* meth-. *litt. gr. e. g. l. 61. 64. 77. al.* *acc.* -an *e. g. l. 69. 75. p. 876, 11.* -am (-άμ *p. 876, 12*) *e. g. l. 58. 77.* *leg. inde a* QVINT. (*sed. cf. l. 61*); *idem v. q. e.* translatio *prius usitatam* (*cf. l. 58*) *praefert sicut postea* PORPH., DON., SERV.; *in* SCHOL. Hor., Stat., Iuv. -a *praevalere videtur.*

t. t. rhet. (*cf. Ernesti, Lex. techn. lat. rhet. s.* translatio) *i. q. translatio, figura, qua aliquid vocabulo a re simili translato significatur*:

1 *definitiones sim.* (*cf. Rhet. Her. 4, 34, 45 Cic. de orat. 3, 155, ubi figura appellatur* verbi translatio): FEST. p. 153, 2 -am quam Graeci vocant nos tralationem, id est domo mutuatum verbum: quo utimur, inquit Verrius, ⟨in oratio⟩ne saepius quidem honesti ac ⟨proprii verbi defectu⟩ *eqs.* QVINT. inst. 8, 6, 4 translatione ..., quae -ά Graece vocatur. 8, 6, 8 -a brevior est similitudo *eqs.* 8, 6, 18 -a ... aut vacantem locum occupare debet aut ... plus valere eo, quod expellet. 9, 1, 5 in tropis (*cf. l. 66*) ponuntur verba alia pro aliis ut in -ᾳ. 9, 2, 46 ἀλληγορίαν facit continua -ά. FRONTO p. 181, 5 N. in figuris verborum est tropos, -a (*cf. l. 64. 82 et* DON. gramm. IV 399, 15. CHAR. gramm. p. 358, 9 B. omnium *troporum* generalis est -a, ceteri ⟨omnes⟩ huius species videntur [*corr. Barw. ex L et* DIOM. gramm. I 475, 2]. *al.*). SACERD. gramm. VI 463, 7 *catachresin* quidam -an dicunt (*discernit a* c. CHAR. gramm. p. 359, 15 B.). 466, 27 -a est oratio a propria significatione ad non propriam translata. fit autem modis IV *eqs.* (*cf.* DON. gramm. IV 399, 17 CHAR. gramm. p. 358, 14 B. DIOM. gramm. I 457, 4 POMP. gramm. V 305, 12 AVG. c. mend. 10, 24 p. 499, 15 ISID. orig. 1, 37, 2. GLOSS.L III Abol. ME 49 -a verbi usurpata transgressio. V Aa M 319 translatio). MAR. VICTORIN. gramm. VI 51, 29 cetera per -an translata (*ibid.* translaticie ... appellari). defin. p. 38, 7 *definitio* κατὰ -άν id est per translationem (*cf.* p. 43, 8 per -am. CASSIOD. inst. 2, 3, 14 p. 120, 8. 122, 8 [= ISID. orig. 2, 29, 8]). DON. gramm. IV 399, 29 esse -as alias reciprocas, alias partis unius (*cf. Moore, AJPh. 12, 1891, 165*). HIER. in Eph. 4, 16 p. 503D -a si de alia in aliam linguam transferatur ..., orationis sensus et germina suffocantur. AVG. epist. 180, 3 mendacium non esse ... in usitatioribus tropis, ... in illa etiam quae appellatur -a.

2 *in explicandis exemplis poetarum et librorum sacrorum*: PORPH. Hor. epist. 2, 2, 98 -a ... a bello ... translata (*cf.* DON. Ter. Eun. 236. Ad. 220. 239 -a [*V, om. C,* -ᾳ *Weßn.*] ab arbore facta. *al.* SCHOL. Hor., Stat., Iuv. *saepe.* ADNOT. Lucan. 4, 285 COMMENT. Lucan. 4, 285. *al.* SCHOL. Cic. Bob. p. 109, 23 -ά. AVG. loc. hept. 7, 54 p. 628, 3 ab animali ad inanimale. *al.* *sim.*: DON. Ter. Phorm. 229 de re militari. HIER. epist. 34, 4, 3 ex sagittis [*seq.* translatio. VEREC. in cant. 2, 14 p. 19a]). DON. Ter. Andr. 208 est ... -a (SCHOL. Hor. epod. 12, 11 sqq. -a. nam *eqs.* sat. 2, 1, 77 -ά [-a *v. l.*]: non inveniet. *al.* ADNOT. Lucan. 2, 142 -ά. COMMENT. Lucan. 2, 290 elegans -a. *al.* SCHOL. Iuv. 1, 169. 10, 14 -a in Tiberium. *al.*). *iuncturae*: PORPH. Hor. epist. 2, 2, 114 per quam -an ostendit *eqs.* (*cf. p. 876, 75 et* DON. Ter. Eun. 53 ἔμφασις p. -άν [*V*, -άμ *B*]. 245. SERV. Aen. 6, 1 p. 2, 17 p. -am [-an *v. l.*] dixit. auct. Aen. 2, 69. 4, 403. HIER. in Ezech. 21, 1 sqq. p. 202B p. -am sive parabolam et ... proverbium [24, 1 sqq. p. 226A translationemque]. *al.* HESYCH. in lev. 11, 35 p. 918A PHYSIOGN. 54 p. 75, 1). *sim.*: SCHOL. Cic. Bob. p. 134, 23 direptores ... congruentissima hac ⟨-ᾳ⟩ (*add. Mai*) volturios nominavit (AVG. quaest. hept. 2, 158 p. 194, 18 tropo -a. *cf.* 3, 74 modo locutionis, quae graece appellatur -ά). HIER. in Ezech. 19, 1 p. 183C sub -a leaenae ... illa describi (adv. Iovin. 1, 11 p. 224C s. -a earum *parabolarum* [*seq.* collatio]. *al.*). in Ier. 2, 9, 2 iuxta -άν (ISID. in gen. 4, 6). in Matth. 16, 18 p. 117D secundum -am petrae (IVNIL. 1, 5 p. 477, 8 s. translationem vel -am). MVTIAN. Chrysost. hom. 2, 3 p. 248 in. ex -a. DON. Ter. Eun. 103 a -a vasis transtulit verba (*item c. gen. rei comparatae*: SCHOL. Hor. carm. 3, 20, 10 HIER. in Ezech. 5, 12 sq. p. 56A. *saepe.* CASSIOD. in psalm. 16, 4. *al. cf. l. 19. 32.* *c. gen. rei, ad quam elocutio translata pertinet*: SERV. auct. Aen. 4, 532 amoris). Ad. 229 -a (*V, om. C*) perseverans (*cf.* SERV. auct. Aen. 2, 19 permansit in -a [SCHOL. Hor. sat. 1, 7, 21 in -a hoc est in translatione perduravit. *al.*]). SCHOL. Hor. carm. 3, 2, 12 servavit -am (*al.* SCHOL. Cic. Gron. D p. 317, 4 -an [*antea*: translatio]. HIER. in Ezech. 21, 28 sqq. p. 208C -άν. *al.* PELAG. in II Cor. 4, 17 p. 255, 16. RVFIN. Orig. in Rom. 6, 6 p. 1067B -am id est figuram militiae ... propositam. *cf.* PS. RVFIN. in Os. 7, 8 p. 998B tenuit [*antea*: imaginem]). *al.* HIER. in Ezech. 34 p. 332D solvit aenigma immo -am. *al.* VOLVS. Aug. epist. 135, 1 p. 90, 11 -arum (-um m^2) venustas (*antea*: translationis gratia). *al.*

metaphoricus, -a, -um, μεταφορικός. *non legitur nisi adv.* ***metaphoricōs** (μεταφορικῶς) *et* **metaphoricē.**

i. q. translative, per translationem: 1 *forma gr.* -s (*gr. e. g. l. 40. 45. 48*): PAVL. FEST. p. 121, 10 labes ... -ς transfertur in homines vituperatione dignos. PORPH. Hor. carm. 1, 11, 8 -s ... inquit (*cf.* carm. 2, 11, 21 -s dicitur a scorto [sat. 1, 4, 18. DON. Ter. Andr. 480 ex translatione maris. SCHOL. Hor. sat. 1, 3, 29 sq. 1, 4, 34 -ς. epist. 1, 3, 19 SCHOL. Pers. 5, 13. SCHOL. Cic. Clun. p. 271, 10 (-e *edd. vett.*). HIER. epist. 106, 65, 3 -ς. *al.*]. 3, 16, 18 pro desiderio posuit -s. SCHOL. Hor. epist. 1, 1, 3 -s vocavit. 1, 1, 14 -s [-e *r*] locutus est [ars 417 -ς]. 1, 20, 1). SCHOL. Cic. Bob. p. 105, 17 -ς accipe (*opp.* ἰδίως). *al.* *absol.*: PORPH. Hor. carm. 1, 22, 4 'gravida faretra' pro ... plena -ς. sat. 2, 1, 20 -s. DON. Ter. Andr. 192. Eun. 312 utrum obscene hoc ... an -ς. 354 -ς ab actoribus scaenicis. 1023 ironicos et -s. Ad. 835 SCHOL. Hor. epist. 1, 1, 87. SCHOL. Iuv. 7, 55. 103 -s id est *eqs.* 10, 128 -ς. HIER. in Ezech. 26, 1 sqq. p. 240D PHILIPP. in Iob 8 p. 637B. *al.*

2 *lat.* -e: DON. Ter. Phorm. 326 totum -e (*cf.* SCHOL. Ter. Bemb. Ad. 302). HIER. in Ezech. 13, 10 sqq. p. 112C. 31, 1 sqq. p. 299C dicuntur (in Is. 3, 15 p. 68C. SALON. in prov. p. 975A -e ... id est per translationem. CASSIOD. in psalm. 20, 3. *cf.* ISID. orig. 1, 37, 3 loquens). in Hab. 3, 14 sqq. p. 1328C (*syn.* sub imagine).

metaphrasis, *acc.* -in, *abl.* -ī *f.*, μετάφρασις. *saepius scrib.* -f-. *gr.*: *l. 64. 66.*

1 *i. q. interpretatio, paraphrasis* (GLOSS. translatio vel interpretatio): SEN. suas. 1, 12 Dorionis ... in -i ... Homeri. NOT. Suet. gramm. VII 536, 17. 21 sq. -is graeca et latina. RVFIN. hist. p. 955, 28 in Ecclesiasten ... -in ... scripsit. *t. t. rhet.*: FORTVN. rhet. 3, 3 p. 122, 19 quae ... summa est exercitationis? ... ut -ιν facias ('*i. e. ut oratione prosa dicas, quae alii versibus exsecuti sunt et contra' Capperon.*). 2 *i. q. variatio*: CARM. de fig. 91 -ις (*vertitur voce q. e.* variatio).

metaphrasticus, -a, -um, μεταφραστικός. *non leg. nisi adv.* **metaphrasticōs.** *i. q. interpretatorie, explicandi causa*: HIER. in Ezech. 26, 19 sq. p. 246B hoc -s breviter de Tyro diximus.

metaphrenum (-on), -ī *n.*, μετάφρενον. *f.* -a, -ae: *l. 78.* *semper fere scrib.* -f-. *i. q. interscapilium, summa pars dorsi*: AVG. in psalm. 67, 18 quod in graeco est -α, nonnisi a posterioribus significat, quod est inter scapulas (*cf.* CAEL. AVR. acut. 2, 29, 151 -ον [chron. 3, 2, 31]. 3, 16, 129 -um. CASS. FEL. 34 p. 72, 9 -on). PHYSIOGN. 62 p. 84, 3 de -o ..., quae pars dorsi est opposita pectori *eqs.* 73 p. 94, 3 cum humeri et -a capillis circumdata sunt. 90 p. 119, 16 pectus et -a solida. ORIBAS. syn. 3, 12, 1 alutas ... impositas una in pectus et alia in -as (*item* 8, 3, 10 La p. 207 [*Aa* scapulis]. 8, 7 Aa *et* La p. 214). 6, 33, 2 in -o et dorsum.

[BOETH. herm. pr. 1, 5 p. 74, 22 *et* herm. sec. 2, 5 p. 102, 26 *pro* **metaphysica** *corr. Meiser* μετὰ τὰ φυσικά.]

metapium *v. s.* metopium.

*****metaplasmus,** -ī *m.*, μεταπλασμός. *raro scrib.* meth-. *gr.*: *[R.]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

l. 4. 9. 20. al. *de notione*: DIOM. gramm. I 456, 1 -us transfictio dicitur. ISID. orig. 1, 35, 1 -us graeca lingua latine transformatio dicitur (*cf. l. 13*). [*dub.*: SCAVR. gramm. VII 32, 16 'ab Roma' venio *πλεονασμὸς* (*Keil, -ὸς ed. pr. pro voc. gr. varie corrupto*) est pro 'Roma'.]

t. t. gramm. i. q. transformatio (c. gen. obi.: infra l. 46), formatio vocabulorum apud poetas a specie solita abhorrens (*cf. W. O. Neumann, de barbarismo et metaplasmo quid Romani docuerint, Regimonti 1917*): 1 *definitiones sim.* (*cf. Neumann 22 sqq.*): QVINT. inst. 1, 8, 14 ut vitia ipsa aliis in carmine appellationibus nominentur: *-οὺς* ... enim et *σχήματα* vocamus (*cf.* SACERD. gramm. VI 451, 16. CHAR. gramm. p. 350, 3 B. [*ex Comin.*] apud poetas -us vocatur. *al.*). SACERD. gramm. VI 451, 25 -us vel figura est dictio aliter composita quam debet metri vel decoris causa (*cf.* DON. gramm. IV 395, 27 -us est transformatio quaedam recti solutique sermonis in alteram speciem *eqs.* SERV. gramm. IV 433, 33 -us est res solius necessitatis. CONSENT. gramm. p. 2, 11 N. *al.*). VLT. SYLL. gramm. IV 262, 19 esse poetis licentiam -orum rationibus naturas sive litteras invertere syllabarum. CONSENT. gramm. p. 3, 8 N. -us ... est, qui ex vetere scriptorum auctoritate ... profertur. *al.* *discernitur a barbarismo*: SACERD. gramm. VI 451, 16. MAR. VICTORIN. gramm. frg. p. 37, 5 N. *-ός*. DIOM. gramm. I 440, 10. SERV. Aen. 5, 120 inter b. et lexin ... -um esse. AVG. c. Faust. 22, 25 p. 620, 2. 5 puer in b. reprehensus si de Vergili -o se vellet defendere. ord. 2, 4, 13 p. 155, 20 -os mutatis appellare nominibus ... maluerunt. CONSENT. gramm. p. 1, 3 N. *al.* *a barbarolexi*: SACERD. gramm. VI 451, 16 DON. gramm. IV 392, 6. *al.* *a figura*: SACERD. gramm. VI 451, 21 figura virtus est veniens ex soloecismo, -us vero veniens de barbarismo (*aliter* 460, 21 tropi similes sunt -is, non ut quidam putant dissimiles *eqs.*). SERV. gramm. IV 443, 32 virtutes ... dividuntur in -os, in schemata, in tropos. 447, 22 MART. CAP. 3, 326 POMP. gramm. V 296, 4. *al.* *alia*: SERV. Aen. 5, 120 (*inde* ISID. orig. 1, 35, 7) -us et figura media sunt et discernuntur peritia et imperitia. CONSENT. gramm. p. 25, 14 N. modus excusationis ..., qui -orum vi et potestate contingit. p. 25, 18 -os ... vel a poetis ipsis positos ... vel nobis ... faciendos relinqui. p. 27, 1 -i, quorum vis et potestas in scandendo maxime valet.

2 *species -orum* (*cf.* SACERD. gramm. VI 451, 25 DON. gramm. IV 395, 27 CHAR. gramm. p. 366, 1 B. SERV. gramm. IV 447, 33. *al. Neumann. l. c. 28 sqq.*): SCAVR. gramm. VII 16, 8 *-οί*, in quibus est ... syllabarum diductio (*cf.* PAP. Michigan [AJPh. 61, 1940, 330 l. 16] ⟨ut sic⟩ cum ⟨met⟩aplasm⟨o partian⟩tur ... sy⟨llabam unam⟩ in duas). DON. Ter. Andr. 572 per -um *συγκοπήν* (*cf.* Eun. 831. Ad. 689 *σ. -ός*). Eun. 384 *παρένθεσις -ός*. CHAR. gramm. p. 366, 7 B. prosthesis est quidam generalis -us. *al.* SERV. Aen. 10, 394 metri causa -um fecit. CONSENT. gramm. p. 6, 11 N. -i ... sibi contrarii. 9, 25 littera subtrahitur per -um. *al.* PRISC. gramm. II 290, 20 -us est dicendus, qui fit more poetico mutata a longa in e productam (*sc. in abl. Penelope*). 590, 22 haec ... per -um finis ... proferri.

FEST. p. 153, 10 **metaplasticōs** (*ᵐμεταπλαστικῶς*) dicitur apud p⟨oetas usurpari id⟩ quod propter necessitatem metri ⟨mutare consueverunt⟩ (*suppl. Scal., Urs.*).

GLOSS. V 604, 57 **metaplūs** (*Scal. pro* metabulum *coll.* V 604, 55 -um [*sine interpret.*]) prospera navigatio.

metastasis, *acc.* -in *f.*, *μετάστασις*. *gr.: l. 55. 57. al.* *t. t. rhet.*: 1 *i. q. amotio, translatio criminis in alium*: *in constitutione causae q. d. status*: QVINT. inst. 3, 6, 53 translationem, cuius adhuc novum nomen inventum est *-ις*, novum tamquam in statu, alioqui ab Hermagora inter species iuridicialis usitatum. IVL. VICT. rhet. 3, 8 p. 381, 9 fit antithesis ... *κατὰ -ιν*. p. 381, 23 (catametastasis *cod.*). *enumeratur in schematibus defensionis vel in figuris sententiarum*: QVINT. inst. 7, 4, 14 (*praecedit*: in alium transferre crimen) hoc *-ιν* dicunt. AQVILA rhet. 16 p. 26, 23 (*inde* MART. CAP. 5, 525) *-ιν* (-is *cod.*) transmotionem (*ed. Bas.*, transmutationem *cod.*) quidam inter figuras nominavit, cum rem a nobis alio transmovemus non ita ut ibi causam constituamus. alioquin ... erit ... species ... status, quem qualitatis ... appellant secundum Hermagoram (*cf.* SCHEM. dian. 14 *-ις* [*pro exemplo affert Cic. Catil. 2, 3*]. CASSIOD. in psalm. 140, 4 -is id est translatio *eqs.*). DON. Ter. Phorm. 275 duplex *-ις* (*cod. Cuiac.*, metathesis *cett.*), altera in accusatores, altera in iudices. 2 *i. q. translatio temporum, qua quae futura sint aut futura fuerint imaginamur*: QVINT. inst. 9, 2, 41 proprie *-ις* dicitur (*ibid. ὑποτύπωσις*). 3 *i. q. transitio*: PS. IVL. RVF. schem. lex. 25 *v. p. 868, 17.*

metasyncrisis, *acc.* -in *f.*, *μετασύγκρισις*. [*e coni. dub. v. p. 878, 8.*] *gr.*: CAEL. AVR. acut. 2, 38, 223 siquidem sit *sinapis* recorporativae virtutis, quam Graeci *-ιν* vocant.

metasyncriticus, -a, -um, *μετασυγκριτικός*. *ubique fere scrib.* -sincret- (*cf. Medert, quaest. crit. et gramm., Gießen 1911 p. 58*). *gr. respondet μετασυγκριτικός vel μετασυγκρίνειν δυνάμενος, lat. vertitur voce q. e.* recorporativus (*e. g. l. 84. p. 878, 6.* ORIBAS. syn. 3, 92, 1. 3 add. p. 914 n. 55 *et* 56. 9, 49 add. p. 372).

t. t. medicorum methodicorum (cf. p. 878, 1) i. q. corporis statum purgatione meatuum instaurans, recorporativae virtutis (*cf.* CASS. FEL. 8 p. 16, 2 adiutoria -a, id est quae renovare valeant temperiem corporis naturalem. *sim.* 46 p. 120, 12): CHIRON 54 ⌊medicamentis -is⌋ (⌊⌋ *Veg. mulom. 2, 52, 2* unctionibus. *cf.* CAEL. AVR. acut. 3, 16, 134 recorporativis adiutoriis ..., quae Graeci -a vocant [ORIBAS. syn. 1, 34, 1 Aa *et* La p. 88, 15 Mø. -a a. i. e. r., que a methodicis sunt appellata. *v. et p. 877, 81*]). SORAN. p. 63, 4 rebus (72, 11. 73, 3). p. 63, 19 cucurbitas (CAEL. AVR. chron. 2, 7, 107). p. 66, 24 encathismatibus. p. 112, 20 *cyclum* (*opp.* analeptico. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 24 [*opp.* resumptivo. *item* 2, 1, 47]. 1, 1, 35 integrum atque perfectum. 2, 1, 30. 4, 1, 3). p. 112, 21 pessaria. PS. SORAN. quaest. med. 197 -a i. e. recorporativa cura (CAEL. AVR. chron. 2, 1, 49 curationem [2, 3, 66. 3, 2, 21]. *cf.* 3, 2, 39 adhibenda recorporatio, quam Graeci -am [metasyncrisin *Amman*] vocant). PS. THEOD. PRISC. ves. vit. 6 dropacis (*cf.* CASS. FEL. 53 p. 138, 8 acopo). DIOSC. 4, 148 p. 70, 11. 5, 145 virtus est illi ... -a (CASS. FEL. 46 p. 120, 12). *n. pl. pro subst.* metasyncritica: SORAN. p. 60, 23 -a subiungimus, quae constant ex salso dropace *eqs.* (66, 20 *opp.* analeptico cyclo. 105, 4). p. 66, 19 ad -a nos convertamus (*opp.* praecedentibus paregoricis). *f. pro subst.* metasyncritica, -ae? *v. l. 8.*

adv. **metasyncriticē**: SORAN. p. 59, 20 curetur (*opp.* paregorice).

metathesis, *abl.* -ī *f.*, *μετάθεσις*. [*v. l. falsa: p. 877, 66.*]

1 *t. t. gramm. i. q. species metaplasmi (cf. W. O. Neumann l. p. 877, 6 c. 110 sqq.) sc. transpositio litterarum*: SACERD. gramm. VI 452, 13 de -i. -is est cum isdem litteris in verbo manentibus fit transmutatio litterarum ac si dicas 'leriquias' pro 'reliquias'. DON. gramm. IV 397, 2 -is est translatio litterarum in alienum locum ... ut *Verg. Aen. 10, 394.* CHAR. gramm. p. 368, 9 B. DIOM. gramm. I 442, 31 VLT. SYLL. gramm. IV 264, 15. POMP. gramm. V 298, 31 *metaplasmi* contrarii, antithesis et -is. 299, 11 -is: ... hic transversio est non mutatio, ut non alteram pro altera ponas sed ipsas convertas ut *Verg. Aen. 10, 394.* CONSENT. gramm. p. 8, 13. 15 sqq. 32, 17 N. ISID. orig. 1, 35, 6 -is transpositio litterae. *exemplum*: SCHOL. Stat. Theb. 2, 474 'Meleagre' -is pro 'Meleager'. 2 *t. t. rhet.*: a *i. q. transpositio sententiarum*: PS. IVL. RVF. schem. lex. 10 p. 50, 30 *-ις* est cum quod ante dictum est postponitur et quod post dictum est anteponitur ut 'eripis ut perdas, perdis ut eripias'. *aliter*: DON. Ter. Phorm. 282 *-ις αἰτίας* ... hoc est translatio causae facti, quem vulgo colorem nominant. b *i. q. translatio temporum*: ISID. orig. 2, 21, 34 -is est, quae mittit animos iudicum in res praesentes aut futuras hoc modo: 'revocate *eqs.*' *R.*

mētātio, -ōnis *f.* *a* metari. *plur. l. 49. 63.* 1 *i. q. actio metandi*: a *de agris metandis* (*cf.* metor *p. 892, 68 sqq.*): COLVM. 3, 15, 1 in quincuncem vinearum -o (*cf. quae seq.*). b *de castris metandis* (*cf.* metor *p. 892, 26 sqq.*): HYG. mun. castr. 12 in dictatione metat⟨ionis⟩ (*suppl. Domaszewski*. 15 *v. vol. V 1, 998, 82*). 22 ⟨in⟩ statuenda -e (56). 23 inceptationem -is (45. *cf. Domaszewski p. 41*). 40 totius -is ordo. 47 methodum -is ..., novitatem -is ..., cotidianam -em. 2 *i. q. status rei actione metandi divisae, ordinatae*: a *de agrorum -e*: SIC. FLACC. grom. p. 118, 20 alii dicunt (*sc. formam agri divisi*) perticam, alii centuriationem, alii -em, alii limitationem, alii *eqs.* b *de castrorum -e*: FRONTIN. (?) strat. 4, 1, 14 Romani ... ordinatione (*sc. castrorum Pyrrhi*) notata paulatim ad hanc usque -em ... pervenerunt. 4, 3, 13 arborem ... in pede castrorum fuerat complexa -o. RVFIN. Orig. in exod. 9, 1 p. 234, 23 -es singulas quasque castrorum (*sc. in itinere Iudaeorum*). in num. 1, 3 p. 7, 7 castrorum positio et -is ordo (EPIPHAN. Avell. p. 760, 20. 766, 8). EPIPHAN. Avell. p. 766, 16 *constitutae tres tribus* in uno -is contubernio. 3 *i. q. pars, segmentum rei actione metandi divisae et ordinatae*: a *proprie*: *agri*: SCHOL. Veron. Verg. georg. 2, 274 -o ⟨est⟩ loco cho⟨rtis⟩ (*cf. vol. III 1549, 82. 1550, 54 sqq.*). *castrorum*: EPIPHAN. Avell. p. 760, 22 in prima -e *tres tribus*, in secunda ..., in tertia ..., in quarta (766, 24 quartam -em ... Dan continet *eqs.*). 766, 22 in secunda ... -e castrorum Ruben ordinatur *eqs.* (766, 23). b *translate de partibus aliarum rerum pro locis habitacula continentibus positarum (cf.* metor *p. 893, 73 sqq.)*: *mundi*: TERT. pall. 2, 2 nostra ... -o (*i. q. hominum in mundo habitatio, domicilium, hospitium*) ... totum versiforme est (*v. Gerlo, comm. ad l.*). *corporis humani*: TERT. anim. 14, 5 p. 319, 26 quibus in corpore -bus sequestrentur (*sc. partes animae*). *zodiaci*: AVIEN. Arat. 250 haec concessa ... -o Chelis.

mētātor, -ōris *m.* *a* metari. *de origine*: NON. p. 137, 12 metari ... unde et -es. 137, 18 *v. infra l. 83* ISID. orig. 10, 179 *v. infra l. 84.* *de notione*: VEG. mil. *p. 879, 2* COMMENT. Lucan. *p. 879, 3* ISID. orig. *infra l. 84* GLOSS. *p. 879, 14 sqq. Fabricius, RE XV 1368. Grosse, Militärgesch. 126.* *distinguitur a voce q. e.* mensor: *l. 76.* *in graecis: l. 81. 82.*

A *sensu originario*: 1 *sensu generali de eo qui quaecumque spatia metatur (cf. p. 892, 67 sqq.)*: a *proprie*: *urbis, aedificiorum*: CIC. Phil. 11, 12 urbis *v. p. 879, 5* (14, 10 quam iam peritus -r ... decempeda sua Saxa [*cf. p. 879, 4*] diviserat). FRG. Bob. gramm. VII 542, 36 -es domuum dicuntur, mensores frumenti et frugum. LACT. inst. 4, 11, 11 -em templi sui (*sc. dei; spectatur V. T. Ezech. 40*). b *translate de tempore* (*cf. p. 893, 22*): TERT. adv. Marc. 1, 8 p. 300, 24 tempore, arbitro et -e initii et finis.

2 *speciatim -es inter officiales militares* (PAP. Preisigke, Sammelb. 2253, 7 *μιτάτωρσι sc. stipendium solutum.* LYD. mag. 1, 46 p. 47, 11 *μητάτορες χωρομέτραι*): a *proprie*: α *-um officia pertinent ad castra limitanda* (NON. p. 137, 18 [*antea: Coel. hist. 41* castra metati *eqs.*] unde hodieque -es dicimus. ISID. orig. 10, 179 -es appellantur, qui

[*Dittmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

castra designant, a metiendo scilicet. *cf. p. 878, 46 sqq. 892, 24 sqq.*) *vel praeparanda* (VEG. mil. 2, 7 -es *appellantur*, qui praecedentes locum eligunt castris. COMMENT. Lucan. 1, 382 -r dicitur, qui mittitur ab imperatore, ut castris vallum paret): CIC. Phil. 11, 12 Saxa (*cf. p. 878, 75*) . . . castrorum antea -r, nunc, ut sperat, urbis (PS. RVFIN. in Am. 2, 9/10 sedulus quasi c. -r). LVCAN. 1, 382 castra . . . si ponere (*sc. me iubeas adversus Romam ipsam*) . . ., Hesperios audax veniam -r in agros. FRONTIN. strat. 2, 7, 12 cum -es eius (*Marii*) per imprudentiam ita castris locum cepissent, ut *eqs.* HYG. mun. castr. 46 -is imperitiae signum. EPIST. Alex. p. 195, 24 iussi continuo castra componi a -bus. *β ad itinera disponenda* (*in imag.*): AMBR. hex. 5, 10, 29 qui -es itinera *agminibus piscium* disponunt? VEREC. in cant. 2, 12 -r itineris *adfuit dominus Israelitis praecedens.* *γ ad hospitia praeparanda* (GLOSS.[L] III Abstr. ME 32—33 -es mansionum praeparatores. I Ansil. ME 576 -r qui locum praeparat adventui potestatis. GLOSS. II 316, 7 -r ἑτοιμαστής. 562, 17 παρεμβολοθέτης): OPTAT. 3, 4 p. 84, 2 cum ante venturos milites -es, ut fieri adsolet, mitterentur. COD. Theod. 7, 8, 10, 1 ad nullum praedium . . . vel publicum vel privatum domus nostrae . . . nullus -r (*v. adn. crit.*) accedat *eqs.* (= COD. Iust. 12, 40, 5, 1). NOVELL. Theod. 25, 2 qui metata in suis domibus praestant sive hospitia praebuerint -bus seu quolibet pacto satis eis fecerint (= COD. Iust. 12, 40, 9 pr.). PS. FVLG. RVSP. serm. 56 p. 926[B] ante carrucam imperatoris qui praecedunt -es *eqs.* NOVELL. Iust. 130, 6 (*de praeparando apparatu venturi exercitus*) pro hoc (*sc. officio perperam expleto*) . . . -es (*gr.* προμητάτορας) etiam supplicium et exilium sustinere. **b** *translate*: *α respicitur officium et antecedendi et hospitii praeparandi*: CYPR. epist. 6, 4 p. 484, 11 hospitium vobis in carcere praeparavit et -r quodammodo vester nunc quoque vos antecedit. *β respicitur officium et antecedendi et viae praeparandae*: LVCIAN. Cypr. epist. 22, 1 p. 533, 11 (*de imp. Decio*) -em antichristi (PRAEDEST. 1, 90 p. 620[C] definitiones . . . a -bus a. adinventas. 3, 25 p. 667[C]. *cf.* LIB. geneal. chron. min. I p. 195, 620 *antichristus* iam ubique habuit me⟨ta⟩tores). PS. CYPR. Iud. incred. 5 p. 125, 2 *prophetas* adventus domini -es (PS. ORIG. tract. 2 p. 16, 10 -r . . . secundi a. d. *Elias.* p. 19, 4 -r primi a. d. *Ioannes bapt.* [14 p. 155, 3 *syn.* praecursorem; *item* AVG. serm. coll. Morin p. 511, 23]. *de eodem*: AVG. serm. 289, 3 pararet viam domino velut praemissus -r. PS. AVG. serm. ed. Caillau 1, 55, 1[in]. 1, 55, 5. 2, 79, 4 p. 137. PETR. CHRYS. serm. 91 p. 457[A] *v. l. 84.* 127 p. 549[C] praecursor Christi, -r domini). AVG. serm. coll. Morin p. 326, 29 *Stephanum* martyrem omnium martyrum -em. PS. AVG. alterc. p. 1131[med.] (*Ecclesia de prophetis; cf. l. 34*) sponsi mei iuvenes -es, . . . Christi mandatorum portitores. PETR. CHRYS. serm. 140 p. 577[A] (*antea p. 576*[A]: ad virginem deus . . . portitorem mittit) caelestem vidit . . . -em (*i. angelum adnuntiationis*). OROS. hist. 7, 2, 14 pater eius Caesar -r imperii potius quam imperator. *γ respicitur tantummodo officium praeparandi hospitii*: CE 302, 11 (*s. IV*) corporis hospitium (*i. sepulcrum*) laetus -r adornat (1427, 6 [*s. V*] sanctus -r).

B *notione secundaria* (*cf.* metor *p. 893, 73 sqq.*) *fere i. q. habitator mansionis alicuius angustae vel temporariae*: PAVL. NOL. epist. 24, 3 p. 204, 10 unius ipse -r anguli (*cf. ibid. p. 204, 6* hospes. *p. 204, 12* mercennarius . . . inquilinus).

deriv.: metatorius. *graece* (*byz.*): μητατωρίκιον, μητατωρικός (LYD. mag. 3, 70. *al.*), μητατώριον (*l. 60*). *comp.*: προμητάτωρ (*l. 25*).

mētātōrius, -a, -um. *a* metari, *cf.* metator *et* praeparatorius. *i. q. in modum metatoris* (*l. 13 sqq.*) *adventum eius praecedens, cui metatum* (*p. 894, 15 sqq.*) *praeparandum est* (*nonnisi sensu translato*): SIDON. epist. 8, 11, 3 huic . . . -am paginam quasi cum Musa praevia misi. *de neutr. sing. pro subst.* **μητᾱτώριον**, *-ου* (*aet. byz.*) *cf. e. g.*: VITA Euthym. ed. de Boor, ind. p. 226.

mētātum, -ī *n. v.* metor (*p. 893, 82 sqq.*).

mētātūra, -ae *f.* [*a* metari (*cf.* mensura). *J.B.H.*] **1** *i. q. mensura* (*cf. p. 893, 12 sqq.*): ITALA Ier. 8, 8 (Lact. inst. 4, 11, 13; *sim.*: Cypr. testim. 1, 3 Ps. Aug. spec. 46 p. 499, 5) in cassum facta est -a falsa scribae (εἰς μάτην ἐγενήθη σχοῖνος ψευδὴς γραμματεῦσιν *LXX*, mendacium operatus est stilus mendax scribarum *Vulg.*). **2** *i. q. metatio, pars agri metando divisi* (*cf. p. 878, 53*): NOVATIAN. trin. 12 p. 906[C] Bethlehem, cuius -ae regio ad meridianam respicit plagam caeli (*cf. Hier. sit. et nom. p. 101, 5* [*vol. II 1946, 82*]). **3** *i. q. metati* (*cf. p. 894, 15 sqq.*) *praeparatio* (*cf.* praeparatura): ZENO 2, 9, 1 deus . . . caelo egressus -a praedicta sacrario templi virginalis . . . illabitur.

mētātus, -ūs *m.* *a* metari. *idem q. metatum* (*v. p. 893, 82 sqq.; hic exempla certa declinationis quartae [dat. sing. -u?: l. 79, sed cf. p. 894, 1] posuimus ceteris vocabulo q. e.* metatum *subiunctis*): *i. q. mansio* (GLOSS. V 572, 50 -us mansio, positio): RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 33, 35 *consule* praesente in -u suo (*gr. I 1, 5 p. 119, 4* ἐν τῷ οἰκείῳ καταγωγίῳ). GREG. TVR. Franc. 10, 2 p. 483, 5 ante ostium -us. Iul. 28 p. 576, 10 cum -u (*cf. l. 75*) se reddidisset. VITA Caes. Arel. 1, 37 p. 311, 15 M. enormitas pauperum in -u ipsius erat et domus atrio constipata. *in imag. de utero Elisabeth*: PETR. CHRYS. serm. 91 p. 457[A] (= PS. AVG. serm. 199, 2) sacrificii domus, sanctitatis hospitium, -us (-um PS. AVG.) metatoris Christi, angeli domicilium, aula spiritus sancti. *Dittmann.*

metaxa, -ae *v.* mataxa.

metaxārius, -ī *m.* *a* metaxa. *in gr. receptum* μεταξάριος (NOVELL. Iust. app. 5). *i. q. sericarius, negotiator serici* (*cf. Blümner, Technol. I*[2] *203*): COD. Iust. 8, 13 (14), 27 pr. argenti distractores vel -i vel alii quarumcumque specierum negotiatores.

metella, -ae *v. s.* metalla (*p. 869, 54*).

metellitum, -ī *n. et* **metellitis**, -idis *f.* [*aram.* mᵉṭallᵉṭā 'σκηνή' *cft. Stummer per litt.; idem censet confundi inter se sollemnitatem scenopegiae et diem expiationum Iudaeorum.*] PS. CHRYSOST. de solstit. l. 118 Iudaei quotquot annis ieiunium mense Septembri observant, quod -um sive scaenophegium nuncupant. l. 305 in illa solemnitate scaenophegiae sive -em.

metellus, -ī *m.* [*c.* metere *falso conectunt antiqui* (*v. l. 20*); *potius vocab. peregrinum sit, cf. etrusc. nom. propr.* meteli *et* Metellus. *J.B.H.*] FEST. p. 146, 30 (*inde corrupte* GLOSS.[L] III Abol. ME 8) -i dicuntur in lege (re *Paul.*) militari quasi mercennarii. ACCIVS annali XXVII (carm. frg. 2): 'calones famulique -ique (-tal- *utrobique trad.; corr. ed. pr.*) caculaeque'. a quo genere hominum Caeciliae familiae cognomen putat (putatur *Paul.*) ductum. GLOSS.[L] V Aa M 326 -us mercennarius (*item* I Ansil. ME 579); a merendo ('met-?' *Linds. cf.* GLOSS. a mercede). II Philox. ME 69 -us μίσθιος. *cf. etiam* metalles *et v. Onom.*

metempsȳchōsis, *acc.* -in, *abl.* -ī *f.*, μετεμψύχωσις. *scrib. plerumque* -sicos-. *de formis*: *gen.* -εως: *l. 43.* *dat.* -i: *l. 35.* *acc.* -in: *l. 34. 37 sqq. 44.* *abl.* -i: *l. 34. 36.* *gr. e. g. l. 31. 37. 39.*

i. q. transitus animae mortui in corpus aliud secundum doctrinam Pythagoraeorum et quorundam haereticorum (*cf.* TERT. anim. 35, 5 p. 361, 21 -is illorum *Pythagoraeorum* revocatio est animae iam pridem morte functae et in aliud corpus iteratae. GLOSS. motatio animae aliae in alterum hominem): TERT. anim. 31, 5 p. 352, 5 quid . . . *recensentur animae*, ut non ex omni gente -is (*A*, -ις *B*, -εις *Rig.*) et metemsomatosis (*A*, μετενσωμάτωσις *B*, -εις *Rig.*) quotidie existant, cur solus Pythagoras alium atque alium se recognoscat, non et ego? 34, 1 p. 358, 23 -i sive metensomatosi repercussa. 35, 1 p. 360, 4. 10 -in . . . imminere. 35, 5 p. 361, 15 ut -i patrocinentur. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 51 Pythagora⟨m cum⟩ sua sibi[met] -i rideri. SERV. Aen. 3, 68 p. 350, 14 non -ιν sed παλιγγενεσίαν esse (*cf.* 6, 603 p. 84, 10). 6, 448 animas per -in sexum plerumque mutare ([*inde* SCHOL. Stat. Ach. 1, 264]. *cf.* 6, 532). SCHOL. Hor. sat. 2, 4, 3 propter -ιν ab animalibus abstinendum. SCHOL. Stat. Theb. 3, 483 -ιν fieri animarum in corpora. PS. AMBR. trin. 23 p. 535[A] haeretici, qui . . . -in mentiuntur (*cf.* HIER. epist. 124, 4, 5. 124, 7, 2. 124, 14, 1 -ιν . . . sentire. in Matth. 11, 14 sq. 14, 1 sq. -εως. PETR. CHRYS. serm. 88 p. 449[C]; *v. et Wetzer und Welte's Kirchenlexikon XI 58 sqq.*). CASSIOD. in psalm. 102, 16 per -in . . . animas esse redituras.

metensōmatōsis, *gen.* (*l. 53. 55*) -εως, *abl.* (*l. 34*) -ī *f.*, μετενσωμάτωσις. *gr. l. 32. 51. 53.*

i. q. mutatio corporis in aliud corpus: TERT. anim. 31, 5 *v. supra l. 31.* 32, 1 p. 352, 17 exinde in illo *Empedocle* finita sit -is. 32, 7 p. 354, 21 sqq. -is non adscribenda . . . ei animae, quae si demutabitur non erit, quae fuit. illius enim -is (-ις *utrobique B*) dicetur, quaecumque eam in suo statu permanendo pateretur. 34, 1 *v. supra l. 34.* RVFIN. apol. Orig. 5 p. 579[B] criminatio . . . -εως i. e. quod humanas animas in muta animalia . . . asserat transmutari post mortem (9 p. 607[B]). 10 p. 608[B] dogma . . . -εως (Orig. in Rom. 5, 1 p. 1015[A]. 6, 8 p. 1083[A]).

meteōria, -ae *f.*, μετεωρία. *i. q. oblivio, animi aberratio, inconsiderantia*: AVR. Fronto p. 70, 23 N. admone me ut tibi aliquid de hac re narrem. sed quae tua et mea -a est, neque tu me admonebis neque ego tibi narrabo. *gr.*: SVET. Claud. 39, 1 in eo mirati sunt homines et oblivionem et inconsiderantiam vel ut graece dicam -αν et ἀβλεψίαν.

meteōrus, -a, -um, μετέωρος. *gr. l. 68.* (*comp. l. 69*).

1 *i. q. excelsus* (*n. pl. pro subst.*): ITALA IV reg. 12, 3 (Legion.) sacrificabant . . . in -is (*LXX* ὑψηλοῖς [μετεώροις *v. l., cf. Rönsch, Sem. Beitr. II 31*], *Vulg.* excelsis). **2** *i. q. instabilis, dubio, non attento animo* (*cf.* GLOSS.[L] III Abol. ME 38 -us [metaurus *codd.*] insanus): CIC. Att. 15, 14, 4 sum -ος et magnis cogitationibus impeditus. 16, 5, 3 existimabam -ότερον esse et hercule erat et maxime de ludis. *adv. gr.* **μετεώρως**: EPIST. imp. Aug. Suet. Claud. 4, 5 vellem diligentius et minus -ς deligeret.

medicamentum . . . **methē**, quod facit post impetum podagrae PLIN. VAL. 3, 14 l. 186.

met(h)odia, -ae *f.*, μεθοδία (μεθοδεία). NOT. Tir. 107, 55. GLOSS. -as adinventiones vel versutias.

met(h)odiaca μεθοδιακά GLOSS. III 206, 25.

met(h)odiārius NOT. Tir. 107, 56 (*seq.* praestigium, praestigator; *cf. Heraeus, ALL 12, 1902, 68*). *a* methodus, methodia.

methodica *et* **methodicē** *v. s.* methodicus (*p. 881, 2. 14*).

***methodicus**, -a, -um, μεθοδικός. *interdum scrib.* metod-. *acc. f.* -ēn: *p. 881, 2.* *prima syll. producitur*: ANTH. 302, 6. NOT. Tir. 107, 55[a]. [CAEL. AVR. chron. 2, 37, 191 -i *pro* medici *coni. Bendz, Eranos 41, 1943, 72.*]

i. q. ad methodum, rationem pertinens: **1** *t. t. gramm.* (*f. sq.* [*R.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pro subst. -ē): QVINT. inst. 1, 9, 1 partes *grammaticae* duae . . . id est ratio loquendi et enarratio auctorum, quarum illam -en hanc historicen vocant (*cf. F. H. Colson ad l.*).

2 *t. t. med. i. q. ad artem eorum medicorum pertinens, qui ex communitatibus et processibus morborum rationem medendi deducunt* (*cf. Wellmann, Herm. 57, 1922, 396 sqq. Edelstein, RE Suppl. VII 358 sqq. Deichgräber, RE V A 1634 sq.*): **a** *de rebus*: TERT. anim. 6, 6 p. 306, 24 Sorano -ae medicinae . . . auctore (*cf.* PS. SORAN. quaest. med. 49 *opp.* empirica, dogmatica [*cf. l. 16*]). ANTH. 302, 6 de -is . . . libris (*opp.* logicae sectae). CAEL. AVR. acut. 1, 16, 165 ex -a secta (*cf.* 4, 1, 6 disciplinam. ISID. orig. 4, 4, 1 haeresis). 2, 37, 217 cordiacorum -a curatio. chron. 2, 9, 119 iuxta -am rationem (*cf.* 3, 2, 21 regulam [*al.*]. 5, 4, 76 modum). *al.* *f. subst.* -a (*sc. ars*): SORAN. quaest. med. p. 363, 11 -a . . . neque elementorum ratione utitur nec *eqs.* **b** *de hominibus*: *adi.*: AVG. anim. 4, 6, 7 p. 388, 12 non medicos empiricos . . . nec dogmaticos nec -os (*cf. l. 9. 17*). *m. subst.*: PS. SORAN. quaest. med. 4 *opp.* logicis seu dogmaticis. 13 quid est secundum -os medicina? (CAEL. AVR. chron. 1, 1, 44 salut. praec. 10). THEOD. PRISC. log. 73 nonnulli -i. CAEL. AVR. acut. 2, 33, 179 omnes nostri -i. 3, 17, 172 alia . . . ut -us scripsit, alia culpabiliter (chron. 5, 2, 51). 3, 21, 219 non oportere -um esse suspicionibus incertis occupatum. chron. 1, 1, 50 -orum princeps. 1, 5, 171 veterum -orum (2, 7, 96). *al.* TIT. libr. Cael. Aur. ORIBAS. syn. 1, 34, 1 *v. p. 878, 1.*

methodium, -ī *n.*, μεθόδιον. GLOSS.? *v. l. 31.* *i. q. frustratio, ludificatio* (*cf. l. 48 et Heraeus, Kl. Schr. 60*): PETRON. 36, 5 Trimalchio eiusmodi -o laetus 'Carpe' inquit.

methodus, -ī (methodos, *acc.* -on) *f.*, μέθοδος. *interdum scrib.* metod-. *gr.*: *l. 30. 38. 43.* *formae gr.*: *l. 41. 45. 46.* NOT. Tir. 107, 54 (*post* monodiarius; *cf. Heraeus, Kl. Schr. 60*). *de notione* (*cf. l. 38 et* SERV. georg. 1, 122 [*ad* 'viam'] rationem -ον): GLOSS.[L] V Aa M 325 -us remedium. GLOSS. II 366, 26 μέθοδος hoc -um (methodium? *Heraeus. cf.* 587, 19 -um calculatio vel argumentum).

1 *i. q. ratio, via*: **a** *geometriae sim.*: VITR. 1, 1, 4 geometricis rationibus et -is (1, 6, 9. *cf.* 9 praef. 6 rationibus et -is emendatum). HYG. mun. castr. 47 -um metationis a me exquisitam. **b** *rhetoricae*: PS. VARRO sent. 41 hic perfecte -um habet, qui idem est repentinus qui praeparatus. **c** *medicinae*: CELS. 1 prooem. 57 medicinam ita finiunt ut quasi viam (*cf. l. 30*) quandam, quam -ον [Graeci] (*add. J*) nominant, eorumque, quae in nobis communia sunt, contemplatricem esse contendant. AVSON. 336, 68 p. 203 P. forma medendi, cui logos aut -os cuique experientia nomen (*cf.* MARCELL. med. carm. 6 logos aut -os simplexque empirica. *sim.*: HIER. epist. 53, 6, 1 τὸ δόγμα, τὴν -ον, τὴν ἐμπειρίαν [adv. Pelag. 1, 21 p. 515[A]]). CAEL. AVR. acut. 1, 11, 99 secundum -um curatio (chron. 1, 5, 170. 2, 1, 49. 2, 4, 81 s. -on). 2, 9, 46 Soranus . . . normarum regulis -um restituit. chron. 1, 1, 38 haec . . . -us ordinavit (1, 5, 154). 2, 1, 57 rectam -on respiciens.

2 *i. q. frustratio, machinatio* (*cf. l. 25*): ITALA II Macc. 13, 18 (codd. LX) rex accepto gusto constantiae Iudaeorum -is (*BM* machinis, *P* remediis, *Vulg.* arte, *LXX* διὰ μεθόδων) loca temptavit.

metīculōsus *v.* metu-. [**mēticus** *v.* tmeticus.] *R.*

mētio, -īvī, -īre *v. p. 882, 7.*

***mētior,** mēnsus (mētītus) sum, -īrī. [*a *mētis 'mensio' = sanscr.* mātih *'modus, recta cognitio', gr.* μῆτις *'consilium, prudentia'; cf. sanscr.* mātram, mānam *'modus, mensura', gr.* μήτρα· ὁ κλῆρος *Hes., got.* mēla *'modius', al. et sanscr.* māti, mimītē *'metitur', lituan.* matúoju *'metior'.* *ad* mensus (*sec.* pensus, *v. Sommer, Handb.*[2. 3] *610*) *cf.* mensa. *J. B. H.*] *scrib.* mi-: GLOSS.[L] II Philox. MI 40. NOT. Tir. 72, 59 -tur. *de formis*: *praes. inf.* -irier: CIC. Arat. 231. *fut.* -ibor (*cf. etiam l. 79*): VVLG. psalm. 59, 8 PSALT. Rom. 107, 8. *perf.*: DIOM. gramm. I 378, 9 ⟨metior⟩, -iris . . ., ex quo perfectum fit -nsus sum, non -itus sum, contra morem declinationis. . . . et futuro activo -nsurus, passivo -endus. CAPER gramm. VII 92, 13 mesor mesura mesum (messum, mestum *var. ll.*). *in usu*: -nsus sum *inde a* CIC. ac. 2, 128 ad Q. fr. 3, 1, 3. 4. *cf. etiam p. 882, 1 sqq.* -itus sum: VLP. dig. 32, 1, 52, 1 APVL. Plat. 1, 14 ITALA Is. 40, 12 (Rufin. Greg. Naz. orat. 1, 74, 2. *al.*). apoc. 21, 16 (cod. g). IVL. VAL. 1, 25 p. 34, 28 LACT. inst. 6, 11, 12 CET. FAV. 2 p. 263, 9 SCHOL. Verg. Bern. georg. 3, 202 RVFIN. Greg Naz. orat. 3, 18, 1 PAVL. NOL. carm. 2, 12 CYPR. GALL. gen. 1492 exod. 110 CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 39, 27. *al. cf. etiam p. 882, 3 sqq.* *de genere*: *inter verba deponentia affert* PS. ASPER gramm. suppl. 51, 1. *passive*: *praes. inf.*: CAES. Gall. 1, 16, 5. 1, 23, 1 GROM. p. 350, 20. VVLG. Ier. 33, 22 non possunt . . . -iri (AVG. conf. 11, 16, 21 *bis.* 11, 27, 34 *quinquies.* CLAVD. MAM. anim. 2, 3 p. 108, 11. 12. p. 110, 3. 2, 4 p. 113, 7. p. 115, 5). INST. Iust. 4, 17, 6. VIRG. gramm. epit. 4 p. 14, 8 H. -iri debent. *gerundivum*: LEX agr. (CIL I[2] 585) 98 CIC. Verr. II 3, 73 leg. 1, 42. *al.* *aliae formae*: *stirpis praes.*: HYG. astr. 1, 6 p. 24, 5 -untur. ITALA Am. 7, 17 (Weing.) -ibitur. Matth. 7, 2 (*et* VVLG.) -etur. Marc. 4, 24 (codd. e q) -etur. ARNOB. nat. 2, 61 p. 97, 8 LACT. mort. pers. 23, 2 PRISCILL. tract. 10, 140 AMBROSIAST. in Rom. 11, 34 VVLG. Am. 7, 17. AVG. conf. 11, 21, 27 *ter.* epist. 102, 25 p. 566, 6. *al.* quant. anim. 14, 23 CLAVD. MAM. anim. 2, 4 p. 111, 22 BOETH. arithm. 1, 15 p. 32, 13 IORD. Get. 192 DIFF. Suet. p. 281, 8 ISID. orig. 16, 26, 2. *stirpis perf.*: -sus: CATO agr. 146, 1 VARRO ling. 5, 118 *v. p. 738, 42.* CIC. nat. deor. 2, 69 VITR. 3, 1, 3 SEN. nat. 4, 4, 1 FRONTO p. 233, 12 N. APVL. mund. 3. *al. cf. etiam p. 888, 7.* -itus: IVL. VAL. 1, 25 p. 34, 17 SERM. Migne 13, 642[C] ENNOD. epist. 5, 3, 1 p. 126, 6 opusc. 1, 71 p. 280, 23 NOVELL. Iust. 39, 1. 46 pr. *cf. etiam p. 888, 13.* *nota*: AVG. epist. 102, 25 p. 566, 17 in qua mensura -sus est, in ea illi -itum est. *formae activae* (*cf. l. 12 et p. 886, 77*): *stirpis praes.*: ITALA num. 35, 5 (Lugd.) -es. apoc. 11, 1 (cod. g) -i. CHIRON 127 -ito. 679 *v. p. 884, 47.* EPIPHAN. in euang. 37 p. 80, 13 -it. PASS. Thom. p. 140, 6 -ire (*pars codd.*). *stirpis perf.*: GROM. p. 347, 28 -vimus. ITALA Marc. 4, 24 -ieritis. *de significatione* (*cf. et p. 883, 39. 885, 27. 887, 65*): ISID. orig. 16, 26, 1 -ire (-iri *cod. Mon. et edd. vett.*) . . . id est mensurare (GLOSS.). GLOSS. μετρῶ. ἀναμετρῶ. καταμετρῶ. *locis e gr. translatis, ubi aliud non adnotatur, subest* μετρεῖν (*alia, quae gr. respondent v. p. 883, 4. 69. 884, 43. 885, 19. 47. 886, 49. 59. 887, 17*). *inde a* PLAVTO; *raro apud Grom.* (*cf. p. 770, 68*). [*sard.* medire, *hisp.* medir. *M.-L.*] [*dub. vel e coni.* (*cf. l. 66. 69. p. 884, 47. 885, 41. 75. 886, 37*): AFRAN. com. 80 malo pudenter -entem (prudenter mentientem *exc. Cauchii*; pudenter mentientem *Fabricius*). TERT. virg. vel. 7 *v. p. 778, 43.* FAV. EVL. p. 9, 27 -surum *coni. Winterfeld pro* mansurum. FVLG. myth. 1 praef. p. 6, 16 *v. p. 893, 41.* *lectio det.*: CIC. Verr. II 3, 73. 192 *v. vol. I 725, 70.* *lect. var. inter* -iri *et* metare *v. p. 892, 17.* *in interpret. loci dub. hebr.*: VVLG. Hab. 3, 6 et -sus est (וַיְמֹדֶד, *LXX* ἐσαλεύθη ἡ γῆ) terram *deus* (*cf. p. 884, 74*). *loco corrupto*: APVL. mund. 3 cuius (*sc. mundi partis*) -sa pensaque distinctum est (*cf. Ps. Aristot. mund. p. 392 a 32* ἥντινα τεταγμένην ἀποφαίνομεν. *cf. p. 884, 60*).]

I ***notione primaria*** *i. q. certam alicuius rei magnitudinem alia re comparata destinare, mensurare sc. sive instrumentis adhibitis (e. g. l. 71. p. 883, 7. 40), sive ratiocinando (e. g. p. 883, 1. 60); -iri passibus p. 883, 36. 884, 37 (plerumque de hominibus; de deo e. g. p. 884, 44. 73. 78; subi. est res l. 80. p. 883, 31. 67. 884, 1. 6. 71. al.; obi. est mensura reperta p. 883, 18. 35. 884, 49. 82; obi. est interrogatio indirecta p. 883, 4. 64. 884, 20. 66; obi. omisso l. 66. 67. 79. p. 883, 46. 885, 10. 24*): **A** *notione mensurandi mera* (*c. abl. instr. e. g. l. 71. p. 883, 21. 75; c. abl. mensurae e. g. l. 45. 64. 78. p. 883, 3. 884, 51; c. gen. mensurae p. 883, 17. 884, 33; c. acc. limit. p. 883, 15; c. dat. p. 885, 8. 10. 22. 24. c. praep.*: ab *l. 73. 75. p. 883, 20. al.* ad *p. 883, 24. 54* [*aliter p. 883, 18. 20. al.*]. cum *p. 884, 29* [*aliter p. 883, 26*]. de *p. 884, 46.* ex *l. 79.* in *c. acc. p. 885, 3.* per *l. 54. 70. p. 883, 48. al.* secundum *l. 65*): **1** *corporea*: **a** *in univ.*: VARRO ling. 9, 67 ea, quae -imur atque ea, quae numeramus (*cf.* GAIVS inst. 3, 90 quas res aut numerando aut -endo aut pendendo in hoc damus, ut *eqs.* [*sim.* epit. 2, 9, 1]). MAR. VICTORIN. gramm. VI 51, 20 *metra Graeci nominant* illa, quibus -imur (AVG. quant. anim. 14, 23 *animus* caret spatio, quo corpora -untur. CLAVD. MAM. anim. 2, 4 p. 111, 22 nec mensuram, quae -itur, sed qua -itur. 2, 4 p. 112, 15 p. 113, 7).

b *longitudines, areas* (*in arte geometrica*: CIC. Tusc. 1, 5 -endi ratiocinandique utilitate huius artis terminavimus modum [*cf.* AGENN. grom. p. 25, 6 exigit . . . ars scientiam -undi. AVG. epist. 14, 4 disciplina -endi]. SEN. epist. 88, 13 scis rotunda -iri. COLVM. 5, 2, 9 arcum sic -emur [*cf.* HYG. astr. 1, 6 p. 24, 5 quinque circuli sic in sphaera -untur]. BALB. grom. p. 96, 11 pes quadratus sic observabitur: longitudinem per latitudinem -emur, deinde per crassitudinem [*cf. p. 771, 34*]): **α** *agros, terrae partes sim.* (*interdum propius accedit ad notiones limitandi, distribuendi; cf. p. 884, 25. 885, 1*): LEX agr. (CIL I[2] 585) 98 ⟨agrum locum⟩ . . . me⟨tiun⟩dum terminosque statui curato (CIC. epist. 9, 17, 2. LIV. 31, 4, 2 decemviros agro Samniti . . . -endo dividendoque crearent. COLVM. 5, 1, 2 [*syn.* commetiendis]. 5, 2, 5. STAT. silv. 5, 2, 43 [*v. p. 892, 19*]. LIB. col. I grom. p. 211, 24 lex agris limitandis -undis. LACT. mort. pers. 23, 2 agri glebatim -bantur. *cf. p. 884, 65*). VARRO rust. 1, 10, 1 modos, quibus -rentur rura, alius alios constituit. nam in Hispania ulteriore -untur iugis *eqs.* PLIN. nat. 4, 78 Varro ad hunc modum -itur *Pontum* (*cf. q. s.*). 17, 159. FRONTIN. grom. p. 19, 6 secundum loci naturam -remur (*ci. Lachm.*; mererentur *sim. trad.*: *opp.* cultellabitur). GROM. p. 347, 28 in ea regione, qua -vimus. 350, 20 campos. PAVL. dig. 18, 1, 40 fundum. ARNOB. nat. 2, 19 p. 63, 17 ut terrarum continentias -amur (*Sabaeus*; ment- *trad.*). CET. FAV. 2 p. 263, 9 Eratosthenen . . . per gnomonicas umbras orbis terrae spatia esse -itum. *adde*: APVL. Socr. 8 p. 139 *Olympi* altitudinem perpendiculo si -are *eqs.* **β** *itinera, intervalla*: CIC. ad Q. fr. 3, 1, 4 sum . . . ipse -sus (*sc. viam*) ab eo ponticulo . . . Satricum versus. PS. QVINT. decl. 1, 7 p. 9, 22 spatium ingens et vix -endum (VVLG. deut. 21, 2 -entur a loco cadaveris singularum per circuitum spatia civitatum. MEROB. pros. frg. 1 B 5 situs urbium aut angustias montium ⟨aut vasta⟩ camporum aut fluminum transitus aut ⟨viarum⟩ spatia -iris). AMM. 15, 11, 17 exinde non millenis passibus, sed leugis itinera -untur (*cf. l. 80*). AVG. serm. 51, 8, 13 ex hac parte usque ad . . . maceriam -itur. *nota de machina* (*cf. p. 883, 32*): CAPITOL. Pert. 8, 7 *vehicula* iter -entia (*cf. l. 78*). **γ** *stellas, mundum, caeli partes*: CIC. ac. 2, 128 solem, quem -iri non possunt. off. 1, 154 -iri mundi magnitudinem (*cf.* CLAVD. MAM. anim. 2, 4 p. 115, 5 corporeum -iri posse mundum). APVL. Plat. 1, 14 p. 99, 1 *homo* oculis . . . -itus est caelum ([*syn.*
[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

spatia comprehendit]. Ps. APVL. Ascl. 6 p. 41, 6 animi sagacitate). MART. CAP. 8, 858 Martis, Iovis ac Saturni, quos omnes ut suis amplitudinibus -amur *eqs.* EVSTATH. Bas. hex. 9, 1 p. 956D *Christus* -itus non est (οὐ διεμέτρησε), quantis spatiis obumbratio eius (*sc. telluris*) ... distenditur. δ *aedificia, urbes sim.*: ALF. dig. 19, 2, 30, 3 utrum factum opus an etiam imperfectum -iri oporteret (VEG. mil. 3, 8 p. 84, 7 o. [*sc. vallum fossamque*] ... centuriones decempedis -untur. INSCR. BullCorrHell. 47, 1923 p. 57 n. 14 o. men⟨sum⟩). COLVM. 5, 1, 3 iam exstructa -untur. PAVL. dig. 11, 6, 6 sive aream vel tignum vel lapidem -endo mentitus fuerit. IVL. VAL. 1, 25 p. 34, 17 VVLG. Ezech. 42, 16. 43, 10. *al.* (*cf. l. 14*). Zach. 2, 2 ut -ar Ierusalem (*ad l.* FILASTR. 153, 1 *syn.* mensurare). apoc. 11, 1 -ire templum dei et altare et adorantes in eo. 11, 2. 21, 15. 16. 17. *nota variationes constructionum*: VVLG. Ezech. 40, 5 -sus est latitudinem aedificii calamo uno. 40, 6 -sus est limen portae calamo uno latitudinem id est limen unum calamo uno in latitudine. 40, 9 -sus est vestibulum portae octo cubitorum et frontem eius duobus cubitis. 40, 19 -sus est latitudinem a facie portae ... usque ad frontem atrii ... centum cubitos. *et sim. saepe in eodem cap.* ε *corpus vel corporis partes*: VITR. 3, 1, 3 si a pedibus imis ad summum caput -sum erit *corpus humanum*. CELS. 3, 21, 8 lino cotidie ventrem -iri. PLIN. nat. 35, 74 satyros thyrso pollicem eius (*sc. Cyclopis*) -entes. MART. 10, 55, 1 AVG. civ. 15, 26 p. 115, 5 D. *nota* se -iri (*cf. p. 887, 31; aliter p. 884, 76*): PETRON. 75, 10 quotidie me solebam ad illum (*sc. candelabrum*) -iri. ζ *varia*: CIC. ac. 2, 128 adfirmabunt signum illud (*sc. effigiem*) si erunt -si, sex pedum esse (*cf. metaph.* SEN. epist. 76, 31 cum basi illum sua -iris [*cf. Otto, Sprichw. p. 53*]). MELA 2, 28 Xerxen copias suas, quia numero non poterat, spatio -sum ferunt (*cf.* VVLG. II reg. 8, 2 -sus est eos [*sc. hostes victos humi iacentes*] funiculo). PLIN. nat. 36, 82 *pyramidum* umbram (MART. CAP. 6, 607). MART. 9, 59, 9 hexaclinon. DIFF. Suet. p. 281, 8 *v. p. 829, 58.* *subi. est res* (*cf. p. 882, 80*): COLVM. 3, 13, 13 stella (*sc. instrumentum*) ... fossae solum (*sc. altitudinem*) -itur. *metaph.*: SIL. 5, 156 meus alta -itur stagna Eridani ... natus *mersus* (*sc. corpore mortuo. cf. p. 884, 66*). η *singulariter obi. est mensura reperta* (*cf. l. 18. p. 884, 82*): CIC. ad Q. fr. 3, 1, 3 sese ... -sum pedibus ... passuum III M.

c *res, quae vasis continentur* (*cf.* DIOM. gramm. I 378, 9 metor metaris dicimus, quotiens ad locum refertur, cum dicimus 'castra prope Tiberim metatus est', ⟨-or,⟩ -iris vero ad fructum. *cf. p. 885, 6*): CATO agr. 144, 4 omnem oleam puram -etur modio oleario. 146, 1 oleum ... modio oleario -sum dato (*metaph. p. p. p. pro subst.*: SEN. nat. 4, 4, 1 bene -sum [emensum *var. l.*] dabo). VARRO ling. 5, 118 *v. p. 738, 42* (*cf. p. 738, 47*). rust. 1, 50, 1 *v. p. 855, 80.* HOR. sat. 1, 1, 96 dives, ut -retur nummos ([*cf. Kießling-Heinze ad l.*]. PETRON. 37, 2 modio. *cf. Otto, Sprichw. p. 225*). LIV. 23, 12, 1 *anulorum acervum* -entibus dimidium supra tres modios explesse (*cf. de eadem re*: SIL. 8, 676 congesto ... auro -itur Latias ... Carthago ruinas. TERT. apol. 40, 8 per ... anulos caedes suas modio -batur). VITR. 9 praef. 11 *aquam* sextario -sus. CELS. 3, 21, 8 -iri et potionem eius (*sc. hydropici*) et urinam. FRONTIN. aq. 64 capita ductuum. 67 -sus inveni quinarias *tot* (*sim.* 73). TERT. adv. Marc. 4, 39 p. 553, 21 sanguinis flumina paterarum capacitate -itur (CLAVD. MAM. anim. 1, 21 p. 74, 4 *grani tritici* c. sui admodum molem -imur). VVLG. exod. 16, 18 *manna* -si sunt ad mensuram gomor. AVG. epist. 102, 25 p. 566, 6 *v. p. 761, 50.* COD. Theod. 11, 14, 1.

2 *incorporea* (*cf.* AVG. conf. 11, 16, 21 -iri posse quod non est. 11, 21, 27. *al. v. et p. 884, 19*): **a** *tempus*: CIC. rep. 6, 24 homines ... annum ... solis ... reditu -untur (*cf. p. 884, 54*). HYG. astr. 4, 19 p. 120, 12 tempus omne -itur die et nocte, mense et anno (AVG. conf. 11, 16, 21 sentiendo. 11, 21, 27. 11, 27, 34. 36 in te, anime meus, tempora -or). CLAVD. carm. min. 20, 14 -itur ... suo rusticus orbe (*sc. solis itinere*) diem. AVG. civ. 18, 3 p. 260, 24 D. 22, 30 p. 635, 12 sexta *aetas* nunc agitur nullo generationum numero -enda. conf. 11, 16, 21 -imur etiam, quanto sit longius aut brevius illud tempus quam illud. 11, 23, 29 si ... moveretur rota figuli, non esset tempus, quo -remur eos gyros ... ? (11, 27, 34). 11, 27, 34 intervallum -imur ab aliquo initio usque ad aliquem finem. *ibid. saepe.* *subi. est res*: EVSTATH. Bas. hex. 2. 8 p. 889B septimanam ... motum temporis -entem (ἐξαριθμοῦσαν). ISID. orig. 16, 25, 19 numerus scripulorum eius (*sc. unciae*) horas diei noctisque -itur.

b *sonos orationis vel versuum numeros, syllabas sim.* (*cf. p. 884, 41*): CIC. de orat. 3, 185 numerosum est in omnibus sonis atque vocibus ... quod -iri possumus intervallis aequalibus *eqs.* orat. 194 syllabis ... -endos pedes, non intervallis (MAR. VICTORIN. gramm. VI 51, 30. 52, 9). 227 sonantium omnium, quae -iri auribus possumus (BOETH. mus. 1, 9 p. 196, 3 consonantias aure -untur. *cf.* APVL. Plat. 1, 14 per quem [*sc. auditum*] ... numeros ... orationis -retur *homo*). SEN. dial. 10, 12, 4 quorum digiti aliquid intra se carmen -entes semper sonant (STAT. silv. 5, 3, 93). QVINT. inst. 9, 4. 51 ubi tempora (*cf. p. 884, 2*) ... -iuntur et pedum et digitorum (*cf. l. 78*) ictu. 10, 3, 32. MAR. VICTORIN. gramm. VI 51, 23 pedes, quibus eum versum -imur (VIRG. gramm. epit. 4 p. 14, 3 H. per metra. *ibid.* l. 8 metris). 52, 9 cum temporibus syllabam -amur (AVG. conf. 11, 27, 35). 52, 17 oden ... -imur per cola. VIRG. gramm. epit. 5 p. 33, 15 H. nomina.

subi. est res: CIC. part. 18 numeros aures ipsae -untur (FAV. EVL. p. 19, 15). QVINT. inst. 9, 4, 48 *rhythmus* tempus (*cf. p. 883, 80*) ... solum (*cod. P*; sonu, sonum *mell. codd.*) -itur *eqs.* *in imag.*: FAV. EVL. p. 21, 3 mundi consonum melos tonis veluti pedibus -endum.

c *technice in arte arithmetica de numeris i. q. membrum, mensuram esse alterius numeri* (*definit* BOETH. arithm. 1, 14 p. 31, 4 -itur ... numerus numerum, quotiens vel semel vel bis vel tertio vel quotienslibet numerus ad numerum comparatus ... ad comparati numeri terminum usque pervenerit. *cf. etiam p. 771, 25 sqq.*): APVL. flor. 18 p. 90 quoties sol magnitudine sua circulum, quem permeat, -atur. AVG. divers. quaest. 57, 2 quadragenarius ... numerus partibus suis, quae illum -untur, computatis *eqs.* 57, 3 -itur ... illum (*sc. senarium numerum*) unum ... et duo ... et tria. MART. CAP. 7, 750 p. 382, 1 ter terna novem sunt; ... haec triplicatione -imur. *ibid.* l. 2. l. 5 quicquid aliqua multiplicatione -imur *eqs.* 7, 772 p. 399, 15. 7, 783 p. 409, 21. 7, 786 p. 410, 17. *et saepe.* BOETH. arithm. 1, 14 p. 30, 27. p. 31, 8. 9. 1, 15 p. 32, 13. 20. *al.* mus. 2, 9 p. 238, 2 (*syn.* fuerit permensa).

3 *de iis, quae mensurari non possunt*: SEN. epist. 88, 10 -iri me geometres docet latifundia potius, quam doceat, quomodo -ar, quantum homini satis sit. 88, 13 si artifex es, -ire hominis animum *eqs.* (CLAVD. MAM. anim. 2, 3 p. 110, 3 corporaliter -iri animus non potest). VVLG. Ier. 33, 22 *non potest* -iri arena maris.

B *usu latiore* (*cf. etiam quae p. 882, 56 adnotavimus*):
1 *accedit notio limitandi, terminandi, i. q. fines spatiis designare, dimetiri*: **a** *loca*: RHET. Her. 4, 33, 44 imperii magnitudinem solis ortu atque occasu -emur. CIC. nat. deor. 2, 69 lunae cursibus, qui quia -sa spatia conficiunt, menses nominantur. SEN. dial. 8, 4, 1 terminos civitatis nostrae cum sole (*cf. l. 27*) -imur (APVL. mund. 7 quidam ab exordio Tanais ad ora Nili Asiae t. -untur). PLIN. nat. 18, 189 nec ut a porrectis -antur *cubita* digitis, sed in pugnum contractis. ITALA num. 35, 5 (Lugd.) -es extra civitatem ... partem ad aquilonem duo milium cubitorum (CENS. 8, 9 p. 15, 5 tertiam signiferi p. visus ille *solis* -itur). ARNOB. nat. 2, 61 p. 97, 8 orbe sit sol amplior an pedis unius latitudine -atur. SERM. Migne 13, 642C stadii ... finis, qui illis ad currendum -itus erat. SCHOL. Verg. Bern. georg. 3, 202 stadium, quod Hercules (*cf. p. 893, 18*) -itus est, inde maius ceteris, quod Hercules maiores passus quam ceteri homines habuerit. FAV. EVL. p. 21, 9 si sextam decimam *portionem tibiae* -aris, emitonium consequitur (*cf.* BOETH. mus. 1, 11 p. 198, 26 non quod regula sit lignea, per quam magnitudines chordarum sonumque -imur). NOVELL. Iust. 25, 1 ad virorum centum numerum eum (numerum ei *? Schöll*) -imur (εἰς ἀνδρῶν ἑκατὸν τὸν ἀριθμὸν αὐτῇ [*sc.* τῇ τάξει] συμμετροῦμεν). *adde*: VVLG. Is. 48, 13 dextera mea (*sc. dei*) -sa est caelos (טִפְּחָה *i. dilatavit*). *obi. est mensura adhibita* (*cf. p. 883, 36*): CHIRON 127 de coda ex mediana vena -ito tres digitos ab ano (*cf.* 679 quattuor digitis ab umbelico ... -es [*Heraeus*, -ens *Niedermann*, mecies *cod.*], ... pertundito. *cf. etiam p. 770, 80*). VVLG. Ruth 3, 15 -sus est sex modios hordei. II reg. 8, 2 -sus est duos funiculos.

b *tempora*: VARRO rust. 1, 40, 3 quam sationem quidam -untur fere diebus XXX. CIC. nat. deor. 1, 21 fuit quaedam ab infinito tempore aeternitas, quam nulla circumscriptio temporum -batur. OV. met. 4, 226 (*verba Solis*:) ille ego sum ..., qui longum -or (emetior *pars codd.*) annum (*cf. p. 883, 58*). VLP. dig. 48, 19, 9 pr. vel annis -untur *praesides interdictum* vel etiam tempore, quo provinciam regunt. COD. Iust. 1, 55, 4 in defensoribus ... erit ... tempus quinquennii spatii -endum.

c *metaphorice de sortibus humanis certa mensura demensis*: FRONTO p. 233, 12 N. bonos viros luctu adfici, malos re familiari incolumi frui, neque -sum neque pensum fatorum lanificum (lanificium *Ehrental*) duco (*cf. p. 882, 25*).

2 *accedit notio adaequandi, fere i. q. indicio esse vel indicium facere mensurae* (*fere i. q. repraesentare, imitari l. 71. 84. i. q. pertingere l. 73. obi. est mensura l. 82*): **a** *locorum*: VERG. Aen. 12, 360 (*alludit notioni mensuram agendi p. 882, 57*) en agros et ... Hesperiam -ire iacens (CLAVD. DON.: spatio corporis tui. quam lati sint *agri, quos bello comparasti*, potes -iri). QVINT. inst. 8, 3, 84 *Vergilius* Cyclopa cum iacuisse dixit per antrum, prodigiosum illud corpus spatio loci -sus est. MACR. Sat. 2, 7, 13 cum canticum quoddam saltaret Hylas, cuius clausula erat τὸν μέγαν Ἀγαμέμνονα, sublimem ingentemque Hylas velut -batur (*cf. l. 63*). *subi. est res*: CE 1552 A 79 stat sublimis honor (*sc. monumentum*) vicinaque nubila pulsat et solis -itur iter. *metaph. de deo*: ITALA Is. 40, 12 (Rufin. Orig. in psalm. 38 hom. 1 p. 1399B) quis -itus (VVLG. -sus) est manu aquam et caelum palmo et omnem terram pugillo? (*cf. p. 882, 23*). *refl.* (*cf. p. 883, 24*) *i. q. magnitudinem adaequare*: VVLG. III reg. 17, 21 ˪expandit se atque -sus est˩ (˪ ˩ וַיִּתְמֹדֵד) super puerum. PETR. CHRYS. serm. 48 p. 333C *deus* se claudit utero, -itur cunis. *de definiendis mensuris* (*cf. l. 82 et p. 771, 30*): IORD. Get. 192 leuva ... Gallica una mille et quingentorum passuum quantitate -itur. ISID. orig. 16, 26, 6 congius sex -itur sextariis. 16, 26, 15. **b** *ponderis*: MARCELL. med. de mens. p. 7, 7 N. stater est quod -itur dragmas IIII (*cf. p. 883, 35*). **c** *soni*: AMBR. exc. Sat. 2, 77 (*ad Ioh. 11, 43*) tubarum ... crepitūs vocis -itur (*cf. l. 63*) elatio.

[*Brandt*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3 *accedit notio distribuendi vel attribuendi, i. q. admetiri*: **a** *corporea*: *α agros* (*cf. p. 882, 55*): AVIEN. Arat. 301 campum -iri in dominos. VVLG. psalm. 59, 8 convallem tabernaculorum -ibor (*item* PSALT. Rom. 107, 8, *ubi Vulg.* dimetiar, *LXX* διαμετρήσω). Ezech. 47, 18. Am. 7, 17 humus tua funiculo -etur(תְּחֻלָּק, *a* חָלַק *i. distribuere*). *β res, quae vasis continentur* (*cf. p. 883, 37*): CIC. Verr. II 3, 73 exercitui si -endum esset *frumentum* (*ibid.* admetiri. II 3, 193. CAES. Gall. 1, 16, 5 f. militibus. 1, 23, 1. 7, 71, 7 parce et paulatim). CAEL. Cic. epist. 8, 6, 5 legem ... alumentariam, quae iubet aediles -iri. HOR. epod. 9, 36 -ire nobis Caecubum. COLVM. 12, 3, 8 promis ... et cellariis aliquid appendentibus aut -entibus intervenire. VLP. dig. 18, 6, 1, 3 si diem ad -endum praestituit *venditor vini*. PAVL. dig. 18, 1, 34, 5.

b *incorporea*: ITALA Matth. 7, 2 in qua mensura -si (menti *cod. k*) fueritis, -etur vobis ([VVLG. -si fueritis, remetietur]. *sim.* Marc. 4, 24 -ieritis, remetietur [cod. a: -si eritis, -etur. VVLG. *ut l. 15*]. VVLG. Luc. 6, 38. *ad locos*: TERT. adv. Marc. 4, 17 p. 475, 26 RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 18, 1 AVG. epist. 102, 24 p. 565, 4. 15. 102, 25 p. 566, 7. *al.*). VVLG. Sirach 1, 9 *deus* ⌊dinumeravit et -sus est⌋ (⌊ ⌋ ἐξηρίθμησεν) *sapientiam*. II Cor. 10, 13 non in immensum gloriabimur, sed secundum mensuram regulae, quam (qua *var. l.*) -sus est nobis deus. RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 160, 8 deus iustas retributiones -itur operariis horum (*sc. operum bonorum malorumque*). SALON. in prov. p. 980[C] (*ad prov. 20, 10*) ut aliter libret -aturque sibi atque aliter proximo. CASSIOD. in psalm. 107, 7 (*syn.* distribuit).

II ***notionibus secundariis***: **A** *i. q. aestimare, taxare, considerare sim.* (*sc. non quaesita certa magnitudine*. GLOSS.[L] III Abol. ME 19 -itur: perpendit. *subi. est res p. 886, 69. 887, 22. 48. obi. est interrogatio indir. e. g. l. 54. 58. p. 886, 39. 43 sqq. 78 sqq.; acc. c. inf. p. 887, 11. add. abl. instr. l. 33. 40. 49 sqq.; mens. l. 36. 42. 64. p. 887, 32. al.; gen. mens. l. 41; acc. dupl. p. 887, 27. praepp. l. 46. p. 886, 22 sqq. 887, 25. 37. al.*): **1** *corporea*: **a** *generatim*: Ov. met. 2, 188 animo -itur utrumque *caeli spatium Phaethon*. SEN. epist. 114, 27 modica concupiscemus, si unusquisque ... -atur ... corpus. CVRT. 3, 1, 7 non eādem ipsum et incolas aestimatione munimenta -iri. VAL. FL. 2, 480 *beluam* nec montibus ullis nec nostro -ire mari. STAT. Theb. 6, 679 caelo dextram (*sc. vires*) -itur *discum iacturus*. 8, 577 solo corpore -sus Tydea. TAC. Germ. 37, 1 castra ac spatia, quorum ambitu ... -aris molem manusque gentis. VLP. dig. 32, 1, 52, 1 volumina ..., quae quis ingenio suo -itus est. TERT. virg. vel. 17[extr.] fimbriam ... cerebro superponunt .... tanti caput suum -untur (mentiuntur *trad.*). PAVL. NOL. carm. 2, 12 nec vilia *dona* dedigneris ... magno -itus amore. AVG. civ. 11, 22 p. 491, 15 D. quae parva non sua granditate ..., sed artificis (*sc. dei*) sapientia -enda sunt. COD. Theod. 16, 10, 8 simulacra ... artis pretio quam divinitate -enda. NOVELL. Iust. 39, 1 ad dotis ... oblationem ... secundum (*cf. p. 886, 61*) personarum qualitatem -itam (συμμετρουμένης).

b *speciatim i. q. visu aestimare, lustrare, perlustrare*: HOR. sat. 1, 2, 103 -iri possis oculo latus (*cf. l. 57*) *puellae* (LIV. 6, 13, 1 oculis utramque -ens aciem. SEN. Tro. 23 CLAVD. 24, 70. *cf.* Ov. epist. 10, 28 aequora prospectu. STAT. Theb. 10, 840 culmina visu. CYPR. GALL. exod. 110 lumine membra. *v. et l. 56*). SIL. 1, 299 *Hannibal* -sus ... paventia tecta. STAT. Theb. 6, 263 -iri numerum vultusque habitusque suorum. 7, 234. silv. 1, 2, 114 Latias -ire quid ultra emineat matres *Violentilla*. QVINT. decl. 255 p. 46, 15 oculos circumtuli et singulas castrorum -or partes. QVEROL. p. 39, 26 ego latera *puellae* lustro, ego effusa capillorum -or volumina. CLAVD. 15, 67 pavido -imur caerula (*sc. mare*) voto, puppis si qua venit (26, 46). rapt. Pros. 3, 365 qui ... ratem ... procellis obiectare parat, fagos -itur et alnos.

2 *pertinet ad incorporea* (*ad tempus p. 886, 14. 74. al. pro obi. sunt homines p. 886, 3. 10. 20. al. deus p. 885, 49. 73*): **a** *indicatur res, qua -untur*: *α abl.*: CIC. Pis. 68 philosophos Epicureos omnis res, quae sint homini expetendae, voluptate -iri (de orat. 3, 62 fin. 2, 56. 5, 93 qui v. et dolore omnia -untur. Cato 45 neque ... conviviorum delectationem voluptatibus corporis magis quam coetu amicorum et sermonibus -bar. off. 3, 12 vel v. vel indolentia. epist. 7, 12, 2 SEN. epist. 78, 27 BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 2 p. 138, 14). de orat. 1, 7 clarorum hominum scientiam rerum gestarum vel utilitate vel magnitudine -iri (2, 335 leg. 1, 42. Phil. 12, 30 consilium non periculo meo, sed u. rei publicae -ar. QVINT. inst. 12, 11, 29 studia. LACT. inst. 6, 11, 6 non re ipsa vera sed u. 6, 11, 12. *al.*). leg. 1, 41 -itur (emetietur, et mentietur *varr. ll.*) suis commodis omnia (off. 1, 5 s. c., non honestate. 3, 18). 1, 49 virtutem praemio -untur (ment- *vid. trad.*). parad. 20 nec enim peccata rerum eventis, sed vitiis hominum -enda sunt. orat. 23 eloquentiam ... ipsius *Demosthenis* viribus, non imbecillitate sua -antur (PANEG. 12, 1, 4). opt. gen. 10. fin. 2, 48 honestate summum bonum (*cf. l. 74*). 2, 85. 3, 61 Tusc. 1, 90. 110. 3, 49 dolore summum malum (TAC. hist. 1, 8, 1 pari d. commoda aliena ac suas iniurias -bantur. *cf. l. 65*). 5, 94. nat. deor. 1, 113 omnia, quae ad beatam vitam pertinent, ventre -iri (*cf.* SEN. dial. 7, 10, 1 bonum suum cibo. LACT. inst. 6, 20 edendi ac bibendi officium ventris plenitudine -untur. PS. RVFIN. in Am. 4, 1 p. 1071[B] ventris ... ingluvie). Lael. 21. off. 1, 110 *ut* studia nostra nostrae naturae regula -amur (AVG. civ. 8, 7 p. 331, 22 D.). Phil. 2, 111. Att. 8, 12, 5 omnia officio. epist. 10, 25, 3. SALL. Catil. 31, 2 metu pericula. NEP. Eum. 1, 1 magnos homines virtute -imur, non fortuna (LACT. inst. 1, 9, 6. HIER. epist. 58, 1, 1 -iris nos virtutibus tuis. *item* h.: SEN. epist. 71, 6 hominem deo. CE 1552 A 35 [*s. II*] h. ... brevitate sua. LACT. opif. 19, 9 carne). Att. 14, 3 usum eum pecuniae non magnitudine, sed ratione -iri solitum (AVG. civ. 21, 11 p. 513, 12 D. scelus non temporis longitudine, sed ... impietatis m. -endum. *cf. l. 48*). LIV. 3, 54, 3 VELL. 2, 100, 3 VAL. MAX. 8, 13, 5. SEN. epist. 91, 16 non est, quod nos tumulis -aris et his monumentis *eqs.* 93, 4. 94, 72. *al.* STAT. Theb. 4, 499. IVV. 9, 71 quanto -iris pretio, quod *eqs.* PLIN. epist. 8, 11, 2 paneg. 36, 4. PANEG. 3, 14, 4 non ratione dierum aut mensium, sed operum multitudine et effectarum rerum modo Iuliani tempora -untur (*cf. p. 887, 14*). ARNOB. nat. 6, 3 p. 216, 1. LACT. inst. 5, 15, 3 omnia humana non corpore, sed spiritu. 6, 17, 15. IVST. 17, 1, 12 vitae ... finem non annorum spatio, sed imperii terminis -bantur. AMBR. off. 1, 9, 28. CLAVD. 5, 138 spatio ... viarum -itur (ment- *var. l.*) vitam. 16, 19 hoc ego concilio (*sc. senatu*) collectum -or orbem. 21, 347 numero tantum, non robore -sus Romanos. 26, 212. AVG. civ. 5, 20 p. 231, 9 D. *philosophi virtutes* voluptatis corporalis fine -untur (perf. iust. 8, 18 p. 16, 6). *al.*

β praepp.: ad: VLP. dig. 47, 10, 17, 13 *non* debet pater vilissimus filii sui contumeliam ad suam utilitatem -iri. cum: CASSIAN. conl. 20, 3, 1 immensitatem ... *doctrinae* cum exiguitate nostrarum virium -entes (*syn.* conferentes). de: LACT. inst. 7, 5, 5 virtutem maiestatis eius (*sc. dei*) de suorum operum inventione inceptione perfectione -itur. epit. 55, 3 alterius animum de tuo -aris. AVG. civ. 12, 18 p. 540, 19 D. epist. 51, 1 p. 145, 4 CASSIOD. var. 1, 12, 1. ex: CIC. parad. 44 ex eo, quantum cuique satis est, -untur homines divitiarum modum (VLP. dig. 5, 4, 1, 1 qui hereditatem petit, is non ex eo -itur, quod possessor occupavit, sed ex suo iure. CLAVD. DON. Aen. 7, 225). PLANC. Cic. epist. 10, 4, 2 fidelitatis, quam ego ex mea conscientia -or. SEN. suas. 5, 1 *animus* spem ex praesenti -itur. SEN. epist. 92, 25 maiestatem ... eius (*sc. humanae naturae*) ex nostra imbecillitate -imur ([ment- *var. l.*]. PS. PRIMAS. in I Cor. 15, 34 p. 551[A] [*cf. Pelag. p. 221, 14 S.* censentes]). QVINT. inst. 4 pr. 3. 6, 3, 100 men ⟨ex te me⟩tiris? (*ci. Radermacher sec. Buttmann*; mentiris *PV*; mentis *AGM*). AVR. Fronto p. 80, 25 N. dolore te arreptum quo animo didicerim, profecto ex tua proxima sollicitudine -iris. APVL. apol. 19 erras ... si eum ex fortunae indulgentia, non ex philosophiae censura -iris. VLP. dig. 5, 1, 61 pr. periculosum esse ex persona rei hoc (*sc. quid veniat in iudicium*) -iri. PANEG. 6, 1, 3. 6, 11, 3 quid ipsos maneat, ex regum suorum cruciatibus -untur. 12, 9, 1. LACT. inst. 7, 4, 2 quod an fieri possit, ex immensitate rerum ... facile est ... -iri. HIL. in psalm. 1, 8 AVG. civ. 12, 24 p. 550, 31 D. *al.* VICTRIC. 1 ex gaudio praesenti -or, quantum ... perdiderim. 5. CONSVLT. Zacch. 1, 26 p. 32, 20 (*syn.* pensare). EVSTATH. Bas. hex. 1, 11 p. 880[A] ex magnitudine corporum circumscriptorum -amur (ἀναλογιζώμεθα) illum infinitum (CLAVD. MAM. anim. 2, 3 p. 108, 12). EVGRAPH. Ter. Andr. 432 senex animi cogitationem -itur ex vultu. in *c. abl.*: HIL. in Matth. 6, 7 (*ad Matth. 7, 29*) in verborum ... virtutibus effectus potestatum -bantur. AVG. epist. 102, 26 p. 567, 16 (*ad Matth. 7, 2*) in voluntate ... propria -etur bonus homo bona facta, et in ea -etur (*ad p. 885, 15*) ei beatitudo. ENNOD. dict. 1, 8 p. 425, 7 in cano flore spem fructuum -itur agricola. epist. 1, 10, 4 p. 20, 18. per: OROS. apol. 19, 8 quantum ... de dei adiutorio gaudeam, per ⟨id⟩ -ire, quod *eqs.* EVSTATH. Bas. hex. 2, 2 p. 880[D] si tamen valet tellus cunctam per se dei sapientiam -iri (*cf. antea*: coaequare. *gr.* ἐκμετρεῖν). pro (*aliter p. 887, 25*): PANEG. 4, 15, 7 pro auxilii copia negotiorum ratio -enda est. RVFIN. Orig. in lev. 16, 2 p. 496, 23 -iri doctrinam pro virium qualitate. secundum (*cf. p. 885, 46*): BOETH. herm. sec. 3, 9 p. 194, 26 Stoici ... id, quod ex casu fit, non secundum ipsius fortunae naturam, sed secundum nostram ignorantiam -untur. in Porph. comm. sec. 2, 5 p. 185, 22.

γ enuntiatis secundariis: HIL. trin. 12, 27 opinione ... ita praeterita -imur, ut *eqs.* (MAR. VICTORIN. ad Iust. 11 AVELL. p. 52, 3). ENNOD. opusc. 4, 38 p. 392, 6 -itus est fomitis sui lucem, dum vidit alieni.

δ res, qua -untur, est subi.: SEN. epist. 39, 6 necessaria -itur utilitas (*cf. p. 885, 70*).

b *non indicata re, qua -untur*: *α generatim*: SEN. dial. 9, 9, 2 adsuescamus ... usus rerum, non ornamenta -iri. nat. 1 praef. 17 sciam omnia angusta esse -sus deum. 3 praef. 3 cotidie brevitatem temporis -etur *animus*. epist. 24, 2 malum tecum ipse -ire ac timorem tuum taxa. 88, 41 -ire aetatem tuam (QVINT. inst. 12, 11, 13). CVRT. 7, 8, 14 stultus est, qui ... *arborum* altitudinem non -itur (*Lauer*, -it *codd.*). LVCAN. 8, 527. SIL. 9, 452 ductores pugnae..., quantum ... auderent, propius -si (AVR. VICT. Caes. 12, 3 q. queas. AVG. civ. 14, 15 p. 36, 1 D.). STAT. Theb. 11, 347 -ire, quod audes. 11, 683 MART. 12, 98, 8. QVINT. inst. 1, 12, 11 nec quae iam egerint, -untur. 6, 1, 45 -atur ac diligenter aestimet vires suas actor (AVG. serm. 42, 2, 2 ENNOD. opusc. 1, 71 p. 280, 23. *cf.* SVLP. SEV. chron. 1, 38, 6 ad -endas imperii vires populum censere). decl. 289 p. 157, 24 si animum illius -iri velimus. ARNOB. nat. 6, 3 p. 216, 11. LACT. inst.

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3, 9, 11 cur non ipsius virtutem providentiam potestatem -iris animo? HIL. trin. 4, 38 p. 124^C laborem . . . tanti itineris -amur (*syn.* recordemur). AVSON. 369, 1 p. 95 P. omnia, quae vario rerum -imur in actu, astrorum dominatus agit. CLAVD. DON. Aen. prooem. p. 2, 17. 6, 455. AMBR. exc. Sat. 2, 124 adolescens annos sibi maioris -itur aetatis. AMBROSIAST. in Rom. 11, 34 consilium eius (*sc. dei*) nec comprehenditur nec -itur. RVFIN. Orig. in iud. 2, 3 p. 476, 20 intra semetipsos -entes affectus suos. CLAVD. 26, 402 *Stilicho* legit . . . precantes auxilio -sus numerum, qui congruus esset. rapt. Pros. 2, 12 Venus . . . raptus -itur corde futuros (*cf. q. s.*). CYPR. GALL. gen. 33 *Adam* postquam . . . formatum . . . vidit *deus*, -itur solum . . . volvere curas (*item pendet acc. c. inf.*: 521. 1168. ENNOD. epist. 4, 6, 1 p. 101, 16 angustiorem fuisse regni sui pompam rerum dominus . . . recte -itus est). COD. Theod. 6, 8, 1 provectionis viri inl(ustris) Macrobii tempora -antur (*cf. p. 886, 14*). CONC.^S I 3 vers. Tur. p. 39, 27 haec ipsa sapiens, haec ipsa -itus (*Rustic.* sentiens. *gr. I 1, 1 p. 99, 26* ταῦτα φρονῶν, ταῦτα μετιών). PETR. CHRYS. serm. 64 p. 379^B SIDON. epist. 9, 2, 2 PAVL. PETRIC. vita Mart. 3, 122. BOETH. herm. sec. 2, 7 p. 151, 27 licet . . . hoc et in subiecta descriptione (*sc. tabella*) -iri. ENNOD. epist. 4, 21, 1 p. 119, 22. 5, 3, 1 p. 126, 6. GREG. M. moral. 16, 3 verba sua. PASS. Mar. Iac. 13 p. 63, 5 quis digna aestimatione possit eius (*sc. dei*) beneficia -iri? *subi. est res*: BOETH. cons. 2, 1, 15 W. rerum exitus prudentia -itur. ENNOD. carm. 1, 8 praef. 4 p. 528, 20 dum infrenis ambitus rusticantis doctrinae terminum non -itur.

β speciatim: i. q. aestimare, habere, ducere: *c.* pro (*aliter p. 886, 59*): PANEG. 12, 7, 6 auspicium victoriae tuae pro consummatione -bantur. *c. dupl. acc.*: SIDON. epist. 3, 2, 1 quam te blandum pueri, comem iuvenes, gravem senes -bantur. *i. q. definire, discribere*: BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 4 p. 10, 22 octo . . . partes orationis per genera, species, differentias propriaque -imur.

3 *reflexive* se -iri (*cf. p. 883, 23. 884, 76*): a *indicatur res, qua se -untur*: *α abl.*: HOR. epist. 1, 7, 98 -iri se quemque suo modulo ac pede verumst (*cf. Otto, Sprichw. p. 221*). VELL. 2, 120, 1 se magnitudine sua, non fiducia hostium -ens. SEN. nat. 4 praef. 15 nec sorte me, sed animo -sus. epist. 124, 24 CVRT. 8, 6, 18. LVCAN. 8, 346 *Parthus* se simul et Romam Pompeio supplice -sus. PLIN. paneg. 88, 3. *β praepp.*: ad: IVV. 6, 358 nec se -itur ad illum, quem dedit haec (*sc. paupertas*) posuitque, modum. in: STAT. Ach. 1, 41 patriā iam se -itur in hasta. VVLG. II Cor. 10, 12 ipsi in nobis nosmet ipsos -entes (*cf. Pelag. ad l. p. 287, 14 S.* non excedimus mensurae nostrae terminos). infra: VELL. 2, 127, 4 virum . . . semper . . . infra aliorum aestimationes se -entem. pro: SEN. dial. 4, 21, 7 non pro fastigio te tuo -iris. *γ participio*: SEN. epist. 43, 1 non est, quod te ad hunc locum respiciens -aris.

b *non indicata re, qua se -untur*: SEN. benef. 2, 16, 1 cum ille . . . se ipse -sus tanti muneris invidiam refugisset. dial. 5, 7, 2 te simul et ea, quae paras quibusque pararis, ipse -ire. QVINT. decl. 321 p. 262, 29. AVG. serm. 286, 3, 2 prompta anima *Petri*, sed nesciens se -iri. ENNOD. epist. 3, 17 p. 84, 23. 9, 1, 3 p. 228, 14. 9, 30, 2 p. 252, 10 qui se tantum in affectionis muniis non -itur.

B *i. q. permetiri, transgredi, transmeare, gradi* (*quae notio orta videtur a notione -endi passibus p. 883, 36. 884, 37 [cf. etiam eandem notionem voc. gr. μετρεῖν]; ita ut lateat notio cum gravitate ambulandi e. g. l. 55. 59 sq. v. etiam s.* emetior *vol. V 2, 480, 81 sqq.*):

1 *intrans.*: PLAVT. Pseud. 1048 quin hinc -imur (metamur *Dousa*) gradibus militariis?

2 *transitive*: a *localiter*: *α de animantibus* (*de deo l. 61* [*sc. fluvio*]): Ⓘ *usu laxiore*: Ⓐ *proprie*: *spatia terrae*: HOR. epod. 4, 7 sacram -ente te viam (*cf. adn. crit.*). LVCAN. 5, 556 instabili gressu -itur littora cornix. 9, 705 *aspis serpens* Nilo . . . tenus -itur harenas (10, 308 *Nile*, -iris h.). SIL. 3, 339 iuga Pyrenes venatibus . . . -iri. STAT. Theb. 5, 577 *serpens* magno tellurem pondere -sus. VLP. dig. 2, 11, 2, 8 terrā iter -iri (*cf. infra l. 69. 81*). IVL. VAL. 2, 27 spatium. *mare sim.*: LVCIL. 996 vir mare -itur magnum (NON. p. 350, 16 -iri est transmeare). VERG. georg. 4, 389 Proteus, . . . qui . . . aequor . . . curru -itur equorum ([*cf. Jahn ad l.*]. CIRIS 395). OV. met. 9, 448 celeri . . . carina Aegaeas -iris aquas. trist. 1, 5, 61 freta. VAL. FL. 5, 475 tot casus, horrenda tot aquas -si. PS. QVINT. decl. 6, 5 p. 115, 8 per horridos fluctus . . . -ens iter (*cf. l. 63*). IVL. VAL. 2, 27 -so alveo. *transfigendo corpus*: SIL. 4, 292 -itur cuspide pectus. Ⓑ *metaph.*: NOT. urb. Const. praef. l. 6 litteris dediti . . . nunc peregrina gentium nunc secreta terrarum curiosius animo peragrante -untur. ARATOR act. 1, 598 *Stephanus* nivei -itus honorem callis ad excelsi pergit fastigia regis. Ⓘ *strictius i. q. experiri (incommoda), perferre* (*cf. l. 68*): LVCAN. 2, 133 Mario . . . -so, hominis quid fata paterent. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 17 p. 688, 24 armorum periculum se primos esse -suros (*gr. aliter*).

β de rebus: Ⓘ *de navi* (*cf. l. 67*): SEN. nat. 6, 26, 1 quantum navis diurno cursu -iri . . . potest. Ⓘ *de stellis*: CIC. Arat. 231 *stellae* malunt errare vagae . . . atque suo vario motu -irier orbes. CATVLL. 34, 18 *Diana* cursu . . . menstruo -ens iter annuum (*sc. zodiacum. cf. p. 888, 2*). APVL. mund. 33^extr. nec diversis et insperatis temporibus observantissimam legem suorum aliquando itinerum (*i. itinera lege fixa*) -untur (*codd., Kroll*: mentiuntur *ci. Volc., Goldb.*, *Thom.*) astra. Plat. 1, 11 p. 94, 15 octavum *ordinem caelestem* -iri lunam. CENS. 8, 4 eum (*sc. zodiacum*) sol annuo spatio -itur.

b *temporaliter*: OV. met. 8, 565 (*latet notio primaria*) iam . . . duas lucis partes Hyperione -so. APVL. met. 8, 10 quoad dies reliquos -atur annus. CYPR. GALL. gen. 1492 *Ioseph* postquam iam centum triverat annos atque decem iuncti -itus tempora leti.

p. p. p. pro adi.: **1 mēnsus,** -a, -um. *i. q. mensurabilis, finitus*: MAR. VICTORIN. adv. Arrium 4, 24 p. 1130^D *deus* interminatus, immensus, sed ceteris; sibi terminatus et -us. PS. MAR. VICTORIN. hymn. 1 p. 1141^A immensus pater est; -us atque immensus filius. 3 p. 1145^A aliis immensus, infinitus *deus est* . . ., tibi (*sc. Christe*) -us, tibi finitus. *n. pro subst.* mēnsum *v. p. 883, 42.*

2 mētītus, -a, -um. *i. q. moderatus*: NOVELL. Iust. 46 pr. quod effusum quidem et immensum est, removentes, quod autem . . . -um, subrogantes (μεμετρημένον).

deriv.: mensio, mensor, mensura. metitor. *comp.*: ad-, circum-, com-, di- (de-), e-, per-, re-, supermetior. immensus. *Brandt.*

metipse, -a, -um. [*ex* egometipse, memetipsum *sim.*, *iuncturis scilicet in lingua vulgari ita explicatis, ut* ego metipse, me metipsum *sim. pronuntiaretur; v. Heraeus, Kl. Schr. 79². Meyer-Lübke, REW nr. 5551. cf.* *metipsimus (*l. 22*). *J. B. H.*] [*prov.* medeis; *cf. it.* medesimo, *francog.* même (*ex* *metipsimus). *M.-L.*] DIDASC. apost. 30, 22 nolite ergo -os (*cod., Connolly*; ⟨vos⟩metipsos *Hauler*) . . . spargere (*cf. Const. apost. 2, 59, 2* μὴ οὖν ἑαυτοὺς . . . σκορπίζετε). 61, 4 sq. -os (*Connolly*, et ipsos *cod., Hauler*; ⟨vosm⟩etipsos *Corssen*) nolite conligare et a d(omino) . . . relevati -os (*cod., Connolly*, ⟨vos⟩metipsos *Hauler*) nolite onerare. *cf. Tidner, Komm. 282. Löfstedt, Synt. II 198.* *R.*

(mensuram . . . dicimus, non **mētītiōnem** DIOM. gramm. I 378, 11.)

mētītor, -ōris *m.* *a* metiri. [*sard.* medidore, *hisp.* medidor. *M.-L.*] *i. q. mensor, metator*: FRONTIN. aq. 79 dantur nomine Appiae extra urbem quinariae tantummodo v, quoniam⌊ humilior oritur; et a -bus⌋ (*Dederich*; humiliorturetia -bus *trad.*; meatoribus *falso legit Herschel*) reliquae quinariae . . . intra urbem dividebantur. COSMOGR. 1, 47 (geogr. p. 89) fluvius Bagrada . . . cur a -bus inter fluvios nominatus non sit, ignoramus.

mētītus, -a, -um *v. s.* metior (*l. 13*). *Brandt.*

1.ª meto, -ssuī, -ssum, -ere. [*cf. c. hibern.* methel '*caterva messorum*', *cambr.* anter-metelic '*semiputata*' *et c. gr.* ἄμη '*falx*', ἀμάω '*meto*', ἄμητος '*messis*', *theod. vet.* māen '*metere*', mād '*messis*'. *J. B. H.*] *de formis* (*pro exemplo flexionis stirp. praes. utitur* VARRO ling. 9, 89. 10, 31): *perf.* (*cf. Neue-W. III³ 409*): *perf. deficere docent* (*cf. et l. 47*): DOSITH. gramm. VII 407, 12 (*in schemate flexionis*) -o, messem feci (CHAR. gramm. p. 329, 8 B. PHOC. gramm. V 436, 23. *cf. et l. 49. in usu v. p. 856, 51*). DIOM. gramm. I 379, 16 *inter* verba, quae tempore perfecto deficiunt (*cf.* EXPLAN. in Don. gramm. IV 557, 6). *formam* -ui *agnoscunt*: CHAR. gramm. p. 318, 12 B. -o -is -ui θερίζω. DIOM. gramm. I 367, 26 (*ex Probo*) -o -ui, quod quidam exterminant. SERV. georg. 4, 54 Aen. 11, 68 MART. CAP. 3, 319. PRISC. gramm. II 419, 9 -o . . . quidam -ui, quidam messem feci, sed usus vetustissimorum -ui comprobat. 537, 6. -ui *habent* PAVL. FEST. p. 319, 2 PANEG. 3, 22, 1. 2 HIL. in psalm. 118 aleph 1 p. 359, 12. *saepius inde ab* HIER. *perf.* -ti: LEX Sal. 27, 5 -erit. *depon. perf.* -ssus sum (*de* PROB. inst. gramm. IV 187, 16 *v. p. 891, 80*): IREN. 4, 25, 3 (*v. p. 889, 75*). *p. p. p.* -ssus (*cf.* PRISC. gramm. II 537, 23. 571, 17) *inde a* VARRONE, VERG. -itum: ITALA *v. p. 889, 15.* SCHOL. Iuv. 14, 149. *?* mensum: ITALA IV Esdr. 4, 29 (*φ*, -ssum *ψ et A²*). NOT. Tir. 72, 87 -it. *de notione*: SERV. georg. 4, 54 -unt . . . secant (CLAVD. DON. Aen. 10, 510 p. 358, 20 -ere dicimus secare falcibus segetem. GLOSS.^L III Abstr. ME 26 -ssum secatum. Abol. ME 32 -ssa [*Linds. pro* messata] secta, incisa. *al. cf. p. 855, 83*). GLOSS. θερίζω (*cf. etiam l. 46*) καὶ ἀμῶ. *ubi nihil adnotatur, gr. respondet* θερίζω. *legitur inde a* PLAVTO, CATONE. [*it.* mietere, *prov.* meire. *M.-L.*] [*ex coni.* (*cf. p. 889, 7. 890, 21. 42*): GERM. frg. 4, 152 *pro* tendenti. *falso trad.*: COLVM. 2, 7, 2 *pro* iaciamus (*Lundstr.*). FVLG. myth. 1 praef. p. 6, 16 *v. p. 893, 41.*]

I *sensu* **strictiore** *i. q. desecare, decerpere, demere colligendi, condendi, fruendi causa* (*in fig. etym.*: *p. 889, 9. 60. c. dat. comm.*: *p. 889, 17. 37. c. dupl. acc.?*: *p. 889, 29. c.* de: *p. 889, 6. 70. 81*): **A** *proprie*: **1** *de hominibus* (*de re pro homine*: *l. 73. al.*): a *c. obi.*: *α frumenta sim. secando, fruges carpendo*: PLAVT. Poen. 1020 (*interpol.?*) ut hortum fodiat atque ut frumentum -at (VARRO rust. 1, 37, 1 quae -as *senescente luna* ut f. et caeduas silvas. HOR. sat. 2, 3, 87 frumenti quantum -it Africa [*cf.* SIDON. carm. 22, 171]. *al.* [*v. vol. VI 1421, 71*]). CARM. Macr. Sat. 5, 20, 18 hiberno pulvere, verno luto grandia farra . . . -es (VARRO rust. 1, 69, 1. OV. fast. 2, 519 *opp.* iaciebant, *syn.* resecta). CATO orig. 57 hordeum (*v. vol. VI 2967, 72*). VARRO rust. 1, 2, 6 illic . . . quemadmodum quicquam seri aut alescere aut -i possit? 1, 6, 3 nec non susum quam deorsum tardius seruntur ac -untur. 1, 39, 2. 1, 50, 3 spicas (PAVL. FEST. p. 319, 2. VVLG. deut. 23, 25 falce). VERG. Aen. 4, 513 falcibus . . . -ssae (messe *FM*, *cf. falsam interpret. Claudi Don. 12, 410 p. 602, 5*) ad lunam . . . herbae (*cf.* OV. epist. 6, 84 cantatā pabula f. -it. *v. etiam l. 79 et p. 889, 63*). DIRAE 73 -at . . . iuncos, spicas ubi legimus olim. TIB. 3, 8, 17 FEST. p. 234, 23. SEN. Oed. 783 decima iam -itur seges ([*i. decimus annus iam praeteriit*]. GELL. 2, 29, 8 VVLG.

[*Lambertz*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lev. 19, 9. *al. v. etiam l. 73 et p. 890, 46*). epist. 86, 16 eodem die vidi fabam -entes, milium serentes (COLVM. 2, 12, 2 PLIN. nat. 18, 257). COLVM. 2,12, 2 sqq. *tot modii* -untur una *opera* (*cf. et l. 24*). 10, 426 -imus laeti tua munera, ... Iacche (*cf.* PLIN. nat. 14, 36 *uvam* [AVR. Fronto p. 69, 19 N. u. -endis operam dedimus. TERT. anim. 21, 4 p. 334, 17 nemo de spinis -at ficus et de tribulis u.]. 17, 185 maior ... pars terrarum ita supinam in tellure vindemiam -it [metuit *codd.*]). CALP. ecl. 2, 74 holus. 3, 82 occidua ferales nocte lupinos. PLIN. nat. 12, 50. 89. 17, 94 Baetica ... uberrimas messes inter oleas -it (LEX Sal. 27, 5. *cf. p. 859, 32*). 18, 56 fruges (HIER. in Ezech. 40, 17 sqq. p. 384A centesimam f. MART. CAP. 6, 694 bis ... f. -it *India. cf.* SVLP. SEV. chron. 1, 18, 9 fructus [*v. etiam l. 66*]). 18, 69 triticum (18, 298. *al.*). 19, 6 -itur (*'an nectitur?' Mayh.*) ..., quod ventos in mari optet (*sc. linum*). *al.* HOMER. 886 maturas ... -it robustus messor aristas. ITALA iud. 15, 5 (Ps. Aug. spec. 136 p. 686, 4) succendit ⌊spica eorum et quae -ita erant⌋ (⌊⌋ *S*, eas quae triturae erant *cett.* [*LXX* τὰ προτεθερισμένα, *Vulg. aliter*]). HEGES. 5, 15, 1 p. 321, 4 arat Aegyptius Romanis, serit de suo quod illis -at. VVLG. lev. 25, 5 quae sponte gignit humus, non -es (*cf.* 25, 11 *et infra l. 31*). *al.* CAEL. AVR. chron. 1, 1, 25 olivas ex viridi novitate -ssas. *al.* *notabiliora*: PLIN. nat. 12, 54. 58 *tus.* PALLAD. 7, 7, 1 non esse idoneas ad -endum *mel* crates favorum. *silvas: v. p. 788, 72.*

β agros sim.: PROP. 4, 10, 30 in vestris ossibus arva -unt. GRATT. 314 dum ... nardiferum ... -unt Gangen (*i. Indiam*). COLVM. 2, 12, 6 iugerum agri eius ... -it unus. VAL. FL. 7, 367 famulae *Medeae* ..., quae ... iuga feta -it. VVLG. Iac. 5, 4 merces operariorum, qui -uerunt (τῶν ἀμησάντων) regiones vestras. apoc. 14, 16 (*in allegoria*) -ssa (demessa *Clement.*) est terra. VITAE patr. 5, 17, 20 locum, quem -ssuri eramus. *metonymice fere i. q. incolere*: SIL. 8, 565 qui Batulum Nucrasque -unt.

γ c. dupl acc.?: AVG. quaest. hept. 3, 89 p. 308, 26 quae ab se surgunt (*cf. l. 18*) agrum tuum (*cf. Löfstedt, Synt. I² 250*, ⟨ab⟩ agro tuo *Zycha; LXX lev. 25, 5* τὰ αὐτόματα ἀναβαίνοντα τοῦ ἀγροῦ σου) non -es.

b *abs.*: VARRO ling. 8, 57 lassus sum -endo. rust. 1, 50, 2. 3 cum est matura seges, -endum. CAES. Gall. 4, 32, 5 in -endo occupatos. VERG. georg. 2, 410 primus humum fodito ..., postremus -ito. ELEG. in Maecen. 1, 95 victus aret victusque -at. LIV. 42, 65, 2 passim vagantis per agros Romanos -ere. SEN. epist. 9, 7 quod interest inter -entem agricolam et serentem. 60, 2 quamdiu nobis populus -et? COLVM. 2, 20, 2 -endi genera. PLIN. nat. 4, 90 *Hyperboreos* serere matutinis, meridie -ere. 18, 341 GELL. 2, 29, 8. 11. MIN. FEL. 17, 6 arandi -endique tempus (ITALA cant. 2, 12 [Greg. Ilib. RevBén. 28, 1911, 17] t. -endi [τομῆς, *Vulg.* putationis] advenit. *cf.* VVLG. apoc. 14, 15 [*in alleg.*] venit hora ut -atur). PANEG. 3, 22, 1. 11, 15, 4 -endo et vindemiando deficimus. VVLG. gen. 45, 6 *opp.* arari. IV reg. 19, 29 seminate et -ite (Is. 37, 30. *cf.* Mich. 6, 15). *al.* RVFIN. hist. mon. 18 p. 440C. VITAE patr. 5, 14, 14 pergens ad -endum (*gr. Nau 1909 p. 376 n. 291* εἰς τὸ θέρος. *v. etiam p. 856, 83*). GREG. TVR. vit. patr. 10, 1 p. 706, 21 -at super examen vesparum (*seq.*: messem ... expediit). *al.*

2 *de bestiis i. q. depasci, consumere* (*aliter* VVLG. Matth. 6, 26. Luc. 12, 14 *corvi* non seminant neque -unt): OV. am. 3, 10, 40 ferus in silva farra -bat aper (met. 8, 291 matura -it fleturi vota coloni). STAT. Theb. 10, 319 gramen gentile -entes ... equos. CYPR. GALL. exod. 895 -unt *iuvenci* consumpto palmite vites (*Vulg. exod. 22, 5* depascatur). *de apibus* (*cf. p. 890, 11*): VERG. georg. 4, 54 purpureos ... -unt flores.

B *in imag. et transl.*: **1** *i. q. fructum percipere, aliquid sibi parare* (*crebro in eloc. proverbialibus [cf. Otto, Sprichw. s. v.]. plerumque imag. aliquatenus servata [saepe opp. serere, seminare]. imag. fere detersa: p. 890, 6. 10*): PLAVT. Epid. 265 mihi istic nec seritur nec -itur (*cf.* Merc. 71 tibi aras ..., tibi idem -is. Most. 799 sibi quisque ruri -it). 718 pro bene factis cum mali messim -as (Trin. 32 *morum malorum* licet iam -ere m. maxumam. CYPR. epist. 55, 28 p. 646, 19). CIC. de orat. 2, 261 ut sementem feceris, ita -es. OV. ars 2, 322 sere, quod plena postmodo falce -as. TERT. pudic. 3, 5 p. 225, 10 si pacem hic non -it, apud dominum seminat. resurr. 56 p. 116, 4 ut eadem anima, quae in hac carne ... spem salutis seminavit, in alia ... -at (metuat *P*) fructum (fug. 12, 8. PANEG. 3, 22, 2 f. annorum multiplices. 5, 10, 4 meritorum. HIL. in Matth. 10, 2 erat *spiritus sancti* ... copiosissimus f., sed nondum -ssus [missus, messis *vv. ll.*]. HIER. epist. 52, 3, 5 studiorum. 64, 20, 6 vitae aeternae. tract. in psalm. I p. 6, 26 ut f. accipiat, f. -at de scripturis sanctis. RVFIN. Basil. hom. 3, 5 pecuniae. PRVD. cath. 4, 93 domino [*cf. p. 861, 63*]. *cf.* CYPR. epist. 37, 2 p. 577, 19 qui gloriam seminastis, frugem gloriae -itis). adv. Marc. 1, 29 p. 331, 22 (*cf.* VVLG. Gal. 6, 8) is -et (*antea*: colliget) segetem (IVVENC. 4, 242), qui seminavit (IREN. 4, 25, 3 duo testamenta, in quibus alii ... seminaverunt, alii vero -ssi sunt [*cf.* VVLG. Ioh. 4, 37. *sim.*: Matth. 25, 24 -is, ubi non seminasti (*syn.* congregas. Luc. 19, 21 tollis). *al.*]. CYPR. eleem. 24 p. 393, 3. VVLG. psalm. 125, 5 qui s. in lacrimis, in exultatione -ent [*cf. p. 890, 8*]. Os. 10, 12 s. vobis in iustitia et -ite in ore misericordiae. Ioh. 4, 35. I Cor. 9, 11 carnalia vestra -amus [*opp.* vobis spiritualia seminavimus]. II Cor. 9, 6 qui parce s., parce et -et et qui s. in benedictionibus, de benedictionibus et -et. Gal. 6, 8 qui s. in carne sua, de carne et -et corruptionem *eqs. al.* AVG. civ. 6, 6 p. 256, 11 D. illa *theologia* ... de diis turpia fingendo s., haec favendo -it; illa mendacia spargit, haec colligit. *v. et l. 58. 62. 65*). COMM. instr. 1, 25, 7 matura iam messis ...: ecce modo -e. HIL. in psalm. 118 aleph 1 p. 359, 12. 125, 11 p. 612, 24 sata sua uno quoque -ssuro. AMBR. Hel. 19, 72 in aqua labores suos seminant, ut pericula -ant (*cf.* VVLG. Iob 4, 8 seminant dolores et -unt eos. prov. 22, 8 mala [Sirach 7, 3]. Os. 8, 7 ventum seminabunt et turbinem -ent. 10, 13 arastis impietatem, iniquitatem -uistis. VAL. CEM. hom. 9, 1 lacrimas. *v. etiam p. 869, 60. 82*). HIER. in Gal. 6, 9 p. 432A opera, quae vel in spiritu vel in carne -amus (VVLG. Gal. 6, 9 tempore ... suo -emus). PAVL. NOL. carm. 31, 452 lacrimis gaudia (*cf.* VAL. CEM. hom. 15, 3 *et p. 889, 77*). VEN. FORT. carm. 1, 9, 24 talibus officiis praemia iusta -et. *al.*

2 *i. q. colligere* (*cf. et l. 16. 32*): HIER. epist. 82, 1 more apum (*cf. p. 889, 53*) ... quidquid dulce ... fuit, artifici eloquio -uisti. AVG. serm. 281, 1, 1 *Christus feminas sanctas* ut -ret, fortitudine implevit.

II *sensu* **latiore** *praevalet aut sola respicitur notio secandi, tollendi*: **A** *i. q. desecare, abscindere* (*c. dat. l. 24*): **1** *proprie*: **a** *flores i. q. carpere* (*accedit notio colligendi: l. 19*): OV. fast. 2, 706 virgā lilia summa -it (*seq.*: decussa ... lilia). MART. 10, 93, 5 ut rosa delectat -itur quae pollice primo. PRVD. perist. 3, 202 carpite purpureas violas sanguineosque crocos -ite! CLAVD. rapt. Pros. 2, 132 germina veris. **b** *barbam, capillos i. q. tondere* (*cf.* GLOSS.L I Ansil. ME 513 -ssas [messes *cod.*] quasi tonsas; de ovibus dictum): MART. 7, 95, 12 barba, qualem forficibus -it supinis tonsor *haedo* (IVV. 3, 186 [SCHOL.: tondet]. SERV. ecl. 1, 28 [*ad* tondenti]). HIER. epist. 147, 6, 2 crinem ..., quem Christo -uerat *virgo*. DRAC. Romul. 5, 148 comam. **c** *virilia i. q. castrare, circumcidere*: LACT. inst. 5, 9, 17 qui virilia sua ferro -ant. PRVD. perist. 10, 1006 hic -enda dedicat genitalia numen reciso mitigans ab inguine. RVT. NAM. 1, 388 genti *Iudaeorum*, quae genitale caput propudiosa -it. *huc spectat*: TERT. adv. Marc. 5, 13 p. 620, 24 eius erit spiritus circumcidens cor, cuius et littera -ens carnem.

2 *in imag.*: CIC. carm. frg. 41, 6 B. vita omnibus -enda ut fruges (*Eurip. frg. 757* βίον θερίζειν). HOR. epist. 2, 2, 178 (*fort. pertinet etiam ad I B 2*) si -it Orcus grandia cum parvis (PORPH.: amputat; et est translatio a segete ac messoribus). MACR. Sat. 1, 8, 9 falcem *Saturno* ... attributam, quod tempus omnia -at et exsecet et incidat.

B *i. q. caedere, percutere, prosternere*: **1** *animantia* (*plerumque in pugna*): VERG. Aen. 10, 512 proxima quaeque -it gladio (SEN. Phoen. 563 quae corripi igne, quae -i g. iubes. BVC. Eins. 2, 27 nec g. -imus. HOMER. 485 terga -it g. *cf.* LACT. inst. 7, 15, 11 gladius ... -ens omnia et tamquam messem cuncta prosternens [HIER. epist. 14, 2, 1]. *sim.*: SIL. 10, 146 Vesulum ... ense -it *Hannibal*). HOR. carm. 4, 14, 31 primosque et extremos -endo. ELEG. in Maecen. 1, 83 cum ... renascentem -ret (*Struchtmeyer*, terret *codd.*, tereret *vulgo*) ... hydram (GERM. 543 -ret cum ... h. Alcides). VAL. FL. 3, 671 agmina ferro ... -am (SIL. 4, 462. 13, 218. 17, 146 *syn.* prostratis opibus). SIL. 14, 134 gregem -ite imbellem ac succidite ferro. 16, 615 hanc segetem (*sc. Hannibalis exercitum*) -e. STAT. Theb. 7, 713 comminus hunc stantem -it, hunc a poplite sectum. 9, 224 ferro colla (CORIPP. Ioh. 4, 753 Partsch [= 5, 109 Petsch.]). TERT. apol. 50, 13 plures efficimur, quotiens -imur a vobis. ANTH. 102, 4 quamvis mater *Medea* ... pignora cara -at. IVL. VAL. 2, 28 -endis Persicis militibus (LACT. mort. pers. 47, 2 tanta vis militum a paucis -batur [*syn.* caedebatur]). HIER. in Os. 6, 11 p. 872A. CLAVD. 8, 466 -itur pellita iuventus. 20, 146 quid stringere falcem *moraris*, qua populos ... -as?

2 *res*: *i. q. dissecare, disicere*: STAT. Theb. 1, 633 Mors fila Sororum ense -it. *i. q. delere, consumere* (*cf. p. 889, 48*): SEN. Phoen. 341 frugem ... flamma -ite natalis soli. PRVD. perist. 3, 104 respice gaudia quanta -as (*cf. Lavarenne nr. 1490*).

part. praes. pro subst. **metēns**, -entis *m.* (*fere plur.*). *i. q. messor*: LIV. 22, 1, 10 (*inde* VAL. MAX. 1, 6, 5) Antii -bus cruentas in corbem spicas cecidisse (*sim.* 28, 11, 2). PLIN. nat. 18, 133 ne *lupinus* -es fugiat exiliendo. TERT. ieiun. 9 p. 285, 11 prandium -ium. VVLG. Ruth 2, 2. 3 post terga -ium (Ier. 9, 22 -is). *in comparatione*: OROS. hist. 6, 17, 5.

deriv.: messicius(?). messivus. messio. messis. messo. messor. messorius(?). messuarius. messura.

compos.: e-, de-, per-, praemeto. *Lambertz.*

2. mēto *v. s.* metor.

metochē *f.*, μετοχή. [*falso trad.*: VITR. 3, 5, 11 *v. p. 891, 44.*] *t. t. gramm. i. q. participium* (CHAR. gramm. p. 470, 9 B. participium -ή. GRAMM. suppl. 63, 13. 213, 39): AVSON. 395, 7 p. 154 P. vale ... Theon, -e (*Auratus*, metodus *V*) set ista saepe currentem indicat.

metodicus *sim. v. s.* meth-.

metoecus (metȳcus: *l. 77. 78. 79*), -ī *m.*, μέτοικος. *i. q. accola, inquilinus, peregrinus, qui in aliena civitate sedem collocavit*: COD. Iust. 10, 1, 4 (*imp. Diocl.*) certa forma super -is (*edd.*, met(r)oicis, metrocis *codd.*) lata est, qui iussu principis in aliam civitatem translati sunt. PANEG. 5, 4, 4 pater tuus civitatem Aeduorum voluit iacentem erigere ... -ycis (*M*, metoec- *Rhenanus*) undique transferundis. LIB. col. I grom. p. 234, 19 ager eius *oppidi* militi -yco (*P*, mendicio *A*, modico *E*) est adsignatus (p. 238, 8 -icis *A*, metricis *E*).

metōnymia, -ae *f.*, μετωνυμία. *saepe scrib.* -nim-, *interdum* -nom- (SCHOL. Hor. *et* Stat., ADNOT. Lucan., GLOSS.) *vel* -num- (*p. 891, 1*). *litt. gr.*: *p. 891, 1. 11. 21. 25. 27.* *acc.* -an: *p. 891, 1. 3.*

t. t. gramm. i. q. denominatio, verbi pro verbo positio (*cf. Ernesti, Lex. rhet. lat. s. v.*): **a** *definitiones*: CIC. orat. 93 hanc *tralationem* [R.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*ut in Enn. ann. 310 trag. 88*) ὑπαλλαγὴν rhetores, . . . -αν (metunumian *A*) grammatici vocant, quod nomina transferuntur (*cf.* Mart. Cap. 5, 512 hunc tropum [*ut in Verg. Aen. 1, 115 Cic. Catil. 1, 19*] -an g. memorarunt). Fest. p. 153, 21 -a est tropos, cum ab eo, quod continet, significatur id, quod continetur, aut superior ⟨r⟩es (superiores *aut* superiore *F*) inferiore et inferior superiore (*affert exempla ex Enn. ann. 310. 487 Com. pall. inc. 64*). Qvint. inst. 8, 6, 23 nec procul ab hoc genere (*sc. metaphora*) discedit -a, quae est nominis pro nomine positio ⌊cuius vis est pro eo, quod dicitur, causam, propter quam dicitur, ponere⌋ (⌊ ⌋ *secl. Spalding, Radermacher*). 9, 1, 5 in tropis ponuntur verba alia pro aliis ut in μεταφορᾷ, -ᾳ *eqs.* Sacerd. gramm. VI 467, 7 (*in cap.* de tropis) -a est oratio ab aliqua propria significatione ad propriam proximitatis interpretationem descendens. haec fit modis sex *eqs.* (*cf.* Char. gramm. p. 359, 27 B. Diom. gramm. I 458, 13 Isid. orig. 1, 37, 8). Don. gramm. IV 399, 15. 400, 7 -a est [dictio] quaedam velut transnominatio *eqs.* (Cassiod. in psalm. 2, 4 p. 37C haec figura graece dicitur -a, latine t., quoties intellectum rei . . . verbis alienis ac translaticiis indicamus. 104, 38. *cf.* 65, 1 -a id est transmutatio). Pomp. gramm. V 307, 1 -a est quaedam denominatio *eqs.* Gloss.

b *exempla* (*cf. l. 1. 3. 6*): Porph. Hor. carm. 1, 20, 10 ⟨uva⟩ pro vino -ᾳ τρόπῳ dicitur (epist. 1, 18, 105 tropus -a [2, 1, 189 Serv. Aen. 1, 1 p. 5, 15 Comment. Lucan. 1, 219]). epist. 1, 16, 18 est figura per -am (Schol. Hor. carm. saec. 21 tropus p. -am). 1, 19, 13 -a: ⌊id quod fit pro eo qui facit⌋ (⌊ ⌋ *del. Petsch.*). Don. Ter. Eun. 732 vide tres -ας. Serv. auct. Aen. 1, 177 Cererem -a (-mina *C*) pro frumento (*cf.* 10, 365). 3, 138. Schol. Verg. Veron. Aen. 1, 1 p. 414, 8 arma . . . hic per -αν bellum intellegemus (Adnot. Lucan. 6, 270 dictum [Ps. Hil. Arel. in epist. canon. p. 208 a 25 -nom-]. Evgraph. Ter. Andr. 565 p. 198, 39. *cf. etiam l. 23*). Schol. Hor. sat. 2, 3, 83 Comment. Lucan. 1, 695 Schol. Stat. Theb. 1, 509.

metōnymicōs *adv.*, μετωνυμικῶς. *litt. gr.: l. 35. 39. i. q. per denominationem, translative*: Porph. Hor. carm. 3, 12, 4 'qualum' -s pro lanificio dixit (epist. 1, 18, 10 sq. Schol. Verg. Bern. georg. 1, 414 [-tanim-]. Schol. Hor. carm. 3, 12, 4 [-nim- *aut* -nom- *codd.*]. Comment. Lucan. 3, 97 [*cf.* 3, 76 -ς (*B*, -nim- *C*) locutus est]. Schol. Stat. Theb. 1, 147 [-nim- *aut* -nom- *codd.*]). epod. 13, 16 -s mare intellegamus. epist. 2, 1, 193 -s Corinthus pro vasis Corinthiis (Comment. Lucan. 1, 19. *cf. l. 33. 41*). Schol. Verg. Bern. georg. 3, 345. Schol. Hor. epod. 1, 14 (*om. A V, Keller*). Comment. Lucan. 1, 695. 3, 143 (-ς *B*, -nim- *C*). 4, 50 (-nim- *C*). 9, 432. 616. 863. Gloss.[L] IV dub. Plac. P 14 Pomona . . . interdum pro ubertate pomorum -s ponitur.

' **metopa**, -ae *f.*, μετόπη. *ubique fere scrib.* -oph-. *t. t. archit. i. q. intersectio (cf. l. 44), intertignium (cf. l. 47), pars denticuli aut zophori (cf. l. 46)*: Vitr. 3, 5, 11 intersectio, quae graece -η (metoc(h)e *codd.*) dicitur, sic est dividenda, uti *eqs.* 4, 2, 2 *loco contextus minus certi.* 4, 2, 4 utraque . . . et inter denticulos et inter triglyphos quae sunt intervalla -ae nominantur. *ibid.* quod inter duas opas est intertignium, id -η (-pha *GH*) est apud eos (*sc. Graecos*) nominatum. 4, 3, 2. 4 triglyphi cum suis -is. 4, 3, 5 sqq. *R.*

metōpium, -ī *n. et* metōpion, -ī *n.*, μετώπιον. *scripturas depravatas v. l. 55. 57. unguenti genus, quod fit ex oleo amygdalis amaris expresso adiectis aliis speciebus (cf.* neopum): Plin. nat. 12, 123 si -o vitiata est *gutta balsami*. 13, 5. 8 -um (*ci. Dalec.; an* -on?; -o *trad.*). oleum hoc est amygdalis amaris expressum in Aegypto *eqs.* (*cf. Diosc. 1, 59*). Diosc. 1, 18 miscetur ei (*sc. opobalsamo*) . . . metapiu (*gr. 1, 19, 2* μετώπιον). 1, 35 amigdalinu, quod multi -um dicunt, conficitur sic *eqs.* (*gr. 1, 33, 1.* Gloss. III 569, 55 -on: oleum a.). 1, 64 menpiu (*gr. 1, 59, 1* μετώπιον). 1, 65 virtus est illi (*sc. oleo Mendesio*) similis -o (*gr. 1, 59, 3* τῷ μετωπίῳ).

1. metōpon, -ī *n.*, μέτωπον. *i. q. frons. v. s.* Criu -on (*Onom. II 727, 79 sqq.*).

2. metōpon, -ī *n. et, quod videtur inde depravatum esse*, **melōpos**, -ī *f.*, μέτωπον (*cf. l. 71*). *nomen fruticis, q. e. 'Ferula rubricaulis Boiss., F. galbaniflua Boiss. et Buhse, Peucedanum galbanifluum Baill.' (cf. Berendes, Diosk. Arzneimittell. p. 322)*: Plin. nat. 12, 107 iuxta quod (*sc. Hammonis oraculum*) gignitur *hammoniaci lacrima* arbore, quam -on (-ona *var. l.*) appellant (*cf. q. s. et Diosc. 3, 83, 1* [*v. infra l. 71*]). Sol. 27, 47 arbor est melopos nomine, ex qua profluit lentus umor *eqs.* (*inde* Isid. orig. 17, 7, 13 melopos arbor in Africa Punica lingua vocata, ex qua *eqs.*). Diosc. 3, 93 galbanu lacrimus est ferulae, nascens in Syria, multi -on vocant (*gr. 3, 83, 1* μέτωπον [μετώπιον *trad., cf. 1, 59, 1 ubi* μέτωπον *un. cod.*, μετόπιον *rell.*]).

metōposcopus, -ī *m.*, μετωποσκόπος. *is, qui hominis sortem e frontis eius aspectu vaticinatur*: Plin. nat. 35, 88 quendam ex facie hominum divinantem, quos -os vocant, ex iis (*sc. imaginibus*) dixisse aut futurae mortis annos aut praeteritae. Svet. Tit. 2 -um . . ., ut Britannicum inspiceret, . . . affirmasse *eqs.* *Brandt.*

1. [M]mētor, -ātus sum, -ārī *et* **mēto**, -āvī, -ātum, -āre. *a* meta. *de originatione cf. p. 894, 18. de genere*: Prob. inst. gramm. IV 187, 16 (*inter neutropassiva*) audeo, gaudeo, soleo, -o, fido. Prisc. gramm. II 379, 11 -or (*inter communia*) tam activa quam passiva significatione. 396, 13 ancipiti terminatione in una eademque significatione . . . antiqui ut . . . -o et -or. *vi pass.: stirp. praes. (gerundiv.: inde a* Sen. benef. 7, 3, 2): *inf.* (*cf.* dimetari *vol. V 1, 1195, 69*): Caes. civ. 3, 13, 3 Liv. 44, 7, 2 ? Pavl. Fest. p. 123, 13 Schol. Hor. carm. 2, 15, 15. *ind.*: Sen. Thy. 462 (*v. l. 74*). Comment. Lucan. 5, 374 (*v. l. 33*). *fut.*: Vvlg. num. 34, 10. *stirp. perf.: part.*: Hirt. Gall. 8, 15, 2 Hor. sat. 2, 2, 114 carm. 2, 15, 15 Liv. 44, 37, 1 Ivl. Val. 1, 27 *bis.* Avson. Mos. 9 Amm. 27, 2, 5. 28, 4, 19 (*v. infra l. 16*). 31, 9, 1 *et v. l. 34. 62. 63.* Pavl. Nol. carm. 21, 481. 28, 88 Cypr. Gall. gen. 545 lev. 34 *et v. l. 65. p. 893, 11.* Mart. Cap. 1, 27 Sidon. carm. 2, 274. *cf. p. p. p. pro subst.* -ātum: *p. 893, 82 sqq. formae act.: stirp. praes.: inf.? v. l. 69. ind. (cf. p. 891, 80. 83. 893, 48): impf.*: Cvlex 174 Iord. Rom. 294. *stirp. perf.*: Iord. Rom. 309 Greg. Tvr. vit. patr. 5, 2 (*v. infra l. 42*). *e verbi dep. formis rarioribus nota imper.* -are: Avson. Mos. 419. *de notione (cf. l. 22. 26. 30. 31. 69. p. 893, 47. 74)*: Char. gramm. p. 465, 13 B. -or μετρῶ, -tus sum. *de diff. q. e. inter* -or *et* metior: Diom. gramm. I 378, 8 *v. p. 883, 37.* Serv. georg. 2, 274. *inde a* Coel. hist., Caes. [*e coni.: l. 33. p. 893, 70: in l. corr.*: Amm. 28, 4, 19 digitis ut (et *V*) -tis abit (ue id *V*). *v. app. crit. inc. ad* -ari *an ad* metiri (*cf. et l. 74. 83. p. 893, 16. 24. 38. 41*): Lvcan. 6, 32 (*antea*: ut . . . hostem cingeret . . . aggere) -atur (metitur *al.*) terras oculis *eqs.* Stat. silv. 5, 2, 43 metiri (-ari *Itali et vulg.*) Bolanus agros *sc. castris.*]

I ***sensu primario*** *i. q. vel adhibito instrumentorum (metae, perticae, al.) auxilio vel mero animi (infra l. 79), oculorum iudicio actui dimetiendi operam dare* (Gloss. χωρομετρῶ): **A** *de agrimensorum sim. opera (passim add. ubi [infra l. 37. 41 sqq. al.], quo modo [infra l. 34. 39. 62. 63. al.])*: **1** *in castris praeparandis, limitandis, locandis (obi.* vallum *infra l. 63*; spatium *infra l. 66*): **a** *sensu strictiore*: Pavl. Fest. p. 123, 13 *v. vol. III 549, 36.* Veg. mil. 3, 8 p. 82, 10 in -andis c. . . . locum bonum legere *eqs.*, . . . ita . . . ab agrimensoribus podismum mensurae colligi oportet, ut *eqs.* **b** *sensu latiore de imperatoris opera castra locantis, constituentis* (Schol. Verg. Veron. georg. 2, 274 verbum de c. locandis [Schol. Hor. carm. 2, 15, 15. Gloss.[L] III Abstr. ME 33 -ari constituere vel locare]. Comment. Lucan. 5, 374 certo itinere confecto cotidie c. -antur [*Usener*, mut- *codd.*]. *inter negotia imperatoria*: Paneg. 2, 10, 3 c. -ari. Amm. 25, 11, 11 salubriter et caute c. -ta): **α** *sensu activo*: Coel. hist. 41 *v. vol. III 549, 37.* Sall. Iug. 106, 5 Sulla . . . ortu solis c. -batur (*sic de imperatore* [*cf. l. 33*]: Liv. 27, 48, 2 cum c. -ari Poenus in tumulo super fluminis ripam vellet. 35, 14, 9 c. -ari primum docuisse Pyrrhum [Amm. 24, 1, 3 P. . . . c. -andi scientissimus]. 36, 10, 12 c. -tus latius quam pro copiis. Plin. nat. 18, 32 *C. Marii* peritia c. -andi. Frontin. strat. 2, 3, 9 Tac. ann. 1, 63, 5. 2, 8, 4. 13, 41, 1 Flor. epit. 2, 6, 36. 50 aput Metaurum. *al.* Greg. Tvr. vit. patr. 5, 2 p. 678, 20 in . . . vici prata c. -asset). Liv. 21, 48, 6 Romanos -antis c. (29, 28, 1 in . . . tumulis. 34, 28, 3. *cf.* Cypr. Gall. iud. 369. *abs. [l. 51. p. 893, 80] obi. facile supplendo aliter*: Liv. 37, 38, 6 R. . . . posuerunt c.; -antibus et muniendo occupatis *eqs.*). 44, 7, 2? (*v. l. 59*). 44, 36, 6 -rentur *primi ordines* frontem castrorum. Cvrt. 3, 8, 19 -ari suos c. Itin. Alex. 35 praemissos c. -tum. Itin. Anton. Plac. rec. A 41 c. -ti sunt. Vvlg. num. 1, 52 *v. vol. III 549, 45.* III reg. 20, 27 contra eos. Marcell. chron. II p. 98, 512, 4 Iord. Rom. 309. *inde ab* Hier., *ut videtur (sed cf. supra l. 47. 48), uno verbo* castramētor, *v. vol. III 543, 63 sqq., ubi add.*: Iord. Get. 26. 292. *abs. (cf. p. 893, 80) i. q. castra ponere, habere; considere*: Itala I Macc. 3, 42 rec. B exercitus -batur (*gr.* παρεμβάλλουσιν, *Vulg.* adplicabat) in finibus eorum. 11, 67 rec. B exercitus . . . -ti sunt (*gr.* παρενέβαλον, *Vulg.* adplicuerunt) apud *eqs.* Vvlg. num. 1, 50 per gyrum tabernaculi -buntur *sc. levitae.* 3, 23 post tabernaculum -buntur ad occidentem. III Esdr. 8, 43 -ti fuimus (*gr.* παρενεβάλομεν) illuc triduo. **β** *pass. (v. etiam l. 27. 33. 34)*: Caes. civ. 3, 13, 3 *v. vol. III 549, 40.* Hirt. Gall. 8, 15, 2. Liv. 44, 7, 2 secundis castris pervenit ad Dium -arique (*sensu act. sec. H. J. Müller*) sub ipso templo . . . iussit. 44, 37, 1 -ta c. impedimentaque conlocata. Sen. benef. 7, 3, 2 -anda in ripis hostilibus c. Spart. Sept. Sev. 8, 9 locum c. -andorum. Amm. 24, 4, 6 -tis . . . salubrius c. 24, 8, 7. 27, 2, 5 vallo oportune -to (31, 9, 1). 31, 3, 5 oportune. Vvlg. num. 1, 51 cum c. -anda *sc. erunt* (*corrig. vol. III 543, 71, v. app. crit.*). Cypr. Gall. exod. 1134 populus -ta in c. locatus. Ios. 4 c. . . . -ta . . . imponere ripae. Sidon. carm. 2, 274 -to spatio castrorum.

2 *in similibus agrimensorum (auguris l. 77 sqq.), architectorum al. negotiis*: **a** *spectat ad agros dimetiendos, dividendos* (Non. p. 137, 12 -ari [-are *codd.*] partire . . . Vergilius georgicorum lib. II [*v. l. 71*]. Caelius [*v. supra l. 35*]): Verg. georg. 2, 274 (*de vinea instituenda*) si pinguis agros -bere (Serv. *ad l.* eliges. Schol. Bern. dispones et eliges. Schol. Veron. *v. supra l. 30*) campi (Liv. 21, 25, 5 triumviros agrum -antis. Sen. Thy. 462 nullus mihi ultra Getas -atur [metitur *A*] . . . ager. *cf.* Dirae 45 pertica qua[e] nostros -ta est . . . agellos [Hor. sat. 2, 2, 114 -to in agello . . . mercede colonus]). Plin. nat. 2, 175 latissima rura -tus. Avson. Mos. 9 arva . . . -ta colonis. **b** *ad regiones inaugurandas*: Liv. 1, 10, 6 (*verba Romuli sollemnia; cf. E. Norden, Aus altröm. Priesterbüchern p. 88 adn. 1*) templum his regionibus, quas modo animo -tus sum, dedico *eqs.* **c** *ad partes aedificii disponendas*: Hor. carm. 2, 15, 15 decempedis -ta privatis . . . porticus (Schol. *ad l.*: mensurata, disposita. Hier. epist. 14, 6, 1 amplas p. et ingentia tectorum spatia -aris [metiris *al.*]). Prvd. perist. 11, 151 -ando eligitur tumulo locus. psych. 825 Concordia . . . -tura novum iacto fundamine

[Dittmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

templum. **d** *ad urbis condendae formam describendam*: PLIN. nat. 5, 62 -tus est eam (*Alexandriam*) Dinochares architectus ... XV passuum laxitate *eqs.* (7, 125). IVL. VAL. 1, 27 p. 36, 26 -tae primum discretaeque urbis (*ibid.* p. 36, 28 lineae ductae ab architectis ..., quibus spatium et descriptio -tae u. notaretur. HEGES. 3, 5, 2 -andae u. spatia). **e** *ad fines determinandos*: PLIN. nat. 6, 57 Posidonius ab ... ad ... -tus est *Indiam; ... Galliam* ⟨ab⟩ ... ad ... -batur. VVLG. num. 34, 10 inde -buntur (*de hebr. v. Kittelii app. crit.; gr. καταμετρήσετε, Itala Lugd. et Mon.* demetietis, *v. vol. V 1, 1195, 35*) fines contra orientis plagam de ... usque *eqs.* CYPR. GALL. Ios. 451 cetera (*i. ceterae partes terrae*) *novem* tribubus -ta traduntur.

B *de aliorum in rebus quibuslibet dimetiendis, determinandis opera*: **1** *i. q. mensurare, mensuram facere*: **a** *sensu locali*: Ov. fast. 1, 309 sub ducibus caelum -bimur illis *astronomis* (*cf.* MART. CAP. 1, 27 circulis [*sc. planetarum*] ... -tis). STAT. Theb. 6, 676 alternis Alpheon utrimque (utrumque *P, Klotz*) ... -ari (*P*, metiri *ω*) ripis (*sc. ad latissimam riparum distantiam inveniendam*). GELL. 1, 1, 2 curriculum stadii ... Herculem (*cf. p. 884, 38*) pedibus suis -tum. TERT. anim. 9, 1 p. 310, 6 longitudinem ... et latitudinem et sublimitatem, quibus -antur corpora philosophi. virg. vel. 17 p. 909, 4 Oe. nobis dominus ... revelationibus velaminis spatia -tus est (*i. velaminum mensuras indicavit*). **b** *sensu temporali*: **α** *generatim* (*cf.* meta *i. q. finis p. 867, 1 sqq.*): AMBR. Nab. 8, 38 adhuc tempora tibi vivendi longa -aris? (metiris, meditaris *al.; gr. Basil. Migne 31, 273ᶜ μακροὺς σεαυτῷ τοὺς χρόνους τῆς ζωῆς ἔπηξας*). CYPR. GALL. gen. 545 -ti terminus aevi. EPIST. pontif. 304 Migne 20, 538ᴬ paucioribus verbis tantorum malorum -bor compendium. **β** *speciatim in re metr. de versu certis pedibus dimetiendo*: CYPR. GALL. lev. 34 -to edicere versu.

2 *fere i. q. instituere, struere* (*sec. locut. q. e.* 'castra -ari'): GRATT. 102 per non adsuetas -antem retia valles. PLIN. nat. 6, 143 Scenitae ... a tabernaculis cognominati, quae ciliciis -antur, ubi libuit.

II ***notionibus secundariis:*** **A** *inde, quod locorum discriptio ab agrimensore ambiente et diligenter omnia circumspectante colligitur, abiit in significationes*: **1** *ambiendi diligenterque examinandi*: CVLEX 174 -bat sese circum loca *serpens*. IVST. 37, 3, 5 opportuna quaeque victoriae suae (*dat.*) -tus est. **2** *ambiendi*: SEN. Phaedr. 506 nemoris ... densa -atur (metitur *al.*) loca ... sedesque mutas (*v. app. crit.*). SIL. 6, 58 per noctem -antur (*i. fugientes pererrant*) agros. *e coni.*: FVLG. myth. 1 praef. p. 6, 16 dum ... colles spatianti -rem (*Ellis*, metirer *Marc.* meterem *cett. codd., Helm*) passu. **3** *diligenter examinandi*: ITIN. Alex. 24 consilia bellica longe tutius oculi -antur. *pendet enunt. interr.*: SOL. 10, 13 ut de excelsiori specula -entur *grues*, quas petant terras.

B *inde, quod ad loca castris idonea eligenda praemitti solebant agrimensores* (*cf. p. 879, 2 sqq. 892, 47*), *ortae sunt significationes*: **1** *dimetiendo praeparandi, in usum futurum eligendi* (GLOSS. *ἑτοιμάζω* praeparo, paro, comparo, -o): NEMES. cyn. 6 *Apollo* late campos -tus apertos ... ducit (*sc. vatem*) per avia. SOL. 32, 23 *crocodilus* -atur locum nido naturali providentia (PANEG. 5, 6, 8 novis vitibus [*cf. p. 892, 71*] l. -ari. VVLG. deut. 1, 33 praecessit vos in via et -tus est l., in quo tentoria figere deberetis. HIL. gen. 36 locos ... -antur semina iussu creatoris). PANEG. 2, 6, 3 animus venturus in corpus dignum prius -atur hospitium (PAVL. NOL. carm. 21, 481 in ... Felicis tectis ... -ta ... hospitia. *cf. etiam l. 79*). 6, 17, 3 naturam ipsam magnis mentibus domicilia corporum digna -ari (*cf.* SIDON. epist. 4, 6, 2 in pectoribus *matronarum* ... sibi sit ... sanctitas ... -ta domicilium). AVSON. Mos. 419 (*ad Rhenum Mosellae aquas excepturum:*) spatiumque novi -are fluenti. PAVL. NOL. epist. 44, 5 p. 376, 18 sibi habitacula (*cf. etiam l. 76*) secreta -ti sunt. PS. AVG. serm. ed. Mai 75, 4 *caeci* manus -antes itinera. RVT. NAM. 1, 345 litorea noctis requiem (*i. quiescendi locum*) -amur harena. ALC. AVIT. carm. 2, 332 regni sedem -ta voluptas.

2 *praecedendi* (*l. 66*), *comitandi* (*non nisi part. praes. c. obi. l. 66*): SERM. RevBén. 57, 1947 p. 125, 91 (= PS. AVG. serm. ed. Caillau 1ᵃ p. 5, 3ⁱⁿ·) -antes angeli nubem corporis Christi *in caelum ascendentis* ianitoribus exclamant angelis: attollite portas *eqs.* VICT. VIT. 2, 50 *episcopus* pergit cum eo -ante officio clericorum ad fontem (2, 51 fit strepitus gaudio -ante irrevocabili populorum. *e coni.*: *ibid.* 1, 48 discussione -ante *i. procedente* [discussionem et ante *codd., corr. Petschenig*] amissa domo vel substantia). 3, 46 quem ... -antibus lacrimis miserat legatum in caelum.

C *retrograde a* mētātum, -ī: *i. q. habitare, tenere* (*cf. p. 892, 52.* GLOSS. manere): **1** *c. acc.*: TERT. adv. Val. 23 p. 200, 11 -atur medietatem (*sc. partis mundi*) *aeon Valentinianorum*. PAVL. NOL. carm. 21, 380 Campanis -anda locis habitacula fixi (27, 397 -anda bonis h. digne. *cf. etiam l. 59*). 28, 88 cuncta ... vicanis circum -ta colonis. 28, 281 qua (*forma*) me ... Christo -andum ponere possim. epist. 18, 5 p. 132, 17 familiare -antur hospitium (*cf. etiam l. 54*).

2 *abs.*: PAVL. NOL. carm. 27, 155 suscipiens humili -antem in pectore Christum. 28, 70 tectis qui -bantur in illis.

part. perf. pass. pro subst. ᵃ**mētātum**, -ī *n.* *de formis* (*cf.* mētātus, -ūs *p. 879, 74 sqq., quo certa declinationis quartae exempla rettulimus. inc.* [*cf. p. 879, 75*]: GREG. TVR. Iul. 28 p. 576, 10 cum ... -u ['*on peut lire* -o' *Bonnet, Lat. de Grég. p. 338*] se reddidisset): *sing.: nom.* -um: *v. infra l. 18.* *gen.* -i: *v. infra l. 22.* *dat.* -o: GREG. TVR. Franc. 10, 2 p. 482, 5 direptam speciem ... -o detulit ([*v. etiam l. 1*]. *at ibid.* p. 483, 5 *exstat* metatus *v. p. 879, 79*). *abl.* -o: *v. infra l. 33.* *plur.*: *nom. acc.* -a: *v. l. 11 sq. 28. 30.* *gen.* -orum: *v. l. 25 sqq.* *abl.* -is: *v. infra l. 24.* *saepissime occurit acc. sing.* -*um* (*l. 21. 23. 34 sqq. apud* GREG. TVR. *23ⁱᵉˢ*). *in serm. gr.*: NOVELL. Iust. 130, 9 *μητατ- ter* (*v. infra l. 30 sq.*). PAP. Flor. I 15, 12 (*a. 563*) ἀπὸ στάβλω (*i. στάβλου?*) μιτάτου (*σταβλομητάτου uno verbo* [*i. q. καταλύματος*] *intellegendum censet Wessely, WklPh. 23, 1906, 427*). MALALAS p. 347, 18 *μιτᾶτα*. CONST. PORPH. caer. aul. Byz. 1, 28 p. 159, 1 τὸ μητᾶτον. 1, 87 p. 393, 9 ἑτοιμάσαι τὰ μητᾶτα αὐτῶν (*sc. τῶν πρεσβευτῶν*). p. 393, 10. *al.* *de notione*: GLOSS. *ἑτοιμασία.* *infra* (*l. 34 sq.*) *in gr. respondet καταγωγή.*

i. q. habitaculum vel hospitium in usum advenarum praeparatum (*cf. supra p. 893, 47 sqq.* ISID. orig. 15, 3, 10 [*antea*: hospitium ... ubi quis ad tempus hospitali iure inhabitat et iterum inde transiens migrat] inde et -um, quia mutatur. *v. etiam Bonnet, Lat. de Grég. p. 290*): **1** *militum* (*cf.* habitaculum *vol. VI 2466, 44,* hospitium *ibid. 3041, 10 sqq.*): **a** *sing.*: COD. Theod. 7, 8, 15 in alterius (*sc. domo*) sibi -um ... vindicandum (COD. Iust. 12, 40, 9, 1. 12, 40, 9, 4). NOVELL. Theod. 25, 2 -i onere sit immunis. GREG. M. epist. 9, 207 p. 195, 3 nullus illic (*sc. in monasterio*) -um (hospitium *al.*) accipiat. **b** *plur.*: COD. Theod. 7, 8ᵗⁱᵗ· de -is (NOVELL. Theod. 25ᵗⁱᵗ· COD. Iust. 12, 40ᵗⁱᵗ·). 7, 8, 16 pr. *domus* aliena ... a -orum molestia (7, 8, 16, 1 COD. Iust. 12, 19, 9). NOVELL. Theod. 25, 1 domos ... -orum praebendorum onere liberasse (COD. Iust. 2, 7, 22, 2). COD. Iust. 2, 7, 24, 2 aediculas ... -orum nomine molestari. 12, 40, 9 pr. -a in suis domibus praestant (*syn. ibid.* hospitia). 12, 40, 11 -orum ... vacationem. NOVELL. Iust. 130, 9 -orum (*gr. μητάτων*) dationis. *ibid.* accipere sibi -a (*ibid. iterum* -a [*gr. μητᾶτα bis*]).

2 *aliorum, maxime eminentioris vel civilis vel clerici ordinis* (*non nisi sing.*): CASSIOD. hist. 4, 25 p. 975ᶜ in vicino episcoporum -o (*gr. Theodoret. 2, 9, 3 p. 120, 5 P. καταγωγῆς*). *ibid.* p. 976ᴮ ad -um episcoporum ([*gr. ibid. p. 121, 8. 10 καταγωγήν, altero loco lat.* habitaculum]. GREG. TVR. Franc. 3, 7. 5, 18 *bis* [*syn.* mansio]. 6, 6. 7, 29 *bis* [*syn.* mansio]. 8, 2 [*syn.* mansio]. 10, 2 *bis. al.*). GREG. TVR. Franc. 3, 15 prosecutus est *eum* ... in -um eius. 5, 39 *ancillam* defigi ante -um. 8, 44 apud -um suum remorati. 9, 6 ad basilicam ... martyris -um habebam (10, 15 ubi Basina -um habebat. VITA Caes. Arel. 2, 24). 10, 2. glor. mart. 43 *legati* -um accipiunt. Iul. 28 (*v. p. 893, 84*). Mart. 4, 21 ut -um requirens hominis cuiusdam ingrederetur hospitium.

deriv.: metatio, metator, metatura, metatus. *comp.*: castrametor; dimeto, praemeto; immetatus. *Dittmann.*

2. metor *v. p. 888, 52.*

1. ᵃ**mētra,** -ae *f.*, *μήτρα.* *i. q. matrix, vulva*: PRISCILL. tract. 3, 69 p. 53, 25 virginalem -am in ministerium divini verbi ad concipiendum ... habitaculum corporis patuisse. PS. PHILO antiq. 24, 8 plasmavi eum in -a eius *eqs.* 32, 1 de -a sterili. 42, 1 conclusit deus -am tuam. *al.*

2. metra (= merra *sc. μύρρα?* merta *?Niedermann in plag.*) genus unguentum (-ti *cod. Epin.*) GLOSS. V 372, 41.

metrāliter *adv.* *a* metrum *sec.* mensuraliter. *i. q. mensurate, ad mensuram*: CHIRON 223 sagittam subicies ..., ut peritoneon ipsum aperias. -r facies, ne intestina laedas (*cf. Veg. mulom. 1, 43, 3* ad mensuram ... peritoneum aperies).

mētrenchytēs, *acc.* -ēn *m.*, *μητρεγχύτης.* *i. q. instrumentum, quo fit clyster uterinus*: SORAN. p. 99, 14 per ferramentum illud, quod -es (metrē citū *h*) dicitur, universa medicamina possumus infundere. CASS. FEL. 78 p. 191, 2 encolpizabis per corneum -en. p. 191, 4 si ... -en non inveneris, per enetera ... id facies (*utrobique* metretiscen *sim. codd.*). ORIBAS. syn. 9, 42 add. 2 p. 353 incymatizas ... per clystere aut mitrencitu (*Aa*, mitrincito *Ab*) *eqs.*

metrēta, -ae *f.* (*m.?: l. 69*), *ὁ μετρητής.* *de orig.*: AVG. in euang. Ioh. 9, 7ⁱⁿ· nomen mensurae est -a et a mensura accepit nomen ista mensura. *μέτρον* enim mensuram dicunt Graeci: inde appellatae -ae (*inde* EVCHER. instr. 2 p. 159, 7. *cf.* ISID. orig. 16, 26, 9 -a [*dett.,* metrum *mell., Linds.*] est mensura liquidorum *eqs.*). *masc.*: GAIVS dig. 18, 1, 35, 5. 7 (*in parte codd. pro fem. habetur*). *cf. etiam l. 79.* *de notione v. l. 65. 79. p. 895, 30.* *in textis gr. subest μετρητής* (*p. 895, 13. 18*), *cui voc. gr. alibi* cadus (*cf. Plin. nat. 14, 98 cum Diosc. gr. 5, 25*) *vel* amphora (*cf. Diosc. 5, 39 et 5, 47 cum gr. 5, 18, 2 et 5, 25*) *respondet.* *de re v. Hultsch, Griech. u. röm. Metrol.² 101. 584. Wilh. Becher, RE Suppl. VII 448. A. Oxé, RhM. 89, 1940, 135 sqq.* [*dub.*: IVVENC. 2, 140 sex ... vascula, quae ternis aperirent ilia is (metris *v. l., Marold, sed cf. p. 895, 21 et Huemer, WSt. 2, 1880, 107*).]

1 *i. q. mensura liquidorum* (*fere olei* [*expresse v. p. 895, 7*] *vel vini; aridorum: p. 895, 13*): *definitur dimensio*: GAVDENT. serm. 9, 25 G. duae (duo *B*) -ae vel tres ⌊id est amphorae vel duae vel tres⌋ (⌊ ⌋ *om. Ω. cf. p. 895, 30 et* AVG. in euang. Ioh. 9, 7ⁱⁿ· -as ... dicit mensuras quasdam tamquam si diceret urnas, amphoras vel si quid huiusmodi. GLOSS. -a amphora dimidia). EVCHER. instr. 2 p. 159, 5 -a una ... habet sextarios centum (METROL. p. 142, 1 [*in cap.* 'de mensuris in liquidis'] duo bati -am faciunt, quod sunt sextarii C). EPIPHAN. de [R.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mensur. 11 modum *artabae* (*sc. sextariorum* LXXII) secundum scripturam continet et -a mensura. 29 *chus* est duodecima pars -ae. *i. q. quantitas mensuram -ae adaequans* (*forsitan l. 4, 7, 9 potius ad 2 referas*): PLAVT. Merc. 75 navem, -as quae trecentas tolleret. COLVM. 12, 22, 1 picis liquidae ... -am adde in labrum. 12, 40 *vini* partem decimam, quot -as efficiat, considerato et totidem -as aquae dulcis ... addito. MART. 5, 16, 7 plurimus Hispanas mittet mihi nauta -as (*sc. olei*). GAIVS dig. 18, 1, 35, 5 si vinum ita venierit, ut in singulas amphoras, item oleum, ut in singulos (*cf. p. 894, 68*) -as ... certum pretium diceretur. *ibid. iterum.* 18, 1, 35, 7 si ex oleario pars venierit veluti -ae centum. *ibid.* pretium omnium centum -arum. SCAEV. dig. 19, 2, 61, 1 olei -is tribus milibus impositis. ITALA III reg. 18, 32 (Lucif. Athan. 1, 17 p. 96, 25) foveam, quae caperet duas -as sem⟨in⟩is (μετρητάς, *Vulg.* quasi per duas aratiunculas). IREN. 5, 33, 3 (*ex Papia*) vini. PALLAD. 11, 14, 17 in optimi musti -a una ... absinthii octo uncias ... demittes (*cf.* 12, 20, 1. 3 olei). VVLG. II par. 2, 10 servis tuis dabo ... vini viginti milia -as. 4, 5 *mare fusile* capiebat ... tria milia -as (*hebr. utrobique* בַּתִּים). Ioh. 2, 6 hydriae ... capientes (*cf. l. 17. 30.* CASSIOD. in psalm. 26 concl). singulae -as (μετρητάς) binas vel ternas (*cf. l. 13. 21. allegorice interpret.* GAVDENT. serm. 9, 28. 33 sqq. G. AVG. in euang. Ioh. 9, 7ex. FAVST. REI. serm. 7 p. 249, 28. ARATOR act. 2, 892 ternas capiunt sex vasa -as [*cf. p. 894, 75*], quae veteri de lege novo rubuere liquore).

2 *i. q. vas, dolium, cadus* (*cf. l. 3*): *generatim*: CATO agr. 100 oleum si in -am novam inditurus eris (*cf.* capp. 109 o. si in -am addes). *ibid.* -a oleum non bibet ... et ipsa -a firmior erit. COLVM. 12, 49, 11 *vasa fictilia* tamquam olivariae -ae imbuuntur liquida gummi. 12, 53, 2 -am linito. *ibid.* apertae -ae si quid fecis ... faucibus inhaerebit. 12, 53, 3 aromata ... in eandem -am reponito (*syn. 12, 53, 1* vas olearium quam maximum). IVV. 3, 246 hic tignum capiti incutit, ille -am (SCHOL.: vas, quod amphoram capit). LIB. pontif. p. 54, 8 (*inter vasa ecclesiastica*) -as III ex argento ... portantes medemnos X (*sim.* p. 57, 20. 65, 16 -a, -am, -es, metreas *codd.*). *speciatim i. q. vas, ad quod mensuram examinamus*: CIL IX 2854 **panarios fabricandos** ex metr⟨etis et ponderib⟩us iniquis.

deriv.: metretarius. *v. Onom.*

metrētārius, -ī *m.* a metreta. *i. q. mensor mensurarum liquorum* (*cf. A. M. Collini, Epigraphica 1, 1939, 125*): INSCR. Epigraphica 1, 1939 p. 122 n. 1. 2 (*in aris Solis et Lunae; a. 150*) collegius Herculis -orum, quod consistit ad salicem (*cf. Kahn, Mnemos. s. III vol. 10, 1941, 157 sqq.*).

metriasmos, (-ī) *m.*, μετριασμός. *t. t. rhet. i. q. mediocritas* (*sc. figura deminutionis*): CASSIOD. in psalm. 30, 15 figura est -os, quae latine dicitur mediocritas, quoties rem magnam mediocri relatione proferimus. 34, 15 hoc schema -os, id est mediocritas dicitur *eqs.*

ᵃ**metricus,** -a, -um, μετρικός. *f. gr.* -ή: *l. 73.* [*l. v. dub.*: PRISC. gramm. III 266, 20.]

A *generatim i. q. certis mensuris modulatus*: PLIN. nat. 11, 219 arteriarum pulsus ... in modulos certos legesque -as per aetates ... discriptus ab Herophilo. CLAVD. MAM. anim. 1, 6 p. 42, 20 ex quorum *elementorum* ⌊-o pro portione conventu⌋ (⌊⌋ *Engelbrecht*, -a proportione c. *codd.*) compactis rate dimensionibus ... corpus efficitur.

B *technice*: 1 *in arte gramm. de numeris orationis vel metris versuum*: **a** *adi.*: **α** *i. q. numeris certis compositus*: QVINT. inst. 9, 4, 48 sunt hi (*sc. rhythmi velut dactylus vel iambus*) et -i pedes (9, 4, 52 -is ... p., ⟨qui⟩ ... reperiuntur in oratione. MAR. VICTORIN. gramm. VI 39, 16). DIOM. gramm. I 434, 35 structura (473, 17 congruenti rythmo ac pede composita -a s.). 473, 7 compositionis. AVSON. 195, 10 p. 53 P. epos. CASSIOD. inst. 2, 1, 2 dictionem prosalem -amque. GREG. TVR. Franc. 1 praef. p. 31, 5 versu (*opp.* stilo prosaico). ISID. orig. 6, 2, 17 carmine. **β** *i. q. ad metra pertinens*: PS. CENS. frg. 9, 1 prior est musica inventione -a. PROB. inst. gramm. IV 50, 22 propter rationem -am (53, 12. 15 r. structurarum vel -am. 68, 21 MAR. VICTORIN. gramm. VI 3, 5 [*B*]. DIOM. gramm. I 421, 30 SERV. Aen. 9, 49. *al.*). MAR. VICTORIN. gramm. VI 35, 7 artis (AVG. epist. 26, 4 SCHOL. Ter. p. 79, 7. *v. et l. 72 et cf.* SEDVL. op. pasch. 1, 1 p. 176, 10 -ae numeris disciplinae). 206, 1 (*C*) ars Palaemonis de -a institutione. DIOM. gramm. I 494, 11 regulam. 501, 30 modi -i sunt sex *eqs.* VLT. SYLL. gramm. IV 259, 4 necessitate. MART. CAP. 3, 326 si rhythmicum quid -umque ... assumpseris, profecto Musices impetu ... discerperis, *Grammatica.* 5, 522 iure -o. SIDON. epist. 4, 8, 5 si quid incus -a produxerit. ARATOR ad Vigil. 23 -a vis sacris non est incognita libris.

b *subst.*: **α** *f.* -ή (*l. 73*) *vel* **-a** (*sc. ars*), -ae: GELL. 16, 18, 5 est et alia species κανονικῆς, quae appellatur -ή, per quam syllabarum longarum et brevium et mediocrium et modus congruens cum principiis geometriae aurium mensura examinatur. MART. CAP. 9, 936 *v. vol. VI 2538, 28.* SIDON. epist. 5, 2, 1 musica ponderat ... et -a modulatur. CASSIOD. inst. 2, 5, 5 -a est, quae mensuram (mensuras *ΦΔ*) diversorum metrorum probabili ratione cognoscit (*inde* ISID. orig. 3, 18, 2). in psalm. 80, 3. **β** *m.* **-us,** -ī: *i. q. metrorum peritus, scriptor de proprietatibus et differentiis metrorum disserens*: GELL. 18, 15, 1 animadverterunt -i *eqs.* SACERD. gramm. VI 543, 16. MAR. VICTORIN. gramm. VI 39, 6 inter -os et musicos ... dissensio est *eqs.* 63, 14. *al.* DON. gramm. IV 369, 15. EXPLAN. in Don. gramm. IV 533, 7. 13 tempus ad rythmicos pertinet, syllabae ad -os *eqs.* 533, 19 rythmici temporibus syllabas, -i tempora syllabis finiunt. POMP. gramm. V 125, 11 PRISC. gramm. II 303, 14. *al.*

2 *in arte geometrica*: *m. subst. i. q. scriptor artis geometricae*: CASSIOD. var. 3, 52, 7 *mensuram agrorum* auctor Heron -us (*sc. qui μετρικὰ scripsit? an* ⟨geo⟩metricus?) redegit ad dogma conscriptum.

adv. **metricē.** *i. q. metris versuum adhibitis, poetice*: VITA Alc. Avit. 1 p. 178, 8 multa alia tam prosaice quam -e ... composuit.

metriōs *adv.*, μετρίως. *i. q. mediocriter*: ORIBAS. syn. 2, 7 La p. 97, 1 sqq. Mø. (*in cap.* 'quae infrigdant mediocriter':) appii -os cataplasomenae ..., bromus -us ..., calamus fragmitu folia mediocriter.

⟨δι⟩κεοδότην τῆς μητ⟨ροκολω⟩νείας *Palmyrae* (*i. civitatis, quae cum metropolis tum colonia Romana erat; cf. l. 64*) INSCR. graec. Rom. Cagnat III 1045 (*inter annos 262 et 268; cf. 1040 de eadem civitate* τῆς λαμπροτάτης κολωνείας). *cf.* metropolis, metrocomia.

mētrocōmia, -ae *f.*, μητροκωμία. *i. q. vicus primarius inter omnes, qui eidem civitati subiecti erant*: COD. Theod. 11, 24, 6, 1 -ae ... in publico iure et integro perdurabunt. *ibid.* 4. 6 -ae ... et publici vici (*cf. ibid.* 8). COD. Iust. 10, 19, 8 (*a. 468*) si divina domus ... fundos extra -as possederit. 11, 56 (55), 1 (*a. 468*) quae -ae ... nuncupantur. *ibid.* habitatorem adscriptum eidem -ae.

quinta Latinitas **metrofia** hoc est intellectualis VIRG. gramm. epit. 15 p. 89, 16 H. (= frg. Angel. p. 95, 20).

metrōiacus, -a, -um (-on: *l. 24*), μητρῳακός. *i. q. metrum galliambicum*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 95, 26 *metrum* -on seu ut quidam bacchiacon anaclomenon. 154, 25 quod *metrum* quidam -um, eo quod deum matris cantibus aptum sit meritoque etiam galliambum ... appellarunt.

[**metroidēs** *v. p. 711, 57.*]

mētromania, -ae *f.*, μητρομανία. *i. q. furor uterinus*: THEOD. PRISC. log. 32 *satyriasis* etiam mulieribus ... contingit, quam -am (matr- *b, r*) aliqui appellaverunt. CASS. FEL. 79 p. 191, 7 -am latino sermone matricis furores sive insaniam dicimus. ORIBAS. syn. 9, 45 add. Aa p. 361extr.

metron, -ī *n. v. s.* metrum (*p. 898, 74*).

mētropolicus *v. p. 898, 69. 70.*

ᵃ**mētropolis,** -is *et* -eōs *f.*, μητρόπολις. *de scriptura et formis*: matr-: CANON. Turner I 1, 2 p. 188, 7 rec. VI. *compendia*: m: CIL III 7930. metr: CIL III 1495. 7980. 12590. metrop: CIL III 1175, 8 (*a. 239*). 1428, 3. *al.* INSCR. RevA. VI 2 (1933) p. 431 n. 247. 248. metropol: CIL III 1456, 13 (*a. 238*). *gen. sg.*: -is: *p. 897, 50. 54. al.* -eos: PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 4, 6 p. 748, 6 CONC.S I 2 p. 39, 29 (= I 3 p. 61, 33). I 3 p. 62, 16 GREG. M. epist. 1, 47 p. 73, 16. *acc. sg.*: -im: PEREGR. Aeth. 22, 1. HEGES. 4, 16, 1 p. 265, 7 (-in *v. l.*; *item* RVFIN. Orig. in Ios. 18, 3 p. 410, 7. *al.*). HIER. in Eph. prol. p. 441B. *al. et passim.* -in (*cf. l. 43*): INSCR. RevA. VI 4 (1934) p. 235 n. 6. *nota formam* -im *tamquam indecl.* (*cf. Norberg, Beitr. z. spätlat. Synt., Uppsala 1944 p. 52 sq.*): CONC.S I 3 vers. Tur. p. 119, 18 in Ephesiorum -im (*gr. I 1, 7 p. 84, 34* ἐν ... -ει). p. 140, 4 in Ephesena -im (*gr. I 1, 3 p. 42. 35* ἐν τῇ ... -ει). *abl. sg.* -i: INSCR. RevA. VI 8 (1936) p. 291 n. 129 HIER. in Gal. 2, 3/4 p. 333C. *al.* AVG. civ. 16, 4 p. 130, 8 D. *et passim.* *acc. pl.* -is: COD. Theod. 15, 1, 14 CONC.S II 3, 3 p. 68, 9. *de notione* (*cf. p. 897, 27. 36*): AVG. cons. euang. 3, 25, 71extr. civitatem, quae caput et quasi mater est ceterarum, unde -is appellatur. serm. coll. Morin p. 285, 17 -is mater civitas interpretatur. GLOSS. mater civitatum.

I ***usu originario*:** **A** *i. q. urbs primaria, caput provinciae vel regionis, urbs materna* (*p. 897, 35*): **1** *proprie*: **a** *absolute* (*passim acced. nomen civitatis* [*adi.*: *l. 74. gen. incolarum*: *l. 68. 82*]): **α** *titulus sollemnis honorificus urbium imperii Romani* (*cf. gr.* CIL III 6076 [*a. 163*] splendidissimae civitatis Ephesiorum τῆς πρώτης καὶ μεγίστης -εως τῆς Ἀσίας. 6121 [*Philippopolis; a. 172*]. 12039 Gortyna -ις. *al.* VLP. dig. 1, 16, 4, 5 τῶν -εων Ἔφεσον primam attingere [*cf. 1, 16, 7 pr.* provinciae caput]): INSCR. numm. Cohen IV² p. 95 n. 927 (*aet. Sept. Sev.*) colonia Septimia Tyrus -is (*cf.* INSCR. RevA. VI 8 [1936] p. 291 n. 129 [*in milliario aet. Aureliani*] a T. -i Paneam. COD. Iust. 12, 43, 2 [*a. 382*]). p. 379 n. 28 (*aet. Elagab.*) colonia Aurelia Pia -is Sidon. p. 475 n. 713 (*aet. Alex. Sev.*) colonia Prima Flavia Augusta Caesarensis. CIL III 6058 (*a. 218*) -is Ancyranorum. 1456, 13 (*a. 238*) ordo col(oniae) Sarmiz(egetusae) (-is) (1175, 8 [*a. 239*] c. Vlpia Trai(ani) Aug(usta) Dacic(a) S. (-is). 1428, 3 *al. v. ind. p. 2543.* INSCR. RevA. VI 2 [1933] p. 430 n. 241. p. 431 n. 247 sq.). EPIST. impp. de Asia (Bruns, fontes⁷ p. 272) II 4 per quattuor civitates, quae -is (-εις) apud Asiam nominantur (*cf. Marquardt, Staatswesen I 343*). 7 in -i Efesena (ἐν τῇ Ἐφεσίων -ει). HEGES. 3, 5, 2 p. 192, 13 urbs ea (*sc. Antiochia*) Syriae ... prima ideoque -is (*Ios. b. Iud. 3, 29* -ις). PAVLA Hier. epist. 46, 3, 4 totius provinciae gloria -i vindicatur. COD. Theod. 13, 3, 11 singulis urbibus, quae -es nuncupantur (*praecedit*: frequentissimis in civitatibus, quae pollent et eminent claritudine). 15, 1, 14 -is vel splendidissimas civitates. NOT. Gall. 1, 1 chron. I p. 584. *al.* EPIST. pontif. 310 Migne 20, 548B divisis ... provinciis, ut duae -es fiant. COD. Iust. 11, 22tit. (*a. 448/450*) de -i Beryto (*cf.* DIG. de conc. dig. 2, 7 Berytiensium -im). 1, 49, 1, 1 (*a. 475*) in -i ... versentur. *al.* **β** *alia*: SOL. 11, 32 in Lemno -is Hephaestia. AMM. 23, 6, 59 Drepsa -is. SERV. Aen. 10, 184. HIER. in Is. 1, 26 p. 41C *Sion* fidelem appellans

[*R.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vel -im iuxta LXX (-ις πιστὴ Σιών). 7, 3 sqq. p. 104A *syn.* caput Syriae urbium. Ps. RVFIN. in Am. 1, 13 sqq. p. 1063B. 5, 3 p. 1075C. AVG. civ. 16, 4 p. 130, 8 D. *syn.* quae civitatum ceterarum gereret principatum. AVELL. p. 258, 30 ITIN. Theod. 30. *al.* *nomorum Aegypti (cf. Kortenbeutel, RE Suppl. VII 449 sqq.)*: INSCR. RevA. VI 4 (1934) p. 235 n. 6 hordei missi ... ex nomo Memphite a⟨d⟩ -in. *de urbe, unde coloniae deducuntur:* AVG. quaest. hept. 7, 9 p. 455, 15 'filias eius' dicit (*Vulg. iud. 1, 27*) civitates, quas ipsa quasi -is instituerat.

b *additur, cuius -is urbs sit*: α *civitatum, gentium*: CIL III 218, 10 (*a. 198*) Seb(aste) Pap(h)os ⟨s⟩acra m⟨etropolis⟩ cibitatioym Cypri (SPART. Hadr. 14, 1. *cf.* IVL. HON. cosmogr. B 45 p. 50, 5 oppida vicina septem, quibus -is Oxyrynchum Heracleum). TYCON. 7 p. 41, 26 Nineve ... -is Assyriorum. COMMENT. Lucan. 1, 10 Parthorum. HEGES. 4, 7, 1 p. 252, 16 urbi Iudaeorum praestantissimae, quae totius gentis -is habeatur (RVFIN. Orig. in Ios. 18, 3 p. 410, 7 AVG. quaest. hept. 6, 15 p. 432, 10). HIER. epist. 129, 5, 3 -is tua, *Iudaee*, ... Aelia. in Ier. 1, 79, 2 Iudaeorum. in Os. 6, 11 p. 871D *tribuum. al.* β *regis*: PEREGR. Aeth. 9, 5 civitas Tathnis, quae fuit quondam -is Pharaonis. γ *regionum*: PEREGR. Aeth. 18, 1 provinciae. SCHOL. Verg. Veron. ecl. 6, 1 Siciliae. HEGES. 4, 16, 1 p. 265, 7 totius Iudaeae. HIER. in Dan. 8, 2 p. 535A regionis Elamitarum. RVFIN. hist. mon. 12 Thebaidis. AVG. in psalm. 47, 6. IORD. Rom. 223 Rodus ... totius Adriae insularum -is. *al.*

c *iunctura* civitas (urbs) -is (*cf. l. 37. 46*): IVL. HON. cosmogr. B 45 p. 49, 15 c. -is, quae Meroe appellatur. PEREGR. Aeth. 22, 1 *Cilicia* habet c. -im Tharso. HIER. in Eph. prol. p. 441B ad -im Asiae c. in Ezech. 16, 6/7 p. 129B -is c. ... secundum illud quod in Isaia (*1, 26; v. l. 1*) legitur: mater urbium fidelis Sion. 21, 18 sqq. p. 206B. in Gal. 2, 3/4 p. 333C in Iudaeorum -i c. *al.* RVFIN. Orig. in Ios. 20, 3 p. 421, 5. ISID. orig. 9, 2, 35 -is c. eorum. *al.* urbs -is: HIER. in Dan. 8, 2 p. 535B u. ... -is et potentissima. in Ier. 4, 34, 5. *cf.* IORD. Get. 92 eiusdem patriae u. famosam -im.

2 *allegorice et translate*: AMBR. fug. saec. 2, 9 (*in interpr. alleg. num. 35, 11*) refugia sunt ita, ut prima civitas sit cognitio verbi ...: haec igitur velut -is *eqs.* *de urbe materna, patria caelesti*: AVG. serm. coll. Morin p. 285, 17 *Hierusalem caelestem* matrem (*cf. p. 446, 18*) ... dicit tamquam -im. CASSIAN. conl. 24, 24, 6 ad illam -im civitatem, ubi noster cursus ... debet esse directus. Ps. PRIMAS. in I Cor. p. 538C ad caelestem -im. *translate*: HIER. adv. Iovin. 2, 8 p. 405, 1B. non potest ante -is et arx mentis capi, nisi per portas eius irruerit hostilis exercitus.

B *in sermone ecclesiastico de ea civitate, cuius episcopo aliarum urbium episcopi subiecti sunt* (*c. gen. regionis: l. 44. incolarum: l. 51. c. adi. nom. propr.: l. 55*): HIER. c. Ioh. 37 p. 389C ut Palaestinae -is Caesaria sit et totius orientis Antiochia (*cf.* PELAG. in II Cor. 1, 1 p. 232, 5 *Achaiae* est -is Corinthus. *al.*). LEO M. epist. 14, 6 ad civitatem -im convenire. CANON. Turner I 1, 2 p. 188, 7 rec. VI qui -i⟨m⟩ tenet (*gr. Mansi 2, 669C τῷ μητροπολίτῃ*). CONC.S I 2 p. 39, 29 (= I 3 p. 61, 33) episcopus Ephesi -eos (I 3 p. 62, 25. 30 ⟨-is⟩ *add. Rustic.* II 3, 1 p. 98, 14. II 3, 3 p. 87, 33 [metropolitis *Φa*]. *al.* RVSTIC. Conc.S I 4 p. 88, 22 nostrae -is. *cf.* CONC.S I 3 vers. Tur. p. 62, 16 patrem nostrum Rufum Thessalonicensium -eos [*I 2 p. 40, 11* metropolitanum]. VITAE patr. Iurens. 1, 5 p. 134, 31 patriarcham. *elliptice*: GREG. M. epist. 1, 47 p. 73, 16 Ianuarius ... -eos Caralis ... coepiscopus noster). II 3, 3 p. 69, 26 -is nomine constituta. RVSTIC. Conc.S I 4 p. 95, 11 ad Ephesenam -im (*cf. p. 898, 13*). p. 114, 12 a vestra -i. GREG. M. epist. 9, 222 p. 214, 7 ut -is ... ecclesia civitatis Augustodunis ... post Lugdunensem ecclesiam esse debeat. *al.*

II **usu derivato** *m. i. q. metropolita* (*in iunctura sollemni* episcopus -is [*cf. l. 49*] *i.* ἐπίσκοπος μητροπόλεως *gen.* -is *a Latinis pro appositione ad r. q. e.* episcopus *accipiebatur, inde ortus est nom.* -is *masc. omissa v. q. e.* episcopus): GREG. TVR. Franc. 4, 26 p. 157, 13 absque -is consilium. 6, 38 p. 309, 21 coniunctus -is cum suis provincialibus (*cf.* 9, 20 p. 440, 14 CONC. Turon. a. 567 p. 122, 16. *al.* CONC. Paris. a. 556—573 p. 145, 7). 7, 31 p. 352, 3 qui erat -is (*al.*). 8, 2 p. 371, 21 a Bertchramno -i (-e *v. l.*).
deriv.: metropolitanus. *cf. Onom.*

×**mētropolita** *et* **mētropolītēs**, -ae *m.*, μητροπολίτης (*cf. G. Redard, Le suffixe grec -ΙΤΗΣ, -ΙΤΙΣ p. 21*). *nom.* -a: CONC.S II 3, 2 p. 63, 29 VEN. FORT. carm. 3, 6, 20 GREG. M. epist. 14, 7 p. 426, 3. *al.* -es: NOVELL. Iust. 8 notit. 37. -is (*cf. l. 50*): CONC.S II 3, 3 p. 79, 13. 80, 8. 111, 24. *gr. respondet* μητροπολίτης (*aliter p. 898, 3*). [*in codd. saepe variat* metropolitanus.]

1 *i. q. civis* (*l. 75*) *vel magistratus* (*l. 78 sq.*) *urbis primariae*: HIER. in eccles. 1 p. 1013A contemptus mundi non nisi -is convenit hoc est habitatoribus Ierusalem ([*opp.* ad totum ... Israel]. *inde* GLOSS.L III Abol. ME 48 [*om. v*]). NOVELL. Iust. 8 notit. 37 pro ... defensore, si quidem sit -es (*opp.* si ... alterius civitatis). IVLIAN. epit. novell. 15, 60 ante -am et primates civitatis.

2 *in sermone ecclesiastico i. q. episcopus metropoleos*: AVELL. p. 188, 15 a -is culpatus. RVSTIC. Conc.S I 4 p. 28, 31 locum -ae ... episcopi (CONC.S II 3, 3 p. 87, 33 *v. supra l. 50*. DESCR. Ierus. pr. p. 323 T. GREG. M. epist. 6, 51 p. 426, 22 e. -ae Galliis. 9, 4 p. 43, 1). p. 88, 1. CONC.S II 3, 3 p. 68, 27 ⌊secundum -am⌋ (⌊⌋ metropolitanum *Y*, -ae *Φa MV* [*sec. gr. II 1, 3 p. 60, 32*]) ius habes. p. 70, 2 de uno -a in unaquaque provincia (*cf.* p. 111, 24 provinciae). p. 80, 8 qui tunc -is (*II 1, 3 p. 72, 16 ἐπίσκοπον*) erat. p. 85, 22 a -a suo. *al.* NOVELL. Iust. 6, 2 *opp.* patriarcha (123, 3 GREG. M. epist. 13, 50 p. 416, 23. *cf.* ISID. orig. 7, 12, 4 p., archiepiscopis, -is atque episcopis). 31, 2, 1 IVLIAN. epit. novell. 14, 50 VEN. FORT. carm. 3, 6, 20 Martini sede sacerdos Eufronius fulget -a sacer. GREG. M. epist. 3, 54 p. 212, 8 mos omnium -arum. 14, 7 p. 426, 3 Nicopolitanus -a. *al.*

×**mētropolītānus**, -a, -um. *a* metropolis. *de orig.*: ISID. orig. 7, 12, 7 (*in parte codd.; secl. Linds.*) -i ... a mensura civitatum vocantur. matr-: CANON. Turner I 2, 3 p. 538 can. 26 (met- *vel* maet- *vv. ll.*). [*falso trad.*: EPIST. pontif. 937 Conc.S IV 2 p. 144, 24 *pro* in Ephesena metropoli tam *eqs.*]

A *adi.*: **1** *i. q. ad urbem primariam provinciae pertinens*: a *de rebus*: α urbs (civitas) -a *i. q. metropolis*: urbs: HEGES. 4, 26, 3. COD. Theod. 16, 10, 20 pr. (*opp.* civitates ... genitales). VIRG. gramm. epist. 3 p. 132, 26 H. civitas: CONC.S II 2, 2 p. 26, 21 (= COD. Iust. 1, 5, 8, 7 [*a. 455*]). CANON. Turner I 2, 3 p. 507 rec. IV. INTERPR. novell. Theod. 22, 1 (*cf. Novell. Theod. 22, 1, 8* dummodo civitas ... totius provinciae teneat principatum). IVLIAN. epit. novell. 21, 80. *i. q. patria:* Ps. AVG. serm. 217, 2 in c. -a parentum suorum. β *i. q. urbis primariae proprius*: COD. Iust. 11, 22 (21), 1 (*a. 448/450*) -o nomine (IVLIAN. epit. novell. 27, 98 ius -um et n.). *ibid.* -am habeat dignitatem *Berytus* (*seq.*: sit ... mater provinciae). b *de incolis urbis primariae*: AMBR. epist. 55, 5 -um virum Bononiensi subditum.

2 *in sermone ecclesiastico*: a *de rebus*: α *de civitate sim.*: AVELL. p. 225, 1 episcopus sacrosanctae ecclesiae Scopinae -ae civitatis (p. 378, 17. 527, 19 NOVELL. Iust. 37, 9). CONC.S II 3, 2 p. 95, 6 non tantum sedi aliquid Constantinopolitanae praestantes quantum -is urbibus *eqs.* (u. *om. in altera vers.* p. 97, 33; *II 1, 3 p. 118, 9* ταῖς μητροπόλεσι). CANON. Turner I 1, 2 p. 120 (rec. I *et* II) ecclesiis (CASSIOD. var. 9, 15, 3. COD. Iust. 11, 48 [47], 20, 1 *opp.* localis e. GREG. M. epist. 1, 16a p. 20, 23 Aquileiensis). β *de rebus ad metropolitam pertinentibus*: AVELL. p. 333, 13 caritati tuae -a iura (*cf. et l. 68*) reparantes (*cf.* COD. Iust. 1, 2, 16 pr. [*a. 477*] privilegio -o vel patriarchico). ENNOD. opusc. 3, 42 p. 341, 17 -ae iactantiae vocabula. b *de episcopo metropoleos sim.*: RVFIN. hist. 10, 6 p. 966, 15 -i episcopi ... auctoritas (AVG. coll. c. Don. 3, 16, 29 c. Emer. 1 p. 181, 3 LEO M. epist. 2, 1. *al.* AVELL. p. 58, 2. 9. *al.* EPIST. pontif. 665 Schwartz p. 25, 24 e. non solum -us sed etiam ... secundae sedis antistes. 930 SBMünch. 1940, 2 p. 14, 22 -is ⌊et micropolitanis⌋ (⌊⌋ *om. N*) e. CONC.S I 2 p. 32, 16 e. universis -is [*I 1, 1 p. 115, 27* ἐ. τῶν ἁπανταχοῦ μητροπόλεων]. *al.*). LEO M. epist. 10, 2 sacerdotibus. 14, 1 antistes AVELL. p. 392, 21. CONC.S II 2, 2 p. 59, 3 [*II 1, 2 p. 161, 33* ὁ τῆς μητροπόλεως ἐπίσκοπος]. PELAG. defens. 6 p. 61, 28 pontifex.

B *m. pro subst. i. q. episcopus metropoleos*: HIER. c. Ioh. 37 debitum -o tuo honorem (*cf.* AVELL. p. 671, 15 EPIST. pontif. 555 Thiel Hil. 8, 3, 5. *al.*). Ps. HIER. epist. 12, 6 p. 156A. RVFIN. hist. 10, 6 p. 967, 4 auctoritas ... -i (AVELL. p. 333, 15. CONC. Rom. a. 502 p. 447, 22 antistitisve. *cf.* AVELL. p. 376, 14 iure [388, 9]. VITAE patr. Iurens. 1, 5 p. 135, 5 privilegium. VINCENT. LER. 31, 42 tot numero sacerdotes, paene ex maiore parte -i. LEO M. epist. 6, 4 p. 618C quisquis ... a -is episcopus fuerit ordinatus. 6, 6 provinciarum (EPIST. pontif. 562 Thiel Hil. 12, 1 CANON. Turner I 1, 2 p. 200 rec. VII. CONC.S II 3, 2 p. 95, 4 [p. 97, 31 dioecesis. *II 1, 3 p. 118, 6* μητροπολίτας τῶν διοικήσεων]. *al.* SIDON. epist. 7, 9, 25. *al.*). AVELL. p. 58, 4. 340, 14 *opp.* patriarchae (IVLIAN. epit. novell. 6, 31). 563, 12 Epiri -us (EPIST. pontif. 784 Alc. Avit. epist. 42 p. 72, 5. *cf.* VICT. VIT. 1, 23 Aquitanae civitatis. *al. sim.* CONC.S II 3, 2 p. 99, 1 Meletenus). *al.* EPIST. pontif. 555 Thiel Hil. 8, 2, 4. *al.* RVSTIC. Conc.S I 4 p. 40, 38. *al.* SIDON. epist. 7, 5, 3. 7, 9, 6. 14 sibi assumere -um de religiosa congregatione dissimulat. NOVELL. Iust. 11 pr. non solum -us sed etiam archiepiscopus. IVLIAN. epit. novell. 6, 25 sin ... -us non fuerit, sed cuiusdam municipii episcopus. *al.*
cf. Onom.

mētropolīticus, -a, -um, μητροπολιτικός. *i. q. ad sedem metropolitae vel ad metropolitam pertinens*: CONC.S II 3, 3 p. 70, 1 Nicaenae civitati praebuerunt -um ius (p. 74, 18 -um provinciae suae ius. NOVELL. Iust. 31, 2, 1 [-polico *trad.*, *Schöll*]. 131, 4 episcopi, quibus ... -um [*vulg.*, -policum *Schöll*, *gr.* μητροπολικόν *v. l.*] ius praestitum est.

×**metrum** *et* ×**metron**, -ī *n.*, μέτρον. *de orig.*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 206, 5 *dictum* quod veluti mensuram quandam praestituat (*cf.* ISID. orig. 1, 39, 1 *et v. p. 899, 2*). VIRG. gramm. epit. 3 p. 13, 3 H. -um ex meta nomen accepit. -on: BASS. gramm. VI 261, 25. *al.* FORTVN. gramm. VI 282, 8. 13 CHAR. gramm. p. 377, 16. 17. 27 B. DIOM. gramm. I 474, 13. 513, 1 PROB. *p. 899, 25*. *metro probatur*: TER. MAVR. 310. *al.* *litt. gr.*: QVINT. inst. 9, 4, 45 *p. 899, 69*. *prior syll. mensuratur tamquam longa*: TER. MAVR. 279. 310. *al.* AVSON. 410, 1 p. 268 P. 413, 11 p. 271 PHOC. carm. de Verg. 20 VEN. FORT. 8ies. *al.* *brevis*: TER. MAVR. 1621. 1631. *al.* AVSON. 193, 3 p. 51 P. NOT. Tir. 90, 52 (*post modium*). *de notione* (*cf. etiam p. 899, 34*): MAR. VICTORIN. gramm. VI 51, 6 -um ... bifariam accipiemus, nam aut (*cf. p. 899, 39*) poeticum -um est aut (*cf. p. 899, 23*) bioticum (*cf.* DIOM. gramm. I 474, 9 b. -um est aut p. aut commune). 51, 20 *pedes* -a eodem modo Graeci [*R.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nominant sicut et illa, quibus metimur *eqs.* 206, 3 -um quid est? rei cuiusque mensura (*cf.* Avg. mus. 3, 1, 2 mensio vel m. Explan. in Don. gramm. IV 522, 14 Avdax gramm. VII 331, 13 Isid. orig. 16, 26, 9. Gloss.^{L} VAa M 340 -um: m.). Gloss. -um: modium. *leg. inde a* Varrone, Vitr. *in tit. librorum*: Bass. gramm. VI 255, 5 Ter. Mavr. (*cf. et* Pomp. gramm. V 242, 34. 243, 1). Sacerd. gramm. VI 496, 3. 500, 5 Fortvn. gramm. VI 282, 7 Mar. Victorin. gramm. VI 50, 4. Serv. gramm. IV 456, 1 de centum -is. Max. Victorin. gramm. VI 216, 2 de ratione -orum. Bass. gramm. VI 266, 17 de ... Horatii -is (Diom. gramm. I 518, 25 Serv. gramm. IV 468, 1). Rvfin. gramm. VI 554, 3 in -a Terentiana (*cf.* Prisc. gramm. III 418, 1). *praeterea scripserunt de -is*: Ennius (Svet. gramm. 1), Cornelius Epicadius (Mar. Victorin. gramm. VI 209, 9), Lactantius (Mar. Victorin. gramm. VI 209, 12 Epist. pontif. 253 Hier. epist. 35, 2, 1), Albinus (Mar. Victorin. gramm. VI 211, 23). [*venet.* miero, *pedem.* meder. *M.-L.*]
[*dub.*: Ivvenc. 2, 140 *v. p. 894, 75.* Prisc. gramm. III 266, 20 -i causa (‘*num* e metrica c.?’ *Keil*).]

i. q. **mensura**: A *generatim*: 1 *de instrumento, quo metimur*: CIL X 6017 (*Minturnis, s. I a.; in mensa ponderaria*) ex S. C. pondera et -a exaequaverunt. *generalius de qualibet re ad metiendum apta:* Itala Matth. 7, 2 (Hier. hom. Orig. in Ier. 4 p. 623^{C}) quo -o mensi sunt (*cf. p. 763, 47*). 2 *de quantitate, quae mensuratur*: Mar. Victorin. gramm. VI 51, 7 bioticum (*cf. p. 898, 83*) -um est, quod in usu vitae et humana conversatione taxatur *eqs.* 51, 33 omne -um in eo quo metimur numero finitum est ut decempeda. Prob. Verg. georg. 2, 37 ut unum -on vini viginti etiam -a sustineat aquae. Rvfin. hist. 3, 6, 3 mercati sunt unum -um (μέτρον) ... frumenti. *in lusu verborum*: Avg. c. acad. 2, 4, 10 p. 31, 5 ne te -a (*ad B 2*) ista volventem non solum in epulis sine (*cf. p. 769, 18 sqq.*) -o sed etiam in quaestionibus patiar.
3 *i. q. moderatio?*: Ivlian. Aecl. in Iob 18, 1 p. 371, 12 nec disciplinam -i sancti Iob plena amaritudinis verba ... servasse (*cf. postea:* indisciplinationem conqueritur).

B *speciatim structurarum verborum, versuum*: 1 *usu sollemni*: a *generalia quaedam: definitiones* (*cf. etiam p. 898, 83*): Ps. Cens. 13, 1 -a graece latine numeri vocantur (Serv. Aen. 11, 599). Fortvn. gramm. VI 282, 8 -on est conceptio certis et legitimis pedibus expedita. Mar. Victorin. gramm. VI 50, 4 -um est compositio pedum ad certum finem deducta seu dictionum quantitas et qualitas pedibus terminata vel rhythmus modis finitus. 51, 12 poeticum ... -um, quod a poetis per syllabas pedum et versus figuratur, ... intellegetur modis quattuor *eqs.* Diom. gramm. I 474, 2 sqq. Explan. in Don. gramm. IV 522, 20 Avdax gramm. VII 332, 1. *de circumscriptione -i* (*cf.* Diom. gramm. I 474, 13 -on [-um *M*] id est mensura temporis certa): Sacerd. gramm. VI 493, 2 oratores monosyllabo struxere verbo, cum una syllaba -um non sit (*aliter l. 51*). Cledon. gramm. V 30, 7 litterae syllabam faciunt, syllabae pedes, ⟨pedes⟩ -a (*cf. l. 55*). Fortvn. gramm. VI 282, 9 dicitur ... et unus pes -um (*cf. p. 898, 84 et* Mall. Theod. gramm. VI 586, 15) ... et una συζυγία (*cf. l. 52*) ... similiter et versus unus (*cf.* Mar. Victorin. gramm. VI 51, 23), unde ‘trochaicum -um’ dico et ‘paginam -a habere decem’, cum versus eius numero. 282, 13 unam quoque syllabam -on dixerunt (*cf. l. 54, aliter l. 45*) ..., ergo et syllaba ... et pes ... et συζυγία ... et comma vel colon (*cf.* Mar. Victorin. gramm. VI 52, 15) ... -a dicuntur. Mar. Victorin. gramm. VI 50, 6 prima ... -a sunt syllaba brevis ⟨et⟩ longa: ex his enim metimur ipsos pedes ac rursus ex pedibus -a et deinceps de -is carmina (*cf. etiam* 51, 29. 32. 52, 14 sqq.). Schol. Hor. ars 252 duos iambos -um vocari. *discernitur a versu* (*aliter l. 48*): Mar. Victorin. gramm. VI 56, 13 versus ... distat a -o, quod in versu statim auditur et -um, in -o autem non statim versus. Avg. mus. 3, 2, 3. 5, 1, 1. *de usu in oratione*: Sacerd. gramm. VI 492, 28 multi credunt *structuras* -o debere constare, quorum opinioni non libenter consentimus. 493, 27 nulla oratio sine -o constat. Diom. gramm. I 468, 5 neque rhythmis neque -is oratorem uti decet. *de differentiis inter rhythmum et -um*: Diom. gramm. I 513, 2 Varro dicit inter r. ... et -um hoc interesse, quod inter materiam et regulam. Bass. gramm. VI 264, 21 si fluat eodem numero, r. non -um fiat (*cf.* 265, 6 Ter. Mavr. 1631 Diom. gramm. I 513, 1 Mall. Theod. gramm. VI 586, 3. 589, 25. *v. etiam l. 73*). Qvint. inst. 1, 4, 4. 9, 4, 45 omnis structura ac dimensio et copulatio vocum constat aut numeris ... aut -οις id est dimensione quadam. 9, 4, 46 numeri spatio temporum constant, -a etiam ordine ideoque alterum esse quantitatis videtur, alterum qualitatis. 9, 4, 50 discrimina, quod r. libera spatia, -is finita sunt (*cf.* Ter. Mavr. 1632. *al.*) et his certae clausulae, illi quo modo coeperant currunt usque ad μεταβολήν (*cf. l. 65*) ... et quod -um in verbis modo, r. etiam in corporis motu est. 9, 4, 51 Fortvn. gramm. VI 282, 17 Mar. Victorin. gramm. VI 41, 28. 206, 11. Char. gramm. p. 377, 13 B. -a quamvis alia sint positione, ... rhythmorum partibus sunt enumeranda. p. 377, 16 sqq. Diom. gramm. I 468, 1. 474, 5 Mart. Cap. 9, 969. *al.* *de -i necessitate*: Pavl Fest. p. 82, 7 exim -i causa dicitur pro exinde (Porph. Hor. epod. 16, 59/60 Char. gramm. p. 366, 3 B. *al.* Diom. gramm. I 440, 29. *al.* Serv. ecl. 5, 36. *al.* Clavd. Don. Aen. 8, 85 p. 127, 1 -orum c. *al. cf.* Gell. 4, 17, 9 -i gratia [Diom. gramm. I 443, 15]. Serv. ecl. 8, 75 propter [*cf. l. 84*] -um [*al.* Adnot. Lucan. 8, 796. Cassiod. gramm. VII 206, 7 propter -a. *al.*]). p. 153, 1 propter (*cf. l. 82*) necessitatem -i (Qvint. inst. 1, 6, 2. 8, 6, 17 Plin. epist. 7, 9, 14 Vel. gramm. VII 81, 1 Prob. inst. gramm. IV 124, 35 Serv. georg. 1, 193. *al.*). Qvint. inst. 1, 8, 14 servire -o coguntur *poetae*. Plin. epist. 3, 14, 8 -i lege (Ter. Mavr. 339. 1621. Avson. 193, 3 p. 51 P. l. -orum [*opp.* prosis modis]. *al. cf.* Phoc. carm. de Verg. 20 compede -i. Mar. Victorin. gramm. VI 56, 7 -o cogente. Avson. 410, 1 p. 268 P. -um sic suasit. Serv. Aen. 8, 642 contra -um. *al.* Prvd. perist. 4, 162 renuente -o. Avg. civ. 19, 23 p. 393, 18 D. non stante -o. *al.* *varia*: Vitr. 5 prooem. 1 poematorum ... -a et pedes. Bass. gramm. VI 271, 3 ut quodcumque -um novum aliquis se invenisse iudicarit, ad haec (*sc. hexametrum et trimetrum*) ... utique referatur, cum omnia -a varientur aut adiectione aut detractione aut concinnatione aut permutatione (*cf.* Ter. Mavr. 1596 sqq. Mar. Victorin. gramm. VI 50, 24. 52, 19). Qvint. inst. 1, 5, 28 ut -i ... condicio mutet accentum (*affert Aen. 1, 384*). 9, 4, 49 -orum ratio (Prob. inst. gramm. IV 50, 35. *al.* Serv. Aen. 1, 203. *al.*). 9, 4, 84 quamvis ... in -is omnes breves omnesque longae inter se ipsae sint pares (*cf.* Vel. gramm. VII 54, 7 in -o. Prob. inst. gramm. IV 49, 35 in -is sive structuris. *al. v. etiam infra l. 41*). Plin. epist. 1, 16, 6 Terentium -o solutum (*cf.* Rvfin. gramm. VI 564, 20 -o carere. Prisc. gramm. III 31, 9 tam a poetis quam a sine -o scribentibus [*al.*]). 7, 4, 7 plura -a ... temptavi (*cf.* 8, 21, 3. Svet. gramm. 23 variis. Hier. epist. 53, 8, 16 diversis. Pavl. Nol. carm. 21, 85 multimodis). Gell. 4, 17, 7 -um ... integrum. Porph. Hor. ars 274 -a digitis ⌊ob aures ferimus⌋ (⌊ ⌋ *Petschenig*, ab aura serimus *V*). *al.*

b *de generibus -orum* (*cf. etiam l. 10 et 46*): Ter. Mavr. 2219 -on ipse (*sc. iambus*) copulat trochaeicum (*cf. vol. III 1021, 26* [choriambicum]. *VII 1, 130, 27* [iambicum]). *al.* Porph. Hor. epist. 2, 2, 92 genera -orum principalia (Fortvn. gramm. VI 283, 4 -a p. quae a Graecis prototypa ... dicuntur. Diom. gramm. I 500, 20. 501, 13 Serv. gramm. IV 457, 18 Cassiod. var. 2, 40, 9. *cf.* Sacerd. gramm. VI 500, 7 generalia [Mar. Victorin. gramm. VI 53, 12 Prisc. gramm. III 459, 8]. Fortvn. gramm. VI 283, 14 originalia. Avson. 335, 48 p. 199 P. novem naturalia -a [Pomp. gramm. V 125, 12]). Sacerd. gramm. VI 500, 6 -orum alia sunt simplicia alia composita (Mar. Victorin. gramm. VI 53, 13). Mar. Victorin. gramm. VI 50, 10 species ... -orum sunt quattuor *eqs.*

2 *usu liberiore*: a *i. q. versus, systema, strophe* (*cf. p. 899, 8 sqq. 48 sq.*): Sacerd. gramm. VI 500, 31 alia ... -a per syzygian vel dipodian scanduntur (Mar. Victorin. gramm. VI 53, 18). Avson. 413, 11 p. 271 P. novorum -a iunxisti pedum (*cf.* Serv. gramm. IV 425, 36 pedes -i cuiusque [Sidon. epist. 4, 3, 8 -orum]). Serv. Aen. 1, 451 in -o ..., in prosa (*cf.* Pomp. gramm. V 254, 1. 283, 35 *opp.* in soluta oratione). Avg. c. acad. 2, 4, 10 de istis -is cogitantem (*cf. et p. 899, 28*). Alc. Avit. epist. 51 p. 80, 27 -is distinctionis non quantae volebatis inventis. Ivnil. 1, 9 -is hebraicis ... conscribuntur. *al.* *de certis quibusdam versibus vel strophis* (*de eorum appellationibus cf.* Fortvn. gramm. VI 283, 7 Mar. Victorin. gramm. VI 50, 33 Serv. gramm. IV 457, 18): Bass. gramm. VI 260, 12 de priapeo -o (Sacerd. gramm. VI 510, 12. *al.*). 261, 18 Varro ... Phalaecion -um ionicum trimetrum appellat. 263, 22 de Philicio -o. Philicius versus *eqs.* (*cf.* 264, 17. *al.*). 266, 25 hoc -um tria cola habet. *al.* Mart. 4, 6, 4 compositos ... -o Tibulli ... libellos (*cf.* Porph. Hor. epist. 1, 19, 29 Alcaei. *al.*). Ter. Mavr. 310 trochaeicum (Prisc. gramm. II 228, 10). Porph. Hor. epist. 2, 1, 20 Saturnio (Serv. georg. 2, 385). Sacerd. gramm. VI 516, 26 in Sapphici -i (*i. strophae*) conclusione. 540, 6 Sotadeum. 545, 16 asynarteta -a. *al.* Diom. gramm. I 494, 21. *al. v. etiam vol. I 990, 49 sqq.* (Aeolicum). *II 13, 79* (Anacreonteum). *17, 13* (anapaesticum). *44, 54* (angelicum). *457, 84* (Archilochium). *1661, 67* (bacchiacum). *V 1, 2, 44* (dactylicum). *V 2, 339, 11* (elegium). *340, 19* (elegiacum). *VI 2660, 51* (heroicum). *VII 1, 130, 32* (iambicum). b *i. q. carmen*: Porph. Hor. carm. 4, 2, 10 hoc -o (*sc. dithyrambis*) canit Pindarus. ars 83 de lyrico carmine loquitur, quo -o scribunt⟨ur⟩ ... heroum laudes. Diom. gramm. I 477, 23 modulationem poematum sive -orum compositioni accommodatam (Virg. gramm. epist. 3 p. 148, 30. 149, 14 H.). Cypr. Gall. (?) cena 200 Asaph -a concinebat (*cf.* Cassiod. var. 9, 21, 3 -um ... decantare. Ven. Fort. carm. 9, 7, 5 -a quae Sappho cecinit decenter. Virg. gramm. epit. 4 p. 13, 9 H. -orum cantilenas). Ven. Fort. carm. 9, 6, 9. 13 cum -o mitto libellum. *al.* *nota abundantiam*: Schol. Cic. Bob. p. 165, 8 de consulatu suo scripsit poetico -o.

deriv.: metraliter.

metticus, -a, -um. *orig. inc.* *genus vitium*: Colvm. 3, 2, 27 *amplitudine uvarum fertiles vites* ut -a (mer- *Schneider*) ut Rhaetica. Plin. nat. 14, 35 tolerat et annos -a (mer- *Broter*) ... nigro acino. *R.*

metūculōsus, -a, -um. [*a* metus, *cf.* perīculōsus; *v. Stolz-Leumann*[5] *231. J. B. H.*] *de origine et scriptura*: Prisc. gramm. II 138, 27 notandum, quod a ‘metu’ ‘meticulosus’ (-uc- *plurr. codd.*) fit. *scribitur (et editur) post* Plavtvm *fere ubique per* -ic-; *per* -uc-: Plavt., Vlp. dig. 4, 2, 7 pr. P^{a} (-i- *Mommsen*). Qverol. p. 46, 1 *L* V^{2} *P* (-i- V^{1}, *Peiper*). Gloss. *per* -col-: Plavt. Most. 1101 (C^{2}, *Prisc. H*). Rvfin. Greg. Naz. orat. 1, 92, 1 *O.* *legitur post* Plavtvm *inde ab* Apvl.
[*e coni.*: Cael. Avr. acut. 1, 15, 133 ⌊metu periculosa⌋ (⌊ ⌋ -a *Drabkin*) atque cauta differentia curationis (*item* 1, 15, 134, *ubi P. Schmid censet legendum* periculosa). *cf. etiam p. 901, 25 et Vietmeier, Cael. Aur. als Übersetzer ..., Münster 1937 p. 50.*]

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

i. q. metus plenus: **1** *active i. q. metuens, timidus, anxius* (GLOSS. timidus vel metu plenus): **a** *de animantibus*: *α pro adi.*: PLAVT. Amph. 293 nullust hoc -us aeque. APVL. flor. 2 p. 9 leporem. ITALA deut. 9, 19 (Hier. in Is. 54, 14 p. 526[B]) tremens sum et -us (*ἔκφοβος, Vulg.* timui). Os. 7, 13 (Hier. ad l. p. 880[A]) -i . . . sunt (*δειλαῖοι*). LACT. mort. pers. 9, 6 SVLP. VICT. rhet. 35 p. 333, 9 DON. Ter. Eun. 801 QVEROL. p. 46, 1 AMBR. Ioseph 5, 23 p. 89, 9 HEGES. 3, 8, 3 p. 200, 25 U. 5, 53, 1 p. 414, 14 RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 92,1. 8, 13, 1 AVG. c. Iul. op. imperf. 6, 16 p. 1538[in]. SALV. eccl. 2, 67 DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 14 p. 370[A]. *accedunt struct.*: *gen.*: AMBR. Abr. 1, 3, 19 non divitias ut avarus exposcit, non longaevitatem istius vitae ut -us mortis. *dat.* (*cf. p. 905, 27*): AMBR. hex. 6, 6, 37 p. 228, 18 naturae . . . haec potentia est, ut terribilia aliis aliis -a sint (*an ad 2, sc. 'quae aliis terrorem iniciant, ab aliis metuantur'?*): . . . formidabilis tauris helefantus murem timet. *ad*: RVFIN. hist. 6, 41, 11 et ad moriendum et ad sacrificandum (*dis*) iuxta -i videbantur (*δειλοὺς . . . πρός*). *β pro subst.*: VLP. dig. 4, 2, 7 pr. si quis -us rem nullam frustra timuerit. ITALA Is. 35, 3 (Hier. ad l. p. 375[B]) dicite . . . -is 'confortamini' (*ὀλιγόψυχοι, Vulg.* pusillanimis). IVL. Aug. c. Iul. 3, 1, 5[in]. **b** *de rebus*: ARNOB. nat. 5, 28 p. 199, 12 admiratus res tantas . . . -a (*i. curiosa; cf. p. 910, 60*) observatione custodi. RVFIN. Orig. in num. 9, 1 p. 56, 7 sermonibus. AVG. epist. 28, 6 p. 113, 13 -am potius . . . in me quam iustam tulisse sententiam. CAEL. AVR. acut. 1, 15, 131 *curationis* duplicem . . . differentiam: unam -am (*i. cautam; cf. p. 900, 81*) . . ., aliam vehementem atque periculosam. PS. FVLG. RVSP. serm. 44 p. 908[D] corde.
2 *passive i. q. metuendus* (GLOSS. metuendus. timendus): PLAVT. Most. 1101 nescis quam -a res sit ire ad iudicem? AVG. conf. 1, 14, 23[extr.] maiorem habere vim ad discenda ista liberam curiositatem quam -am necessitudinem. -*um est c. acc. c. inf.*: PS. HIER. epist. 5, 8 p. 72[B] -um est Christianum militem velle . . . in tranquillo consistere.

metuendus *v. p. 906, 47.* **metuēns** *v. p. 906, 4.*

metuitus, -ūs *m.* *a* metuere, *cf.* timetus. *i. q. metus*: ITALA Hebr. 12, 28 (cod. d) cum -etu et verecundia (*μετὰ εὐλαβείας καὶ δέους, Vulg.* cum metu et reverentia). *cf. ibid. 2, 15* timetu.

Bulhart.

1. mētula, -ae *f.* *a* meta. [*pedem.* meglia. *M.-L.*] *i. q. parva meta* (*notione p. 863, 42 allata*): PLIN. epist. 5, 6, 35 (*in descriptione hippodromi*:) alternis -ae surgunt, alternis inserta sunt poma *eqs.*

Dittmann.

2. metula *v. s.* mentula (*p. 782, 43*).

*metuo, -i, -ūtum (*p. 906, 79. cf. l. 49*), -ere. [*a* metus. *J. B. H.*] *de origine*: VARRO ling. 6, 48 -ere a quodam motu animi, quom id, quod malum casurum putat, refugit mens (*cf.* 6, 45). *scribitur* mae-: CE 700 (*a. 518*). INSCR. christ. Diehl 4924. *de formis*: PRISC. gramm. II 372, 1 inconcinna vel turpia vel aspera prolatu videntur esse 'metuturus' vel 'metuiturus'. 421, 5 '-ere -isse' deficit futuro (*sc. inf.*). 505, 21 secundum analogiam 'metutum' vel 'metuitum' . . . debet facere, sed in usu ea non inveni. *p. p. p.* -ūtum: LVCR. 5, 1140 (*v. p. 906, 79*). *fut.* -ebit: ITALA Sirach 18, 27 (Ps. Aug. spec. 38 p. 468, 6). -ebitis: ITALA Ioh. 16, 23 (cod. e) in illa die nihil -ebitis (*errore interpretis; LXX ἐμὲ οὐκ ἐρωτήσετε οὐδέν*). *inf. praes. pass.* -uīrī *corrupte trad.* MOD. dig. 20, 1, 26, 1. *de notione* (*cf. l. 44*): VARRO ling. 6, 73 quod non volt si *fieri* putat, -it. GLOSS. *φοβοῦμαι*. timere. *discernitur inter* -ere, vereri, timere (*cf. etiam p. 907, 9*): DON. Ter. Andr. 496 veretur liber, -it servus (*cf. p. 902, 74*). Phorm. 118 -imus . . . eos, qui nos amant, timemus etiam inimicos. *pro* -ere *saepius* timere *eadem vi notionis ponitur* (*cf.* SERV. Aen. 1, 61 'id -ens' timens): PLAVT. Most. 1145 fac ego ne -am, ut tu meam timeas vicem. ˚CIC. *v. p. 902, 35. 67.* LVCR. *v. p. 902, 81.* SEN. contr. *v. p. 904, 27.* SEN. Oed. 993. Tro. 610 auspicia -unt, qui nihil maius timent. benef. 4, 19, 1 dial. 4, 11, 2 nat. 6, 2, 1 epist. 30, 10. *al. cf. p. 907, 47.* *quotiens apud singulos scriptores voces* metus timor, -o timeo *inveniantur, ex tabula infra proposita elucet. ubi voces sive* timor *sive* timeo *frequentiores sunt quam sive* metus *sive* -o, *id numeris inclinatis significavimus.*

	metus	timor	metuo	timeo		metus	timor	metuo	timeo
PLAVT.	32	5	154	35	VERG.	39	12	23	18
TER.	20	3	37	30	HOR.	11	6	47	33
RHET. Her.	6	3	8	4	TIB.	*2*	*4*	*1*	*8*
CIC. orat.	208	67	*127*	*145*	PROP.	*5*	*16*	*4*	*15*
rhet.	20	8	9	7	OV.	117	89	*64*	*202*
phil.	123	39	*48*	*75*	LIV.	325	74	*54*	*142*
epist.	*33*	*48*	*65*	*122*	MANIL.	3	2	12	9
PVBLIL.	7	4	*8*	*23*	VITR.	*1*	*11*	2	—
LVCR.	18	10	14	12	SEN. rhet.	12	2	*11*	*113*
CAES.	*14*	*73*	—	*44*	VELL.	18	2	*3*	*16*
SALL.	69	13	20	12	VAL. MAX.	37	8	*5*	*14*
NEP.	—	*9*	*2*	*9*	CELS.	37	7	*3*	*18*

	metus	timor	metuo	timeo		metus	timor	metuo	timeo
SEN. trag.	75	46	*43*	*142*	MART.	4	3	*18*	*48*
phil.	138	84	*42*	*271*	QVINT. inst.	48	8	*5*	*38*
OCTAVIA	18	—	4	—	decl.	38	7	*3*	*69*
CVRT.	69	2	*20*	*33*	IVV.	4	1	*11*	*19*
LVCAN.	37	23	*37*	*80*	TAC.	206	16	53	44
PETRON.	11	4	*1*	*28*	PLIN. min.	44	15	*4*	*39*
PLIN. nat.	36	2	*10*	*29*	SVET.	37	2	12	6
VAL. FL.	55	12	*13*	*16*	FLOR.	14	1	*3*	*12*
SIL.	42	17	27	23	AMM.	88	26	64	39
STAT.	65	38	*24*	*75*	VVLG.	*16*	*208*	*42*	*500*

in ITALA *aliquotiens est* -ere, *cum Vulg. habeat* timere (*gr. ubique φοβεῖσθαι*): psalm. 33, 10 (Firm. err. 18, 5). Is. 50, 10 (Tert. adv. Marc. 3, 17 p. 405, 21). 51, 7 (*ibid.* 4, 14 p. 462, 20). Matth. 1, 20 (Cypr. testim. 2, 7 p. 72, 14 *et* cod. k). 10, 28 (Cypr. Fort. 5). apoc. 14, 7 (Firm. err. 28, 8). *cf. et p. 907, 12.* NOT. Tir. 43, 15[a] *inter* metus *et* pavet. *inde ab* ENNIO, PLAVTO. *a poetis formas stirpis perf. multo rarius usurpari quam verbi* timere *observavit Axelson, Unpoetische Wörter 127.* [*falso trad. pro*: meminisse: CATVLL. 64, 148. mutare: LVCR. 5, 854. intueri: SEN. suas. 2, 1. metere: PLIN. nat. 17, 185. *ex ci. restituitur pro*: mori: CIRIS 194. venire: GERM. 641. *falso pro* sperare: CIC. Att. 1, 13, 2. *saepe confunditur c.* timere: *v. Housman ad* MANIL. 4, 837. *corrupte* PLAVT. Mil. 1348. *loco contextus dubii*: PACVV. trag. 46. 75 callent dominum imperium (*Faber*, imperia *Mercerus*; domitum [domiti *Onions*] imperio *codd.*) -ere. AVR. VICT. Caes. 40, 21 filii segnitiem (*Mommsen*, -ae *Schott*, -e *codd.*) -ens.]

I ***sensu latiore*** *i. q. angi animo exspectatione mali, timere* (*notione debilitata* -o ne *i. q. dubito an: p. 903, 40*): **A** *abs.*: PLAVT. Trin. 1169 cruciatur cor mi et -o. Truc. 674 iam non ego sum truculentus, noli -ere (TER. Phorm. 556. *cf.* Eun. 786 ne -as). *al.* Acc. trag. 204 oderint, dum -ant. CIC. Phil. 2, 89 *syn.* timere (epist. 6, 4, 4 LVCAN. 5, 318. *cf. etiam l. 67*). Att. 8, 16, 2 *syn.* formidant. *al.* PVBLIL. M 51 -endum est semper, esse cum tutus velis. S 24 semper -endo sapiens evitat malum. HOR. sat. 2, 7, 68 evasti: credo, -es doctusque cavebis. epist. 1, 16, 66 qui -ens vivet, liber mihi non erit umquam. OV. met. 11, 426 tantum . . . dolebo, non etiam -am curaeque timore carebunt. *al.* LIV. 2, 12, 8 -endus magis quam -ens. 3, 65, 11 cavendoque, ne -ant, homines -endos ultro se efficiunt. *al.* SEN. dial. 4, 31, 5 ubi maxime gaudebis, maxime -es. *al.* LVCAN. 8, 495 semper -et, quem saeva pudebunt. *al.* *accedunt opp.*: CIC. Manil. 43 ut aut -ant aut contemnant aut oderint aut ament. de orat. 2, 185 ut aut oderint aut diligant . . . aut ant aut sperent (orat. 131 oderit diligat, . . . s. -at. Ov. am. 2, 19, 5 speremus pariter, pariter -amus. SEN. dial. 6, 17, 1 QVINT. inst. 7, 2, 37 HIER. epist. 22, 27, 4). VERG. Aen. 6, 733 hinc -unt cupiuntque (HOR. epist. 1, 2, 51 qui c. aut it. 1, 6, 12. 1, 16, 65).

B *indicatur, quid mali timeamus*: **1** *structuris nominalibus*: **a** *acc. simpl.*: *α pro subi. sunt animantia*: (I) *timentur animantia*: ENN. scaen. 402 quem -unt, oderunt; quem quisque odit, periisse expetit (OV. am. 2, 2, 10 quem -it quisque, perisse cupit). PLAVT. Most. 855 canem istam . . . aliquis abducat face, etsi non -enda est. 992 erum. *al.* TER. Eun. 433 -bant omnes iam me. *al.* CATO agr. 143 *uxor* te (*vilicum*) -at facito. LVCIL. 471. CIC. off. 2, 24 qui se -i volent, a quibus -entur, eosdem -ant ipsi necesse est. *al.* PVBLIL. I 26 inimicum quamvis humilem docti est -ere (*cf.* PHAEDR. 1, 28, 1). SALL. Iug. 72, 2 civis hostisque iuxta -ere. *al.* VERG. Aen. 4, 22 armenta leones. *al.* HOR. carm. 1, 26, 4 quis sub Arcto rex . . . -atur. *al.* OV. met. 13, 114 cur -aris. LIV. 22, 39, 20 omnia audentem contemnet Hannibal, nihil temere agentem -et. *al.* VAL. MAX. 2, 7 ext. 2 imperatorem potius quam hostem -i debere. SEN. Tro. 262 -entem deos nimium faventes. *al.* *accedunt syn. et opp.*: PLAVT. Pseud. 944 ob tuam . . . perfidiam te amo et -o (CIC. Att. 8, 13, 2 illum, quo antea confidebant, -unt, hunc amant, quem timebant. NEP. Dion 9, 5 qui se -i quam amari malunt). RHET. Her. 4, 22, 31 Alexandrum omnes maxime -erant, idem plurimum dilexerunt (CIC. Phil. 1, 33 -i a civibus tuis quam diligi mavis. off. 2, 29 Att. 8, 1, 4. 9, 13, 4 NEP. Timol. 3, 4) CIC. S. Rosc. 147 quem neque -ere potes neque odisse debes (Cluent. 169 Catil. 1, 13. 17 odit ac -it [Phil. 1, 33 LIV. 24, 1, 1]. Pis. 98). AFRAN. com. 34 malunt -i quam vereri se ab suis (RHET. Her. 4, 36, 48 quos aut v. aut -ere debemus. CIC. Cato 37 *Appium* -bant servi, v. liberi, carum omnes habebant). (II) *timentur res*: (A) *-imus praesentia*: TER. Phorm. 743 quid has -is fores? (*cf.* CIC. Sest. 133 ut meam domum -ret). VARRO Men. 558 fulmen (OV. trist. 1, 9, 21). CIC. Quinct. 1 gratia et eloquentia, quarum alteram . . . vereor, alteram -o (*seq.* pertimesco). dom. 44. *al.* CATVLL. 69, 6 *odorem alarum.* LVCR. 2, 49 sonitus armorum. 2, 56 veluti pueri trepidant atque omnia . . . in tenebris -unt, sic nos in luce timemus interdum *eqs.* SALL. Iug. 31, 14 eadem cupere, eadem odisse, eadem -ere. 85, 33 nihil -ere nisi turpem famam. HOR. sat. 1, 1, 93 pauperiem. *al.* (B) *-imus imminentia*: PLAVT. Truc. 879 ubi domi -es malum. *al.* CATO agr.

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

70, 1 si morbum -es, sanis *bubus* dato *eqs.* CIC. Verr. II 4, 65 non quo quicquam -ret aut suspicaretur (4, 66). II 5, 18 cum servorum bellum -retur. Pis. 65 sibilum. Mil. 52 Phil. 1, 25. 2, 92. Brut. 260 insidias. fin. 1, 55 si nihil tale -amus (Ov. trist. 5, 12, 67 LIV. 27, 31, 2 CVRT. 5, 4, 27. *cf.* SEN. suas. 4, 3 nihil [TAC. ann. 13, 44, 3. 15, 69, 2]). Att. 5, 21, 3 omnia (13, 10, 1 epist. 1, 5ª, 2 *syn.* timemus. Ov. met. 3, 281 EPICED. Drusi 156). 15, 16ᵇ pluvias (*cf.* COLVM. 9, 15, 8 cum iam -itur hiems). SALL. Iug. 79, 7 poenas (LIV. 2, 22, 2). *al.*

β *pro subi. sunt res* (*obi. homines: l. 11 sq. 15*): VARRO Men. 8 scapulae -unt virgidemiam. rust. 1, 8, 2 haec ubi domo nascuntur, vinea non -it sumptum (1, 13, 2 haec si . . ., furem . . . non -unt. 1, 22, 6 quae res cotidie videntur, minus -unt furem). 1, 14, 1 naturale saepimentum . . . praetereuntis lascivi non -et facem ardentem. VERG. georg. 2, 333 pampinus austros. Ov. met. 15, 812 trist. 3, 10, 69 MANIL. 5, 586 SEN. Oed. 791. dial. 7, 7, 3 loca aedilem -entia. COLVM. 10, 249. SER. SAMM. 925 triticeum -it granum *ille morbus.* PALLAD. ins. 130.

b *acc. dupl.*: CIC. Att. 9, 15, 3 -unt ut crudelem iratum. ad Q. fr. 3, 8, 6 Pompeium -it inimicum. PS. ANTON. or. frg. Quint. inst. 9, 3, 94 neque accusatorem eum -o . . . neque competitorem vereor. Ov. epist. 14, 95 LIV. 5, 26, 3 SEN. benef. 3, 17, 3 TAC. ann. 2, 64, 3. 4, 7, 1.

2 *structuris verbalibus*: **a** *enuntiatis c. coniunctione*: **α** *c.* ne (*selecta ex magna copia exemplorum. v. etiam p. 904, 12 sqq.*): ① *pertinet ad praeterita*: PLAVT. Asin. 286 -o . . . ne quam fraudem frausus sit (Cas. 304. 575 Mil. 429. Persa 478 ne . . . abiurassit. *al.* TITIN. com. 107 CIC. div. in Caec. 45 epist. 14, 12). Mil. 722 -rem ne ibi diffregisset crura (Pseud. 912 RHET. Her. 4, 51, 65). ② *pertinet ad futura*: -o *antecedit*: PLAVT. Curc. 684. *al.* Trin. 1170 -o, si . . ., ne *eqs.* (CIC. Verr. II 1, 68. 3, 121 Phil. 7, 18 Att. 6, 1, 5 epist. 16, 12, 4). TER. Eun. 140 si . . . non id -at, ne, ubi acceperim, sese relinquam (CATO orig. frg. 95ᵇ id -ere, ⟨ne⟩, si *eqs.* [CIC. Verr. II 4, 28 Rab. Post. 5 SALL. Iug. 61, 5 LIV. 2, 12, 4. 25, 27, 6 SEN. contr. exc. 10, 1 APVL. apol. 71. *al.*]. RHET. Her. 3, 21, 34 ni -remus, ne, cum . . . *eqs.* [CIC. Phil. 6, 9]). CIC. Tull. 56 a quo -isse se dicat ne ipse . . . occideretur (Pis. 99 quod -is ne accidat. Planc. 9 hoc quod tu -is, ne *eqs.* Att. 14, 17, 2 quo quidem -o ne . . . venerit). -o *sequitur*: PLAVT. Asin. 743 ne uxor resciscat, -it. Cas. 908 Cist. 235 Poen. 1163 CIC. Sull. 88 Att. 16, 12 HOR. sat. 1, 1, 99. 1, 2, 5. 1, 4, 32 Ov. met. 10, 56 LIV. 27, 28, 3. *al.* *impersonaliter*: AVG. civ. 1, 18 p. 29, 16 D. ne . . ., -itur. ③ *singulariter* (*cf. p. 902, 32*): CIC. Tusc. 4, 53 quamvis licet insectemur istos *Stoicos*, -o ne soli philosophi sint. **β** *c.* ne non (*praeter l. 41 pertinet ad futura*): -o *antecedit*: PLAVT. Cas. 575 -o, ne non sit surda atque haec audiverit. Truc. 556 LIV. 35, 25, 11 LVCAN. 7, 96. TER. Haut. 1017 -is, ne non, cum velis, convincas (CYPR. hab. virg. 17 p. 199, 15 ne, cum . . . venerit, . . . te non recognoscat). Ad. 217 -isti, si . . ., ne non *eqs.* CIC. ad Q. fr. 1, 3, 4 id ipsum, quod tu scribis, -bam, ne . . . non *eqs.* -o *sequitur*: PLAVT. Persa 686 *v. p. 904, 12.* **γ** *c.* ut (*pertinet ad futura*): -o *antecedit*: PLAVT. Bacch. 762 Curc. 464 Mil. 355 Most. 465 Persa 319 TER. Andr. 914 Hec. 257 Ad. 627 LVCIL. 698. 956 CIC. Planc. 96. HOR. sat. 1, 4, 32 ne . . ., -ens aut . . . ut. -o *sequitur*: HOR. sat. 2, 1, 61. *nota* ut *pro* ne (*cf. p. 909, 46*): IVL. VAL. 1, 4 p. 6, 19 -o ut ista cessaverint. **δ** *c.* quin: PLAVT. Amph. 1106 divinitus non -o q. meae uxori latae suppetiae sient. **ε** *c.* quod (*cf. p. 909, 48*): GREG. TVR. Franc. 3, 15 p. 113, 9 nec -o, q. repperire possit similis mei in hac scientia.

b *nudo coniunctivo*: VEN. FORT. carm. 5, 6, 6 -ens, si . . ., res periret.

c *enunt. interr.* (*cf. p. 909, 49*): PLAVT. Truc. 809 matres duas habet et avias duas: iam -o, patres quot fuerint. TER. Haut. 569 -i, quid futurum . . . esset (720 -o, q. agam. CIC. Phil. 11, 39 non tam veteranos -endos nobis arbitror, quam q. *eqs.* HOR. epist. 2, 2, 191. PORPH. Hor. epist. 2, 2, 183 -ens, q. de me heres sentiat et utrum me mortuum vituperet necne). Eun. 758 -o, qualem tu me esse hominem existimes. IVL. VAL. 3, 40 p. 148, 14 -bat . . ., ecquid (*Kübler*, et quod *codd.*, ne quid *Müller*) . . . temere consultasset.

d *inf., acc. c. inf., nom. c. inf.*: **α** *inf.*: *verborum dep. vel pass.*: HOR. carm. 3, 14, 15 nec tumultum nec mori . . . -am tenente Caesare terras (NICET. symb. 12 p. 51, 12. *cf.* SEN. Med. 274 bella . . . pati). SEN. Herc. f. 601 pollui. dial. 9, 17, 1 deprendi (AMBR. Nab. 12, 50). PLIN. nat. 28, 19 defigi diris precationibus nemo non -it. SIL. 7, 471 -it dubitasse videri. HIL. in Matth. 21, 10 p. 1039ᴮ convinci. AMBR. hex. 6, 8, 49 p. 241, 4 expugnari ab hoste. *al.* *act.*: CVRT. 8, 7, 9 non producitur, . . . quia liberam vocem innocentis audire -is. MART. 14, 111, 1 frangere dum -is, franges crystallina. TERT. spect. 2 p. 2, 18 aliquid amittere (AVG. enchir. 22, 81 POMER. 3, 31, 15. *cf.* PAVL. NOL. carm. app. 1, 76 perdere). OPTAT. 4, 7 p. 112, 14. **β** *acc. c. inf.* (*cf. p. 909, 76*): CIRIS 427 prius vel sidera cursus mutatura suos quam te mihi talia . . . facturum -i. IVL. VAL. 1, 8 p. 16, 1 -it illum . . . derelinqui (*Hist. Alex. M. I p. 16, 9* ἐφοβήθη αὐτὸν ἀφεῖναι). SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 59, 5 conscientia mala, qua sibi eorum unusquisque -bant nudari ab aliquo, quae adpalam fieri . . . pertimescebant. HIL. in psalm. 68, 24 in Matth. 20, 3 PRISCILL. tract. 2, 53 p. 42, 11 QVEROL. p. 52, 8 SYMM. epist. 9, 53 AVG. epist. 149, 24 p. 369, 20 c. Pelag. 4, 8, 24 p. 548, 19 CONSVLT. 8, 6. VITA Caes. Arel. 2, 9 p. 328, 3 M. alia die, qua pallentes lucescere -bant (*i. cum metu solis ortum exspectabant*). *al.* *pertinet ad praeterita*: PS. CYPR. mont. 8 -entes factum esse terrae motum. **γ** *nom. c. inf.*: LVCR. 3, 773 an -it *anima* conclusa manere in corpore putri et domus aetatis spatio ne fessa vetusto obruat? LVCAN. 4, 719 hoc solum -ens incautus ab hoste timeri (*v. Fraenkel, Gnomon 2, 1926, 511*). SYMM. epist 3, 88, 1 -i . . . tibi . . . laetus videri (VEG. mil. 2 praef. p. 32, 16). FAVSTIN. trin. 7, 4 p. 79ᴮ -imus eorum damnationis participes inveniri. FAVST. REI. epist. 5 p. 185, 24 reprobus fieri -it. SERM. Corp. Vind. 21 p. 331, 5 COD. Iust. 11, 48, 12, 1. SVLP. SEV. dial. 2, 14, 4 quae futura -untur.

3 *struct. nominali cum verbali coniuncta*: **a** *forma* illud -o, ne (*cf. p. 905, 71*): PLAVT. Persa 686 ne non sat esses leno, id -bas (Pseud. 284 TER. Eun. 140. CATO orig. frg. 95ᵇ *v. p. 903, 30.* CIC. Verr. II 1, 111 Sull. 88. ad Q. fr. 1, 3, 4 *v. p. 903, 45*). Poen. 1378 illuc (CIC. epist. 14, 14, 1 illud). CIC. Verr. II 5, 75 crimen hoc. AMM. 28, 1, 52 -ens gravioris invidiae pondus, ne *eqs.* CLAVD. DON. Aen. 1, 560 p. 112, 2 -batur . . . res dura, ne . . . sequeretur Pygmalion. *adde*: ANON. Vales. 9, 43 Zenonem -entes, ne quid mali pateretur civitas. **b** *aliae formae*: TER. Haut. 808 nec quicquam magis nunc -o, quam ne *eqs.* (LIV. 25, 38, 15 nihil omnium nunc minus -unt hostes, quam ne *eqs.* 40, 17, 5 nihil aliud . . . quam ne *eqs.*). LIV. 25, 24, 10 non tam vim . . . hostium -ens, quam ne *eqs.* LVCAN. 8, 593 -ens non arma, sed ne *eqs.* VAL. FL. 1, 509 hoc -ens et ne *eqs.*

C *indicatur, cui timeamus*: **1** *dat.* (*v. etiam l. 38 sqq. 68 sqq. 76 sqq. p. 903, 79. al.*): PLAVT. Amph. 1113 -ens pueris, mihi formidans. Persa 536 -o mihi (Poen. 865 APVL. met. 1, 19. 3, 5. *cf.* SEN. contr. 1, 2, 3 etiamsi nos nobis non timeremus, tu tibi -ere deberes. PHAEDR. app. 8, 17 sibi quisque -it [APVL. met. 7, 7 AMM. 24, 6, 5]. SEN. Herc. O. 1955 sibi [TAC. hist. 1, 90, 2. 4, 84, 2 APVL. met. 5, 21. 25]). VERG. georg. 1, 186 inopi -ens formica senectae. Aen. 10, 94. HOR. sat. 1, 2, 131 cruribus. LIV. 3, 49, 5 vitae. 22, 9, 6 moenibus (SIL. 12, 14). 23, 16, 3. SIL. 9, 439 Mavors Scipiadae -ens, Tritonia Poeno. APVL. met. 2, 5. 5, 4 AVR. VICT. Caes. 16, 10 SCHOL. Cic. Bob. p. 84, 28. *al.* **2** *praep.* pro (*v. etiam l. 45. cf. p. 910, 2*): MANIL. 5, 606 -it pro vindice tali. CELS. 3, 11, 1 PETRON. 123 v. 231 PORPH. Hor. carm. 1, 14, 1. GREG. M. moral. 1, 13 p. 533ᴬ p. quibus de . . . cogitatione -bat. CIL III 7743 ⟨qui pro sua sal⟩ute -it.

D *indicatur, cui quid timeamus*: **1** *dat. et acc.*: ENN. ann. 279 -o legionibus labem. PLAVT. Asin. 111 nemo est, quem . . . -am mihi. Poen. 509 -i meo amori moram. AFRAN. com. 40 orbitatem tuae senectuti malam -i. RHET. Her. 2, 19, 28 *v. infra l. 69.* CIC. Verr. II 1, 141 pupillo . . . calamitatem. CATVLL. 84, 9 nec sibi postilla -bant talia verba. HOR. carm. 2, 8, 21 LIV. 1, 9, 5 PLIN. nat. 18, 284. 30, 82. *al.* **2** *dat. et* ne: AVG. civ. 1, 9 p. 15, 11 D. eisdem ipsis -it, ne deteriores ex hoc efficiantur. **3** *praep.* pro *et acc.*: SEN. Thy. 485 pro me nihil iam -o.

E *indicatur, qua de re timeamus, praep.* de (*cf. p. 909, 83*): **1** *non accedentibus aliis structuris*: CIC. Verr. II 1, 6 de absolutione istius neque ipse iam sperat neque populus R. -it. Att. 10, 4, 6 neque tam de sua vita quam de mea -it. Ov. met. 7, 68 TAC. ann. 4, 41, 1. APVL. met. 5, 23 de somni mensura -bat (*i. ne diutius dormiret*). TERT. ieiun. 9 p. 284, 20 de specie (*i. ut satis pulchra sit*). AMM. 15, 5, 23 de se -ens quisque. **2** *accedit acc.*: VAL. MAX. 4, 7 ext. 1 nihil se de amici constantia -ere (APVL. apol. 70). SEN. dial. 12, 3, 5. HIER. epist. 54, 13, 5 non quo de te sinistrum quid -am. **3** *accedit* pro: GREG. M. *l. 36.*

eius (*seq. descriptio*). DIOSC. 1, 3 de -u atamanticu. -u ... nascitur in Macedonia *eqs.* ISID. orig. 17, 8, 10 (*in cap.* 'de herbis aromaticis sive communibus') -u (*om. K*). *de herbis similibus*: DIOSC. 2, 109 sparagus ... quem multi ... mion appellant (*gr. 2, 125 μύον, μύιον, μύινον codd., ὄρμινον Wellm.*). PS. DIOSC. Vind. 3, 71 p. 82, 14 ἱππομάραθον· ... οἱ δὲ μίονμ. 3, 154 p. 161, 14 πήγανον ἄγριον· οἱ δὲ ὑπερικόν, ... οἱ δὲ μίονμ. 2 *de efficacitate* (*cf.* PLIN. nat. 1, 20, 94 -o Athamantico VII *medicinae*): PLIN. nat. 20, 253 DIOSC. 1, 3. THEOD. PRISC. log. 83 antidota diuretica ... ut est -u (109). CAEL. AVR. chron. 3, 5, 77 mandenda probaverunt ... -u vel asarum. ORIBAS. syn. 2, 5 La p. 96$^{in.}$ miu radix (myo rizae *Aa. cf.* 4, 20 Aa p. 23$^{in.}$ -u radices [RVF. podagr. 26]. *gr. utrobique* μῆον αἱ ῥίζαι). 2, 53, 1 La p. 118$^{in.}$ -u (mion *Aa*). 2 add. p. 145$^{med.}$ -u. *adhibetur in compositionibus medicorum vel mulomedicorum* (*cf.* GLOSS.^{L} I Ansil. ME 617 -u: species pigmenti): PLIN. nat. 20, 264 serpylli duum denariorum pondus, ... -i (*Cagnat e Galen. antidot. II 14*; mii *vel* mili *codd.*) tantundem (*inde* PLIN. med. 3, 37 p. 111, 18, *ubi* mellis *trad.*). PELAGON. 390 acori Pontici, -u[m] ... aequis ponderibus (*om. Hippiatr. I p. 433, 2. cf.* VEG. mulom. 3, 13, 3). CHIRON 820 -u pondo —. 831 -um p. II. MARCELL. med. 29, 12 mii X̶ VIIII (*cf.* THEOD. PRISC. log. 110 -u [MISC. Tir. p. 51, 11]). RVF. podagr. 27 -u ÷ III.

2. meum, -ī *n. v. s.* meus (*p. 920, 43*). R.

×**meus**, -a, -um *pron. poss.* [*ex *meios, cf. hethit.* -meš, *slavon.* мојь '*meus*'. *J. B. H.*] NOT. Tir. 7, 77. *al.* *inde a* LIV. ANDR. (*p. 915, 61. 83. 916, 19. 74. 922, 67*), NAEV., ENNIO. [*val.* mieu, *it.* mio, *francog.* mien, mon, *hisp.* mio, mi. *M.-L.*] [*in codd. est* -us *pro* eam (eum, eius): CATO orig. 109 CIC. dom. 31 har. resp. 5. *pro* tuus: CIC. Sull. 44 epist. 7, 33, 2. *pro* mecum: PACVV. trag. 210. *dub.*: NAEV. com. 7 ENN. trag. 299. *al.*]

CONSPECTVS MATERIAE

caput primum: de scriptura, formis, prosodia: I *de scriptura et sonis* (maeus, mehus, mius, mus): *infra l. 50.* II *de declinatione*: A *in univ.*: *p. 914, 11.* B *de voc.*: 1 mi: *p. 914, 28.* 2 meus: *p. 914, 61.* III *de gradatione*: *p. 915, 40.* IV *de prosodia*: *p. 915, 46.*

caput secundum: de significatione: I *adi.*: A *in univ.*: *p. 915, 59.* B *colores notabiliores*: 1 *c. vi atque pondere prolatum*: *p. 916, 5.* 2 *sine vi atque pondere prolatum*: *p. 916, 46.* C *vi significanti*: *p. 919, 38.* II *subst.*: A *masc. et fem.*: *p. 919, 63.* B *neutr.*: *p. 920, 43.*

caput tertium: syntactica et stilistica: I *syntactica*: A *de condicionibus syntacticis, quae intercedunt inter subst. et pron.*: -us *fungitur vice gen.*: 1 *subi.*: *p. 921, 12.* 2 *obi.*: *p. 921, 20.* 3 *part.*: *p. 921, 59.* B *c.* esse *sim. et* fieri: *p. 921, 61.* C *attr. alternat c. gen.*: *p. 921, 80.* D *forma* quid -a (refert)?: *p. 922, 6.* E *de congruentia*: *p. 922, 12.* II *de collocatione*: *p. 922, 61.* III *alia stilistica*: *p. 926, 45.*

caput primum: de scriptura, formis, prosodia:

I *de* ***scriptura*** *et* **sonis**: *notatur per* m: CIL XIII 5708, 47 l(iberto) m(eo). XV 7171 *et* 7194 d(omino) m(eo). INSCR. christ. Diehl 327 dul(cissimae) m(eae). PROB. litt. sing. gramm. IV 276, 37 h(eredem)q(ue) m(eum). 276, 74 q(uae) m(ea) e(st). *de formula augurali apud* VARRONEM ling. 7, 8 *cf. Norden, Priesterbücher 33. 100.* *scribitur* mae-: CE 1319, 2 maea. CIL IV 1684 maeae (X 6271). XIV 5186, 8 sqq. meh-: CIL XII 5019 add. p. 853 libertae mehae. INSCR. christ. Diehl 4145 filie mehe. *dub.*: INSCR. christ. Diehl 921^a sepmehac (*'spes meha'? Diehl*). mη-: INSCR. christ. Diehl 3400 de mηis.

forma **mius**, -a, -um (*de origine cf. Stolz-Leumann^5 57. Sommer, Handb.$^{2.3}$ 561. Lindsay-Nohl 490*): *testim. gramm.*: CHAR. gramm. p. 203, 1 B. veteres 'mius' dicebant, ut merito et vocativus secundum regulam manserit, ut [sic] sit 'o mi' (DIOM. gramm. I 331, 13. *al. cf.* PRISC. gramm. III 11, 14 quidam nominativum etiam in 'ius' dixerunt *eqs.*). VEL. gramm. VII 77, 2 'mium' et 'commircium' ... antiquis relinquamus ...; nostris iam auribus placet per e (*affert* TER. Haut. 699 miis nuptiis, *ubi codd. Ter.* meis *habent*). *cf.* PROB. nom. gramm. IV 213, 6 deus ... deis (*non* 'diis') facere debet ut -is, reis. *trad.*: *in titulis*: ELOG. Scip. (CIL I^2 15) = CE 958 mieis (*de scansione metrica v. p. 915, 48*). CIL I^2 1401 mihei et leibert(is) ... mieis. CE 776, 3 nos et mios. 1532, 1 cara mieis vixi (v. 4 mea). CIL IV 3494^C non mia est. VI 26785, 10 matris mies (*cf. p. 914, 15*). *al. v. Schuchardt, Vokalismus I 438 sq.* *in libris* (*ubique dub. vel falso trad.*): PLAVT. Men. 202 mieis. Poen. 425 miis *B.* Pseud. 764 mi is *B.* 779 miis *B.* [Truc. 709 *pro* miles *ci. Fleckeisen, Schöll* mieis, *Acidal.* meis]. PACVV. trag. 200 (*loco corr.*) mias. CIC. epist. 1, 9, 20$^{extr.}$ mieis. 15, 6, 1 miis *M* (*HF*). Ov. met. 5, 641 miae *M*, *frg. Lond.*

forma **mus**, -a, -um (*cf. Geyer, ALL 2, 1885, 34. Sommer, Handb.$^{2.3}$ 413*): *testim. gramm.*: VIRG. gramm. epit. 6 p. 47, 12 (*corrupte* gramm. suppl. 196, 16) sunt et alia pronomina, quae in Latinitate ussitate non habentur et tamen indubie recipiuntur ... ut mus ..., ... ma ..., ... mum; pro quo in ussu habetur meus. sic erit et tus pro tuus. *exempla admodum dubia*: *in titulis*: CIL I^2 1330 (= VI 21644) b 7 viri (*gen.*) mi (*cf. quae de variatione scripturae et sonorum ei et i disseruit M. Leumann, Mus. Helv. 2, 1945, 249 sqq.*). VI 33981 (*neglegenter scripta, cf. 14* dbere), 12 vernae mae. XI 746 coniugi mo (*cf. Svennung, Kl. Beitr. zur lat. Lautlehre 16*). INSCR. NSc. 1924 p. 50 filie mae (*contractum ex meae? cf.* INSCR. christ. Diehl 3810 tecusai [*i.* τεκούσῃ] me. 4270^A domine me coiugi). [*prorsus dub.*: INSCR. EphEp. VIII p. 58 n. 238 patri et matri moo.] *in libris Plautinis* (*cf. formas per synizesin contractas p. 915, 46. ed. fere* me-): PLAVT. Poen. 1189 mis *P.* Trin. 822. *voc. m. pl.* (*exempla aliter explicanda v. l. 56 sqq.*): PLAVT. Cist. 678 mi homines, mi spectatores. Rud. 1144 o mi parentes.

II *de* ***declinatione***: **A** *in univ.*: *acc. masc., neutr.* meo(m): CIL IV 3061 virum ... meom. XIII 8486 si qis dicnatur rescire meo nomen. *gen., dat. sg. fem. in* -ai: PLAVT. Aul. 121 -ai fidei tuaique rei causa (-ae ... tuae *codd.*). Trin. 822 -ai *B.* CIL I^2 1312 Helenai sororei -ai ... ossa. *gen. sg. fem. in* -(a)es (*cf. p. 913, 73*): CIL VI 10159 p. 3492 Valentines filies -es. 21520, 10 patrones -aes. INSCR. christ. Diehl 3646 -es. *loc. sg. fem. in* -ae: PLAVT. Curc. 518 -ae domi (*al.* TER. Hec. 257 CATO or. frg. 19, 3 VARRO rust. 3, 16, 2 CIC. Catil. 1, 19. *al. cf. vol. V 1, 1956, 40 sqq.*). Rud. 613 in Veneris fano -ae viciniae. *gen. pl. in* -um (*cf.* PRISC. gramm. II 308, 23 *et v. Neue-Wagener II^3 370*): ENN. scaen. 59 -um factum. PLAVT. Cas. 418 maiorum me[or]um (Persa 53. 390 Pseud. 581 Stich. 303 Trin. 656 PACVV. trag. 80). Epid. 637 -um parentum (Merc. 834. 835). Persa 621 -um malum. PACVV. trag. 402 -um ... socium. ACC. trag. 424 liberum ... -um. *dat. et abl. pl. in* -eis (*de formis* mieis *v. p. 913, 70*): CIL I^2 1330 (= VI 21644) b 7 liberteis et libertaus sive -eis sive viri mi. *dat. pl. in* -bus: INSCR. NSc. 1915 p. 47 n. 32 mi et meibus.

B *voc.* (*cf. Neue-Wagener II^3 367 sqq.*): **1 mī**: **a** *trad. falso saepius* mihi: PLAVT. Men. 1125 mihi germane gemine frater, salve. Merc. 947. Mil. 691 *P.* 1330. Persa 739 *A.* Poen. 1158 *P.* AVR. Fronto p. 44, 2. 70, 14 N. CIL X 7457 (*a. 175*), 2. 3. SCHOL. Ter. Bemb. Ad. 289 *v. infra l. 52. al.* mei: PLAVT. Men. 182 anime mei. 361 animule mei *B^{1}CDF.* 676 *B^1.* Merc. 503 *A.* 525 mei *vel* mii *A.* CE 59, 12 pater mei. **b** *de origine*: *est dat. pronominis pers.* ego; *cf. Stolz-Leumann^5 282. Sommer, Handb.$^{2.3}$ 415. Wackernagel, Synt. II 76. 81. quid veteres doceant, v. p. 913, 63.* **c** *de usu*: **α** *exempla usus antiqui et sollemnis sc. c. masc. sg. v. p. 916, 57.* **β** *exempla usus serioris per analogiam effecti*: ① *c. fem.* (*postponitur: l. 44. 48. 51. 54*): Ⓐ *sing.* (*coniungi vetant* CAPER gramm. VII 102, 7 'mi Paula' [*cf. l. 50*] et 'mi Aemilia' non dicendum. PRISC. gramm. III 11, 12 mi ... numquam vocative positum feminino vel neutro adiungitur. *cf.* CHAR. gramm. p. 142, 17 B.): APVL. met. 4, 26 mi parens (*cf.* CAPITOL. Maximin. 29, 2 mi mater [IVL. VAL. 1, 15 p. 25, 17. 3, 49 p. 157, 13 m. mi (VVLG. III reg. 2, 20 *A*)]. DRAC. Romul. 8, 96 mi genitrix). 4, 27 mi erilis (9, 16). 5, 16 mi soror (AMBR. virg. 1, 6, 26 LEANDER reg. praef. p. 881^A). 8, 8 mi coniux (*cf.* LAMPR. Diad. 7, 5 mi uxor. IVL. VAL. 1, 6 p. 11, 8 mi mulier). HIER. epist. 22, 2, 1 mi domina Eustochium (45, 6, 1 mi d. Asella. SALV. eccl. 3, 1 o d. mi ecclesia [4, 1]. ENNOD. 7^{ies}, *v. Dubois, Lat. d'Ennod. 261*). 22, 26, 1 mi Eustochia (*cf.* 38, 2, 1 mi Marcella. 39, 1, 4 mi Blesilla. 39, 2, 2 mi Paula). 22, 29, 5 mi catella. 22, 38, 7 mi virgo. VVLG. iud. 11, 35 filia mi (Ruth 2, 2. 22. 3, 1). SCHOL. Ter. Bemb. Ad. 289 '-a tu': cara mihi ([*cf. l. 29*]. GLOSS. V 537, 14). CE 1983, 3 mi dulcis Danae. Ⓑ *plur.*: VVLG. Ruth 1, 11 revertimini, filiae mi (1, 12. 13). ⓘⓘ *c. plur. masc.* (*exempla aliter, ut vid., explicanda v. l. 10. postponitur: l. 57. 60*): PETRON. 116, 4 o mi ... hospites. CAPITOL. Gord. 14, 1. IVL. VAL. 1, 9 p. 19, 4 mi parentes. VVLG. I reg. 2, 24 filii mi (*A et plerique*). SALV. epist. 1, 2 mi dilectissimi. 1, 4 mi dulcissimi ac dilectissimi -i. 7, 5 mi domini (ENNOD. epist. 1, 25, 2 p. 36, 19. *al.* GREG. TVR. Franc. 2, 6 p. 47, 13 d. mi [5, 18 p. 218, 5]).

2 meus: **a** *testim. gramm.*: CHAR. gramm. p. 173, 7 B. Scaurus ... addit ..., quia vocativus singularis generis masculini multos dissidentes etiam nunc generat, 'o mi' an 'o -us' facere debeat (*cf.* FRG. Bob. gramm. V 565, 21 o mi vel o -us). *voc.* -us *in decl. schemate solum habent* PS. PROB. gramm. IV 136, 23 PS. ASPER gramm. V 551, 9. *cf.* DON. Ter. Phorm. 254 'mi' vim blandimenti habet, nam significat '-us' (GLOSS. mi -us). **b** *exempla* (*pro subst. v. p. 920, 14*). [*secernenda censet in plag. Svennung secundum rationem, quam Wackernagel, Mél. Saussure 1908 p. 151 et Synt. I 307 exhibet, exempla, in quibus forma* oculus -us *sim. est nominativus*: *1) tamquam appositio ad vocativum* (*cf. etiam Löfstedt, Synt. I^2 99*): PLAVT. Asin. 664 *v. p. 915, 35.* 691 mi Libane, ocellus aureus. Cas. 134 *v. p. 915, 36.* Cist. 53 sed tu, ... -us oculus, mea Selenium (*dub.* Stich. 764 [*interpungendumne*: tu, ... -us o.?]). Poen. 366 sq. -a voluptas, ... -us ocellus ..., -a colustra, -us molliculus caseus. EPIST. imp. Aug. *v. p. 915, 37.* VERG. Aen. 6, 835 tu ... proice tela manu, sanguis -us (*cf.* STAT. Theb. 3, 239 o superi, -us ... s.). Ov. met. 4, 155 o multum miseri (*pro subst. positum putat Svennung*), -us illiusque parentes. AVR. Fronto p. 70, 14 Fronto ... mellitissime, meus amor. ITALA II reg. 18, 33 (Hier. epist. 39, 4, 1) filius -us Abessalon! (VVLG. fili mi). *v. etiam p. 915, 15. 21.* PS. CYPR. singul. cler. 29 p. 205, 23 -us praeco ..., Paule apostole. ANTH. 698, 5 tu, famulus -us. PAVL. NOL. epist. 50, 18 p. 433, 12 sancte domine, ... magister -us ... et susceptor -us. *2) tamquam nom. praed.* (*cf. Neue-Wagener I^3 133*): CLAVD. 20, 535 sic me ... relinquis,

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dux quondam rectorque -us. *inde usus per analogiam dilatatus et postea forma -us tamquam verus voc. adhibitus esse videtur*]: *α add. subst. secundae decl.*: Ⓘ *forma* oculus -us: PLAVT. Most. 311 euge oculus -us, conveniunt *eqs.* (Persa 765 sed amabo, o. -us, quin . . . commendamus?). [*dub.* Most. 325 ocellus -us (meu's *Linds.*)]. AVR. Fronto p. 36, 20 N. semper mi vale, animus -us! ITALA Is. 3, 12 (Tert. adv. Marc. 4, 15 p. 467, 28) populus -us (26, 20 [Tert. resurr. 27 p. 64, 23 = VVLG.]. 51, 4 [Tert. adv. Marc. 4,1 p. 423, 29]. 51, 7 [Aug. epist. 78, 5 p. 339, 2 = VVLG.]. Ezech. 37, 12. 13 [Tert. resurr. 29 p. 67, 13 = VVLG.]. Mich. 6, 3 [Hier. in Mich. 6, 3 p. 1207C] popule -us . . . p. -us. VVLG. psalm. 49, 7). psalm. 21, 3 (Tert. adv. Marc. 4, 13 p. 457, 10 = VVLG.) deus -us (Ier. 16, 19 [Aug. conf. 10, 4, 5. *al.*] domine, deus [*cf. l. 17*] -us [Hier. in Hab. 1, 13 p. 1284C domine d. -us, sancte -us]. Matth. 27, 46 [Tert. adv. Prax. 23 p. 276, 19. 30 p. 287, 9 = VVLG.]. Ioh. 20, 28 *v. l. 21.* AMBR. exhort. virg. 1, 4 domine Iesu Christe, salvator [*cf. l. 29*] -us et d. -us. VVLG. iud. 16, 28 psalm. 21, 2. AVG. conf. 10, 31, 45extr. sancte deus -us. ENNOD. opusc. 5, 8 p. 396, 2. 5, 19 p. 398, 18). III reg. 21, 20 (Ambr. Nab. 12, 50. 51) inimicus -us. Ⓘⓘ *forma* domine -us (*anteponitur: l. 27*): ITALA II reg. 7, 18. 28. 29 (Ambr. in psalm. 118 serm. 7, 3, 1) domine -us domine (Ioh. 20, 28 [Aug. conf. 9, 4, 12. 9, 13, 37] d. [VVLG. dominus] -us, deus -us. VVLG. Iudith 12, 4 AVG. conf. 10, 3, 4 AVELL. p. 618, 14 RVSTIC. Conc.S I 4 p. 155, 29. 169, 38. 177, 1. 183, 6. 192, 34. 195, 17. 201, 34 SIDON. epist. 4, 10, 1 VICT. VIT. 2, 30 PASS. Petr. 15). Mich. 6, 3 popule -us *v. l. 10* (VVLG. psalm. 77, 1 Is. 3, 12. 51, 4). ANTH. 83, 144 Aeneas ingrate -us. AVG. conf. 10, 3, 4 medice -us intime. 11, 16, 21 anime -us. epist. 125, 2 p. 4, 18 -us Alypi. serm. 107, 8, 9extr.. SIDON. epist. 1, 9, 6 Solli -us. 5, 17, 1 carm. 23, 465 VEN. FORT. carm. 3, 9, 66. 7, 12, 109 homo note -us. CE 1404, 1 Romane -us. *β add. subst. aliarum decl.* (*anteponitur l. 30*): HOMER. 333 o -us ardor. AVR. Fronto p. 253, 8 N. vale, spiritus -us. ITALA Matth. 26, 39 (Hil. in Matth. 31, 7 Ambr. fid. 2, 5, 41) pater -us ([VVLG. mi]. 26, 42 [codd. b d. *al.* VVLG. mi]. OPTAT. 4, 2 p. 104, 7). MART. CAP. 6, 576 Felix -us, plurimum . . . olivi . . . perdidisti. *γ formae mixtae* (*postponitur l. 39*): PLAVT. Asin. 664 da, -us ocellus, -a rosa, mi anime, -a voluptas. Cas. 134 mi animule, mi Olympio, . . . -us festus dies, -us pullus passer, -a columba, mi lepus. EPIST. imp. Aug. Gell. 15, 7, 3 ave, mi Gai, -us asellus iucundissimus. AVR. Fronto p. 57, 17 N. vale, -us magister . . .; mi magister, ecce non dormito. SALV. epist. 8, 2extr. vale, mi domine et dulcis -us.

III *de* ***gradatione:*** *comp.*: PLAVT. Mil. 615 magis -us *v. p. 918, 9.* *superl.* (*et elat.*): CIC. Att. 9, 9, 4 maxime -us *v. p. 920, 30. cf.* PLAVT. Poen. 1158 (*p. 918, 10*) plane -us (CIC. leg. 2, 17 *p. 916, 37.* epist. 7, 32, 3 *p. 918, 13*). CIC. Att. 5, 13, 3 quam *p. 918, 34.* OV. epist. 12, 84 tam *p. 918, 15.* STAT. Theb. 11, 611 nimium *p. 919, 29.* FRONTO p. 111, 23 N. summus *p. 920, 6.* *adde*: OV. met. 3, 689 vix *p. 919, 42.*

IV *de* ***prosodia:*** *formae per synizesin (cf. L. Müller, De re metr.2 297 sqq.) contractae (cf. formam* mus *sim. p. 913, 79): in dactylis*: CE 958, 1 (*v. p. 913, 70*). 970, 1. 1533, 5. *in aliis metris e. g.* PLAVT. Rud. 259 Stich. 39. 275 LVCIL. 644 VARRO frg. Non. p. 263, 5 SEN. Tro. 191; *ceterum plurimis locis per metrum inter synizesin et correptionem q. d. iambicam certo discerni non potest (cf. G. Jachmann, stud. prosod. p. 33 sqq.); in formis ut* meorum *sim. e. g.* PLAVT. Epid. 105 TER. Eun. 1034 Hec. 361 *forsitan potius synizesis statuenda sit; cf. etiam Neue-Wagener II3 371* (*adde e. g.* NAEV. com. 58. 72 ENN. scaen. 59. 204. 224. 341 CAECIL. com. 12. 119. 140. 156. 208. 230 PACVV. trag. 139. 169. 220. 402 ACC. trag. 13. *al.*).

caput secundum: de significatione:

I adi.: A ***in univ.*** *i. q. qui ad me pertinet, mihi familiaris, coniunctus, proprius* (*selectissima ex exemplis antiquissimis*): **1** *de animantibus*: **a** *de hominibus*: LIV. ANDR. trag. 26 ancillae (PLAVT. Aul. 696 servom). NAEV. com. 66 fratri patrueli -o. ENN. scaen. 253 era (PLAVT. Amph. 452 erus). PLAVT. Amph. 20 pater. 616 uxorem. 659 amicae. Asin. 52 filius (76 gnato. Aul. 228 filium). 782 avunculo. PACVV. trag. 166 aequales . . . -ae (TER. Andr. 453 -orum). 421 stirpem. **b** *de animalibus*: PLAVT. Asin. 184 catulo. Aul. 465 gallus. VARRO Men. 502 asino. **c** *de deis* (*cf. p. 918, 14*): NAEV. com. 70 deo -o propitio. PLAVT. Poen. 452 dis -is iratissumis (TER. Phorm. 74 d. irato -o). SALL. or. Cottae 3 d. penatis -os (*cf.* LIV. 2, 40, 6. CVRT. 6, 3, 5 ad p. -os. *al.* APVL. met. 11, 25. 27 lares). OV. met. 7, 853 per d. . . . superosque -osque (*i. inferos ut moriturae*). LIV. 7, 40, 4 d. . . . vestros publicos -osque. SEN. epist. 93, 10 patere mihi ad d. -os iter. *al.* *adde*: PRIAP. 3, 10 crassa Minerva -a est. PROP. 2, 10, 10 -a Musa (*al.* OV. fast. 2, 359). OV. epist. 13, 159 per reditus corpusque tuum, -a numina, iuro. PAVL. FEST. p. 95, 1 genius (SEN. epist. 12, 2). *al.* **2** *de partibus corporis*: NAEV. trag. 13 quin -a manu moriare (*cf. p. 348, 7 sqq.*). ENN. ann. 38 vita . . . corpus -um nunc deserit omne. 51 aegro cum corde -o (382). scaen. 341 auris. PLAVT. Amph. 343 animo. 899 ingenium. Asin. 209 ore. 538 caput. 696 collum. Bacch. 226 pectus. Capt. 541 oculos. 650 tergo. Epid. 93 dorsum. NOVIVS Atell. 50 digitos. CE 16 ossa. **3** *de aliis rebus*: **a** *corporeis*: NAEV. com. 58 bonis. ENN. scaen. 206 lacrumae. PLAVT. Asin. 387 fores conservas -as (Truc. 358 ianua). Aul. 98 aedis (Epid. 145 domum). **b** *incorporeis*: LIV. ANDR. trag. 13 parere vos maiestas -a procat. ENN. scaen. 156 nomen qui usurpat -um? (*cf. p. 923, 9. 51*). 353 fortuna (PLAVT. Asin. 515). PLAVT. Asin. 173 officium. 234 leges. Aul. 190 pauperiem. 214 aetatem. 383 sententiam. 752 ob stultitiam -am. CAECIL. com. 119 morti. TER. Andr. 31 ars. Phorm. 571 neglegentiam.

B ***colores notabiliores:*** **1** *c. vi atque pondere prolatum* (*usus notissimi paucissima hic arripuimus exempla; ceterum v. etiam p. 922, 66. 923, 21*): **a** *sine opp. i. q. mei ipsius*: PLAVT. Truc. 698 in tabernam ducor devorsoriam, ubi male accipiar -a mihi pecunia. CIC. Mur. 10 ut tecum agam . . . non secus ac si -us esset (esses *v. l.*) frater. dom. 124 mihi -as ruinas . . . aspicere non licuit? Cato 59 -a manu sunt satae (Att. 3, 23, 1 epistulam . . . -a m. scriptam [*al.*]. *sim. al. cf. p. 923, 31*). Att. 5, 21, 11 possumne contra -um edictum? TIB. 1, 6, 10 nunc premor arte -a (OV. epist. 5, 150 deficior . . . ab arte -a). OV. Pont. 3, 5, 21 nisi me -a Musa fugasset. *al.* **b** *c. opp.: forma* -a res . . ., tu: ENN. scaen. 134 -ae vitae . . ., inimico. PLAVT. Asin. 515 *non* te accuso . . ., . . . -as queror fortunas. TER. Hec. 585 et vobis et -ae . . . famae. Haut. 315 Ad. 262 VARRO rust. 1, 37, 2 CIC. S. Rosc. 36 Verr. II 2, 24 Cluent. 81. *al.* *forma* (non) -us . . . (sed) tuus *sim.*: LIV. ANDR. trag. 19 etiam minitas? mitte ea, quae tua sunt magis quam -a. PLAVT. Asin. 517 et -am partem loquendi et tuam trado tibi. Capt. 632 -am rem non cures, si recte facias. num ego curo tuam? TER. Andr. 646 tuom animum ex animo spectavi -o. CIC. S. Rosc. 9 pudor -us . . . et vestra dignitas. Att. 11, 17, 1 nullo ipsius delicto, summa culpa -a. epist. 2, 16, 1 quae non -um animum magis sollicitum habent quam tuum. *al. v. p. 924, 3. 19.* *de dictis* (*cf. p. 920, 62. 83*): PLAVT. Asin. 407 -um dictum (TER. Eun. 428 tuomne . . . hoc dictum erat? vetus credidi: : . . . -umst). TER. Ad. 952 *p. 921, 72.* CIC. S. Rosc. 143. HOR. sat. 2, 1, 2 nec -us hic sermo est, sed quae praecepit Ofellus (HIER. epist. 49, 10, 3 non est -us sermo, antiqua sententia est). SEN. dial. 9, 1, 14 sublimius feror et ore iam non -o. HIER. epist. 54, 8, 1 'quae in deliciis est' non est -um, sed apostoli. *opp. subaudiendo* (*cf.* -a sponte, -a sententia, ut -a fert opinio, -o iudicio *sim. p. 922, 78. 81. 923, 26. 40. 43. 59*): *i. q. -i iuris, liber: proprie*: PERS. 5, 88 vindicta postquam -us a praetore recessi. *translate*: TER. Phorm. 587 (*per iocum:*) ego -orum solus sum -us. CIC. leg. 2, 17 sententias interpretari (*sc. ex Graeco in Latinum*) perfacile est; quod quidem ego facerem, nisi plane esse vellem -us (*i. -o stilo uti, non alieno*). SEN. epist. 62, 1 -us sum. rebus enim me non trado, sed commodo. *huc pertinere videtur*: CORN. SEV. carm. frg. 11 *edicta in posterum diem pugna epulantes milites* strati . . . per herbam 'hic -us (*crastinus fortasse mortis*) est' dixere 'dies' (*cf.* SEN. suas. 2, 12 *ad l.*: cenant, tamquam crastinum desperent. 2, 13 quasi proverbii loco est: 'hic dies -us est'). MART. 10, 58, 7 hic mihi quando dies -us est? . . . in sterili vita labore perit. *aliter*: SEN. Med. 1017 ne propera, dolor: -us dies est, tempore accepto utimur (*ad ultionem*).

2 *sine vi atque pondere prolatum*: **a** *i. q. mihi carus* (*cf. p. 920, 10*): *vis possessiva apparet in* EPIST. Sapph. 204 Phaon . . .: me miseram! dixi quam modo paene '-us'! *de vi affectus cf. p. 917, 11 et* DON. Ter. Andr. 134 '-a Glycerium': '-a' quasi amator dixit (Eun. 1036 'Pamphilam -am': amatorie dixit '-am' id est quam amo). Hec. 585, 3 'mi Pamphile' . . . a blandimento incipit (*sim.* 824. Phorm. 254 *v. p. 914, 66*. Eun. 656 Ad. 288. 4. 289. 353 tu -a Canthara': tristis ac seriae feminae blandimentum est '-a' magis quam pronomen possessivum; deest enim 'cara' vel quid tale, quod additum pronomen faceret '-a'. *cf. p. 920, 13*). SERV. auct. Aen. 2, 522 '-us', ut matris exprimeretur adfectus. *α generatim* (*cf. vol. V 1, 2196, 1* [dulcis], *ubi addas*: INSCR. christ. Diehl 327): Ⓘ *voc.* (*v. et p. 914, 28 sqq. 920, 10 sqq. 926, 68.* *accedunt blandimenta l. 60. 66. 82. p. 617, 5. 14 sqq. al. c. adi. pro subst.: p. 915, 39. 917, 13*): Ⓐ *anteponitur: appellantur: amati et amatorum loco habiti*: PLAVT. Stich. 736 -a suavis . . . Stephanium (Truc. 362 -a Phronesium. 529 TER. Andr. 134. *al.*). TER. Hec. 824 mi Pamphile (Eun. 86 mi Phaedria. *al.*). CATVLL. 5, 1 -a Lesbia. TIB. 1, 1, 57 -a Delia. PLAVT. Asin. 941 mi anime (Bacch. 81. Mil. 1330 o mi ocule, o mi a.). Cas. 801 salus (Cist. 644 o . . . -a s.). Men. 189 voluptas (Poen. 380. *al.* Rud. 436 Truc. 353. *al.*). Stich. 742 deliciae (Truc. 921 delicia. TITIN. com. 94. CATVLL. 32, 1 amabo, -a dulcis Ipsitilla, -ae d., -i lepores). *sim. al.* *cognati et cognatorum loco habiti* (*cf. Köhm, Altlat. Forsch. 175 sqq.*): PLAVT. Amph. 502 mi vir (*saepe.* TER. Haut. 1005. *al.*). 522 -a uxor (Men. 626 TER. Haut. 622). Cas. 844 -a uxorcula (916). TER. Hec. 206 mi Laches (232. *cf.* DON. *ad hos l.*). 631 mi Chremes (644). CIC. epist. 14, 1, 5 -a Terentia. ENN. scaen. 60 -a mater (TER. Hec. 353. 358 AFRAN. com. 310). PLAVT. Persa 739 salve multum, mi pater (*saepe.* TER. Andr. 889 mi p.!: : quid 'mi p.!'? *al.*). LIV. ANDR. carm. frg. 3 -a puer (ENN. scaen. 419 -a puella. PLAVT. Men. 834 nata [*al.* TER. Hec. 318]). PLAVT. Asin. 829 gnate (PACVV. trag. 67. TER. Hec. 352 o mi g. *al.* NOVIVS Atell. 3. 17). TER. Hec. 382 o mi Pamphile (390 mi P. [585. 602 CIC. off. 1, 3]). PLAVT. Aul. 691 nutrix (TER. Haut. 617 Eun. 913. Ad. 288 obsecro. AFRAN. com. 179). TER. Ad. 343 Sostrata (*nutrita*). 353 propera tu -a Canthara. PLAVT. Bacch. 101 -a soror (Curc. 657 salve. *al.*). Poen. 329 eamus, -a germana. Curc. 673 mi frater (CIC. Verr. II 3, 155. ad Q. fr. 2, 5, 4 mi carissime . . . f. [*cf.* 2, 6, 2. *al.*]. *al.*). TER. Ad. 268 o mi Aeschine, o mi germane. PLAVT. Poen. 1076 mi patrue, salve (1158 TER. Phorm. 254). *domini*: PLAVT. Asin. 689 mi patrone (Men. 1031

[*Bulhart*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

salve. *al.*). Poen. 1127 o mi ere (Trin. 1072). FRONTO p. 111, 24 N. mi domine dulcissime. *al.* PLAVT. Merc. 683 Dorippa, -a Dorippa (*de geminatione cf. l. 31. p. 926, 65*). *amici, familiares, noti*: PLAVT. Asin. 672 mi Leonida (*meretrix servum appellans; item*: 691 mi Libane, ocellus aureus, ... amabo. Mil. 1248. 1266 Most. 158. 166 TER. Haut. 731). Cist. 2 ego te ... mi amicam esse crevi, -a Gymnasium. 53 *v. p. 914, 73.* Men. 541 (*ancilla*:) amabo, mi Menaechme, ... da. Rud. 568 (*leno*:) mi Charmides. Truc. 665 (*ancilla*:) amabo, mi Strabax. *al.* TER. Eun. 743 (*Thais*:) o mi Chremes. Hec. 841 (*adulescens*:) mi Parmeno (*cf.* Haut. 684 Phorm. 478). *al.* CIC. Att. 3, 4, 5 mi Pomponi (*al.*). 6, 1, 20 mi Attice (16, 2, 2 amabo te, mi A., — videsne, quam blande? — omnia nostra ... gerito). 14, 17ª, 3 o mi Cicero (DOLAB. Cic. epist. 9, 9, 3 mi iucundissime Cicero). epist. 7, 16, 1 mi vetule (*cf.* ELEG. in Maecen. 2, 27 mi care). 7, 33, 1 mi suavissime Volumni. *al.* PLAVT. Merc. 503 amabo ecastor, mi senex (*al.* TER. Andr. 788). Poen. 1039 o mi popularis, salve. 1050 o mi hospes, salve. PLAVT. Rud. 1265 mi anime, mi Trachalio, mi liberte, mi patrone potius, mi pater. *alii*: Ov. fast. 6, 701 valeas, -a tibia. PETRON. 90, 5 o mi adulescens. CE 16 mi viator. *al.* mi homo (*cf. vol. VI 2888, 11 sqq.*), -a mulier: *appellantur ignoti*: PLAVT. Cist. 719 mi h. (Epid. 640 Persa 620 AFRAN. com. 103). 723 mi h. et -a m., vos saluto. CAECIL. com. 267 -a m. *appellantur noti*: TER. Andr. 721 mi h. (Phorm. 1005 *era ad servum*. Eun. 756 Ad. 336). mi homines: *v. p. 914, 10.* Ⓑ *postponitur (v. etiam p. 914, 32. 34. 38. 55. 915, 3. 34)*: *appellantur: amati et amatorum loco habiti*: PLAVT. Most. 253 Philematium -a (343 Delphium -a. CATVLL. 87, 2 Lesbia). PLAVT. Curc. 164 mel (Most. 325 Trin. 244 AFRAN. com. 311). 165 anime (*al.*). 203 ocule (Trin. 245 ocelle). Pseud. 52 voluptas (Truc. 426. *al.*). TIB. 3, 9, 15 lux (MART. 5, 29, 3). *al.* *cognati et cognatorum loco habiti*: PLAVT. Cas. 364 uxor. TER. Hec. 325 Philumena. Haut. 1052 Chremes. PLAVT. Bacch. 739 pater (Capt. 936. Trin. 1180 o p., p. mi, salve [*cf. l. 2*]. TER. Ad. 901. 983 o p. mi festivissume). PLAVT. Asin. 535 mater (*al.*). PLAVT. Rud. 216 parentes -i. PLAVT. Asin. 830 gnate (*al.* TER. Hec. 577. *al.* IVL. VAL. 2, 25 p. 90, 25 nate). LIV. 40, 4, 14 iuvenes -i (SEN. contr. 1 praef. 6. 19 suas. 6, 16). ITALA gen. 49, 9 (Aug. civ. 16, 41 p. 191, 14 D. = VVLG.) fili. PLAVT. Rud. 743 o filia -a (1173 f. -a). PLAVT. Curc. 641 frater mi, salve. POMPON. Atell. 49 o soror salve -a. PLAVT. Poen. 1196 o patrue mi (1197 p. mi patruissime. *al.*). *domini*: PLAVT. Cas. 632 o ere mi (TER. Eun. 834 era -a). Persa 849 patrone (CVRIVS Cic. epist. 7, 29, 2). AVSON. 407, 26 p. 223 P. domine mi fili Symmache (RVSTIC. Conc.ˢ I 4 p. 175, 28. 183, 36 GREG. TVR. Franc. 2, 23 p. 69, 2. 7, 7 p. 330, 6 glor. mart. 5 p. 490, 24). *amici, familiares, noti*: PLAVT. Cist. 107 Gymnasium -a (112). Curc. 138 (*lena*:) Phaedrome mi, ne plora, amabo. Persa 763 (*meretrix*:) Toxile mi. Pseud. 239 (*erus*:) o Pseudole mi (TER. Haut. 291. 692 Eun. 351. 1034 o Parmeno mi). VARRO rust. 3, 2, 18 CIC. epist. 7, 13, 1. CVRIVS Cic. epist. 7, 29, 1 Cicero mi. MAECEN. carm. frg. 2 (1), 2 SEN. epist. 101, 10 PETRON. 131, 7 IVL. VAL. 3, 38 p. 145, 25. *al.* AVSON. 360, 1 p. 218 P. PLAVT. Bacch. 1197 mel -um amabo. TER. Andr. 685 tu, anime mi, noli te macerare. Ⓒ *in collocatione variatur (cf. p. 923, 64)*: PLAVT. Cas. 229 uxor -a -aque amoenitas. 646 ere mi — :: quid vis, -a ancilla? 739 Olympice mi, mi pater, mi patrone. Curc. 657 salve, -a soror :: frater mi, salve. Most. 294 voluptas -a, -a Philematium. Poen. 392 sqq. Stich. 583. TER. Hec. 455 salve, mi pater :: gnate mi, salve. 605. 856 Haut. 406 Eun. 95. 455 POMPON. Atell. 49 MAECEN. carm. frg. 2 (1), 1 sq. TEST. porcelli p. 269, 17.

Ⓘⓘ *aliis casibus (cf. p. 915, 61)*: Ⓐ *anteponitur: appellantur: amati*: TER. Hec. 816 -o ... Pamphilo. CATVLL. 2, 1 -ae puellae. VERG. ecl. 2, 52 HOR. carm. 1, 22, 10. TIB. 3, 9, 1 parce -o iuveni. *liberi*: CIC. fin. 5, 8 Cicero (5, 95 Att. 3, 23, 5. *al.*). Att. 10, 8, 1 Tullia (*al.*). VERG. Aen. 1, 231. *amici*: BIBAC. carm. frg. 91 (3), 1 Catonis. CIC. Att. 14, 10, 1 -us et tuus (*cf. l. 71*) Brutus. VERG. ecl. 10, 2 HOR. carm. 1, 26, 8 Ov. fast. 2, 249 AVR. Fronto p. 3, 13 N. *magistri, poetae dilecti sim.*: PLIN. epist. 4, 27, 4 v. 2 Catullus (*mihi dilectus et popularis -us*). APVL. Socr. 23 p. 174 Socratem (p. 175). *loca*: Ov. am. 3, 2, 48 nil mihi cum pelago, me -a terra capit. *al.* Ⓑ *postponitur: appellantur: amati*: TER. Andr. 969 Glycerium -a. Haut. 691 Phorm. 510. Eun. 1036 (*cf. p. 916, 50*). *liberi*: CIC. Att. 4, 1, 4 Tulliola -a (epist. 14, 4, 3). 5. 9, 3 Cicero (9, 17, 1. *al.*). 6, 1, 10 de Tullia -a (6, 8, 10. *al.*). *liberi alieni*: CIC. Att. 4, 19, 2 Quintum -um tuumque (ad Q. fr. 2, 5, 2 Quintus tuus -usque. *cf. l. 62*). *frater*: CIC. Scaur. 39. ad Q. fr. 3, 8, 2 Cicero. *amici*: CIC. top. 94 contra Catonem -um (off. 3, 88). Tusc. 5, 12 Bruto. nat. deor. 1, 47 Cotta. Att. 2, 12, 2 Curio. epist. 11, 8, 2 quid ipse agas, quid noster Hirtius, quid Caesar -us (ANTON. Cic. Att. 10, 8ᴬ, 1). *al.* CVRIVS Cic. epist. 7, 29, 2 Tironem. HOR. carm. 4, 11, 19 Maecenas. TIB. 1, 5, 31 Messalla. *al.* *magistri, poetae dilecti sim.*: CIC. leg. 1, 53 ex Phaedro -o. Att. 1, 4, 3 Academiae. SEN. suas. 6, 12 Ciceroni. VAL. MAX. 4, 7 ext. 2 Pompeium. SEN. nat. 4, 2, 2 cum poeta -o. APVL. Socr. 3 p. 125 Platoni (apol. 41). 23 p. 174 Socratis. *loca*: CATVLL. 67, 34 Brixia Veronae mater amata -ae. Ov. fast. 6, 60 Lanuvium. trist. 1, 8, 38 urbe -a, quae iam non adeunda mihi. *i. q. optatus*: STAT. Theb. 3, 213 doner igne (*rogi*) -o. *al.*

β speciatim in narratione cum affectu quodam ironico, plerumque cum irrisione i. q. ille, de quo dixi (cf. Heraeus, Kl. Schr. 119¹. Hofmann, Umgangsspr. 137. 200): CATVLL. 17, 21 talis iste -us stupor (*i. homo stupidus*). PHAEDR. 5, 7, 32 homo -us (PETRON. 62, 4 h. -us coepit ad stelas facere). PETRON. 62, 13 miles -us. MART. 5, 54, 1 extemporalis factus est -us rhetor. Ps. QVINT. decl. 12, 18 p. 235, 14 legatus -us (*cf. p. 234, 17* legatus noster). APVL. met. 7, 25 pastores -i (*c. 22 memorati*). 9, 30 pistoris -i. 11, 30 sacerdoti -o.

b *i. q. mihi favens, mihi fidus*: PLAVT. Mil. 615 quis homo sit magis -us quam tu es? Poen. 1158 tuam mihi maiorem filiam despondeas :: ... spondeo :: mi patrue, salve; nam nunc es plane -us. TER. Ad. 898 plebem *servorum* ... facio -am (DON. mihi faventem). CIC. Att. 14, 15, 1 o mirificum Dolabellam -um! iam enim dico -um; antea ... subdubitabam. epist. 7, 32, 3 Dolabellam ... redde plane -um. LYGD. 3, 28 si ... audiat aversa non -us aure deus (Ov. epist. 2, 126 [*cf. Burmann ad l.*]. 12, 84 sed mihi tam faciles unde -osque deos? STAT. Theb. 2, 155 Apollo). Ov. trist. 1, 5, 34 vix duo ... superestis amici; cetera Fortunae, non -a turba fuit. QVINT. decl. 308 p. 211, 19 venio nunc ad -am legem (324 p. 276, 26 lex tua ... lex -a). AVG. in psalm. 9, 5 causam illam ... -am fecisti ... sicut et nautae dicunt ventum suum, quo utuntur ad bene navigandum.

c (non) est -um *variis coloribus notionis et c. variis struct.*: *α pertinet ad morem (plerumque c. neg.; sine neg.: l. 24. 27)*: *c.* ut: PLAVT. Asin. 190 maledictis te eam ductare postulas :: non -um est :: nec -um ..., ad te ut mittam gratis. Persa 46 hoc -umst ut faciam sedulo. ACC. trag. 108 ut ..., haut -um est. *c. inf.*: TER. Haut. 549 non est mentiri -um (LVCIL. 953). CIC. epist. 3, 9, 3 HOR. carm. 3, 29, 57 Ov. met. 13, 271. SIL. 4, 509 pugnantem cecidisse -um est. *abs.*: PLAVT. Mil. 1363 quaeso, ... ne me deseras :: non est -um. Rud. 341. Trin. 123 non istuc -umst. 631. *loco manco*: ENN. sat. 63 -um non est, ac si me canis memorderit. *β pertinet ad officium*: *c.* ut: HIER. epist. 2, 2 -um est, ut velim, obsecrationum vestrarum est, ut et velim et possim. *c. inf.*: VARRO rust. 3, 16, 3 -um erat, non tuum, eas novisse volucres. CIC. Cael. 30. Att. 5, 13, 3 quam -um sit scire ..., quid in re p. fiat. 12, 28, 2 epist. 1, 9, 25. 6, 5, 2. 9, 16, 3. *abs.*: SEN. epist. 48, 2 quicquid agitur ad te pertinens, -um est. 120, 12 hoc, qualecumque est, -um est: ... durum est, in hoc ipso navemus operam. *γ pertinet ad voluntatem et propositum*: *c. inf.*: CIC. Verr. II 1, 21 -um fuit ... rei p. consulere. Balb. 34. Pis. 75 non fuisse -um quem ... saepe orationibus ... decorassem, hunc uno violare versu. de orat. 3, 33 Tusc. 5, 21 LVCAN. 7, 739. *δ pertinet ad meritum*: *c.* ut: CIC. epist. 2, 17, 7 quod mihi cum illo erat commune, sibi soli adtribuit; ... quod autem -um erat proprium, ut ..., id etiam populo se remisisse scribit; quod vero illius erat solius, id mecum communicat. SEN. epist. 93, 7 quamdiu sim, alienum est: quamdiu ero, ut (*i. qualis*) sim, -um est. *c.* quod: Ov. met. 13, 171 opera illius -a sunt: ... q. Thebae cecidere, -um est. SEN. epist. 102, 10 -um esse, q. alius bene valeat. QVINT. decl. 258 p. 52, 26 q. fortiter fecisti, roboris ... -i, -um est. *c. inf.*: MAXIM. eleg. 4, 54 nec, quod non possum, non voluisse -um est. *abs.*: CIC. Phil. 2, 18 quod proprie -um est, laudasti, quod totum est senatus, reprehendisti. nam comprehensio sontium -a, animadversio senatus fuit. Ov. met. 13, 237 quodcumque potest fecisse videri fortiter iste, -um est. SEN. Herc. f. 1268. *ε pertinet ad potestatem*: *c. inf.*: Ov. epist. 16, 24 cum sim rapta, -um quid nisi nolle fuit? *abs.*: CIC. epist. 11, 5, 3 faciam illud, quod -um est, ut *eqs.* TERT. fug. 5, 1 quod -um est, fugio ...; illius est ... me reducere. 5, 3 COMM. apol. 83. *ζ raro pro verbis ipsum morem vel officium indicantibus usurpantur subst. verb.*: TER. Haut. 782 non -ast simulatio (*pro* 'non -um est simulare'). CIC. har. resp. 31 aedes Telluris est curationis -ae. *al. v. l. 51. p. 919, 7. 9.* *nec frequentior est forma* -um officium (-i officii) est: PLAVT. Pseud. 913 fuit -um o., ut facerem (CIC. inv. 2, 92 non enim -um fuit o. nec -a potestas. epist. 14, 3, 1 -um fuit o. *c. inf.*). CAEL. Cic. epist. 8, 10, 5 tui consilii est, ... velisne ...; -i officii est meminisse. *cf.* CVRT. 4, 14, 12 quod -arum fuit partium (QVINT. decl. 257 p. 52, 8).

d *forma* ille -us est *sensu translato*: *per iocum*: NAEV. com. 70 -us homo est *i. hunc ludos faciam* (PLAVT. Mil. 334 Pseud. 381 600 [*interp.*]. 1124). PLAVT. Bacch. 103 -us ille quidemst (Curc. 431 -us hic est). Poen. 660 praeda haec -ast (Pseud. 1124). *sensu serio*: Ov. met. 4, 356. SEN. Herc. f. 939 tellus ... si quod parat monstrum, -um sit. SIL. 2, 228 state viri, -us ille hostis. Ps. VARRO sent. 60 '-us est', clamat philosophia, 'quem res ipsae docuerunt'. HIER. epist. 16, 2, 2 si quis cathedrae Petri iungitur, -us est.

e *i. q. debitus, decens (p. 919, 4)*: *α mihi (cf. p. 920, 68)*: PLAVT. Rud. 283 cibo -o servio. CIC. S. Rosc. 135 -o (*i. summo*) iure (Verr. II 5, 19 Sest. 51 prov. 44 off. 1, 2 Lael. 32 ANTON. Cic. Att. 14, 13ª, 3 HIER. epist. 27, 1, 2. i. -o: CIC. Phil. 8, 2 i. hoc -o dico. MART. 8, 58, 2 i. ... -o. pro -o i.: RHET. Her. 4, 38, 50 CIC. Caecin. 7 Flacc. 95 fin. 5, 75 Att. 3, 1, 2 epist. 13, 50, 1. *cf.* QVINT. decl. 271 p. 111, 1 utor -a potestate). Verr. II 1, 25 ne quam ego horam de -is legitimis horis remittam (1, 31 si -is h. in accusando uti voluissem. *cf.* PLIN. epist. 4, 9, 12 -um tempus. *paulo aliter*: SIL. 15, 67 quis luce suprema dimisisse -as [*sc. Voluptatis*] sero non ingemit horas?). Phil. 2, 25 qui me non solum -is laudibus ornaret, sed etiam oneraret alienis (*cf.*

[*Bulhart*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

APVL. met. 4, 30 -os honores). VERG. ecl. 3, 23 -us ille caper fuit (SERV. mihi debitus merito victoriae). STAT. Theb. 1, 258 *in Semeles concubitu* -a fulmina torques. MART. 10, 29, 6 muneribus. *cf.* STAT. Theb. 12, 367 nocte (SCHOL. qua mihi soli fuerat exire concessum). *i. q. decens*: OV. am. 2, 1, 21 nil me tua tela iuvabant, ... elegos ..., -a tela resumpsi (epist. 11, 20 ferrum ..., non -a t. met. 6, 687). SIL. 7, 564 pone iras ... -as. QVINT. decl. 383 p. 429, 2 '-a est aestimatio'. immo iudicum. *β a me*: PLAVT. Cas. 261 me sinas curare ancillas, quae -a est curatio (*cf. p. 918, 58 et* VARRO Men. 143 praebitio). Persa 272 pensum -um ... confeci (AVR. Fronto p. 70, 11 N.). Truc. 711 officium. CIC. Rab. perd. 4 labor in hoc defendendo praecipue -us est, studium vero conservandi hominis commune mihi vobiscum esse debet. SEN. contr. 2, 5, 1 ego iam feci tyrannicidium -um. SEN. benef. 6, 19, 5 si quis patriae -ae pecuniam credat, ... ad exsolvendum ... dabo portionem -am.

f *in responso est pro 'etiam' affirmativo (cf. 920, 48)*: PLAVT. Amph. 391. Cas. 1007 tuaen fidei credo? : : -ae. HOR. sat. 2, 3, 207.

g *varia notabilia*: CIC. Cluent. 6 meque -um (*i. consuetum*) dicendi ordinem (dom. 3) servare patiamini (Att. 3, 15, 5 hic mihi primum -um consilium defuit. AVR. Fronto p. 230, 18 N. -o tempore). PROP. 3, 3, 31 -a turba, columbae (*i. utpote Veneri sacra poetae amorum familiaris; 'carus, amatus' Hertzberg. cf.* OV. met. 5, 144 Delphos. *aliter*: OV. ars 3, 811 ut quondam iuvenes, ita nunc mea turba [*i. quam foveo*] puellae inscribant spoliis 'Naso magister erat'. MART. 9, 59, 6 quos non populus nec -a turba [*i. mei similis*] videt). OV. fast. 3, 229. 234 diem -am (*i. Martis sacram. cf.* 6, 564 luce. STAT. silv. 4, 1, 19 mense). LVCAN. 9, 991 Aeneae ... -i (*Caesaris i. proavi.* SIL. 13, 47 -us ... Tydides). STAT. Theb. 11, 611 (*Oedipus de filiis*:) crudeles nimiumque -i! MART. 5, 84, 9 -us December (*opp.* vestra [*sc. matronarum*] ... Saturnalia, Martias Kalendas [*sc. quibus mensibus mihi (sc. Decembri) aut matronis (sc. Kal. Martiis) munera donari solent*]). 9, 55, 4 turba, in qua se primum quisque -umque putat. QVINT. inst. 7, 3, 30 illud alterum genus quo sit manifestius adulescentibus -is — -os enim semper adulescentes putabo. APVL. met. 7, 15 honoribus ... plurimis asino -o (*sc. cuius specie indutus sum*) tributis (9, 13. 11, 16. *cf.* 10, 29. 11, 2 redde me -o Lucio). DRAC. laud. dei 1, 410 puro lucent -a (*i. a me deo facta*) sidera caelo.

C ***vi significanti***: PLAVT. Amph. 950 gubernatorem, qui in -a navi (*i. qua vectus sum*) fuit (PROP. 2, 9, 30. *cf.* 3, 7, 71 vela [OV. trist. 4, 4, 88]. OV. am. 3, 11, 29 puppis). VATIN. Cic. epist. 5, 10[a], 3 de -is supplicationibus (*i. in -um honorem decernendis*). OV. met. 3, 689 pavidum ... vixque -um (*i. mei compotem. cf. 8, 35* suus. SEN. contr. 1, 1, 16 si tunc -ae mentis fuissem). trist. 4, 4, 85 -a ... terra (*i. ubi habito. cf.* PERS. 6, 7 mare [*'cuius accola sum' Jahn*]. VAL. FL. 7, 55 Caucasus. MART. 7, 88, 7 Tagus). SEN. contr. exc. 5, 5, 1 ruinae -ae (*i. r. domus -ae. cf.* APVL. met. 8, 12 sanguinem [*i. s. mariti -i*]). PLIN. nat. 7, 122 *anguem* -um (*i. mei sexus*) necate. STAT. Theb. 7, 79 hiemes (*i. quales hic apud me sunt*). MART. 7, 52, 3 gentes (*i. populares Hispaniae*). QVINT. inst. 11, 3, 136 ab oratore -o (*i. illo perfecto, qualis animo -o obversatur*). GAIVS inst. 3, 199 iudicatus vel auctoratus -us. IVVENC. 4, 252 -a (*i. a me data*) quinque talenta. *al.* *de spatiis temporum (cf. l. 26. 29)*: CIC. leg. agr. 2, 3 honos ad -i temporis (*i. quo primo eum petere licuit*) diem petitus (*cf.* 2, 4 anno -o [Brut. 323]. dom. 82 ne -o me loco censor in senatum legeret [84]. *paulo aliter*: OV. Pont. 1, 4, 20 me ... series ... malorum ante -um tempus cogit ... esse senem). Att. 13, 42, 3 diem -um (*i. quo natus sum*) scis esse III Nonas Ianuarias (*cf.* HOR. epod. 13, 6 vina Torquato ... consule pressa -o. MART. 10, 92, 10. 12, 60, 5 Kalendis). OV. met. 1, 4 ad -a tempora (*i. quibus ego vivo*). SEN. contr. exc. 5, 8, 1 candidatus anno -o (*i. quo in magistratu ero*) spondeo *eqs.* SIL. 15, 125 venient -a tempora ..., cum ... honos mihi habebitur. TAC. dial. 13, 6 fatalis atque -us (*i. mihi destinatus*) dies (CE 55, 7 hora tristis fatalis -a). *al.*

II ***subst.***: **A** ***masc.*** *et* ***fem.*** (*usu ellipt.; cf. Schmalz-Hofmann*[5] *844. Köhm. Altlat. Forsch. 174 sq. c. attrib.: p. 914, 58. 920, 6. testim. gramm.*: PRISC. gramm. III 173, 27 frequenter ... etiam sine nomine licet huiuscemodi possessiva proferre et maxime, cum de dominis vel coniugibus vel amicis mentio fit [*seq. exempla*]. et omnibus maritis mos est de uxoribus suis dicere '-a' et invicem uxoribus de suis maritis dicere '-us'): 1 *sing.* (*fem. l. 70. 78. 79. p. 920, 11*): a *casibus praeter voc.*: *de filia*: PLAVT. Aul. 744 quid tibi ... -am ... tactiost? (*Euclio ollam dicit, filiam Lyconides intellegit, item* 756). Trin. 197 cum -a. TER. Hec. 559 ego consului -ae. Phorm. 764 -am esse hanc. *de filio*: TER. Haut. 106 ego te -um esse dici tantisper volo, dum quod te dignumst, facies. Ad. 48 hunc ... adoptavi ..., amavi pro -o. 797 ne tu curares -um neque ego tuom (802). 799 OV. met. 2, 42 SEN. contr. 10, 4, 10. 20. *de patre*: TER. Phorm. 198. *de servo, ancilla*: TER. Phorm. 500. Eun. 798 ego non tangam -am? 809 Ad. 179. 198. *de domino*: APVL. met. 9, 33. 39 QVEROL. p. 40, 17. *de amica*: TER. Andr. 635 LVCIL. 730 LYDIA 41 TIB. 1, 5, 42. 2, 3, 77. 2, 6, 52 PROP. 3, 8, 22. *de amasio*: LVCIL. 273 TIB. 3, 13, 8. OV. epist. 5, 4 queror de te (*cf. p. 920, 12*) ... -o. ars 1, 322. *de marito*: OV. fast. 2, 752 temerarius ille est -us. *de uxore*: DON. Ter. Hec. 633, 4 vel -a crimen tuae sustinet vel tuae ad -am translata est culpa. *de uno ex familia*: PLAVT. Cist. 364 quid ego usquam male feci tibi ⟨aut -u⟩s quisquam? CIC. Phil. 11, 10 et hic (*Dolabella*), di immortales, aliquando fuit -us! *de cive*: SEN. benef. 4, 34, 2 ut ... hosti tamquam -o parcam. *de discipulo*: QVINT. inst. 1, 3, 3 hic -us, quae tradentur, non difficulter accipiet. *de amico*: FRONTO p. 111, 23 N. Asclepiodotum ... mihi quoque fieri amicissimum tam hercule, quam est Herodes summus nunc -us. *de codice (cf. Jahn, SB Leipzig 1851 p. 322)*: SVBSCR. Pers. cod. tabularii basil. Vatic. 36 H temptavi emendare sine antigrapho -um. Non. cod. Montepess. P 212 legi -um ... emendans. Macr. cod. Paris. 6371 Boeth. cod. Bern. 141. b *voc. i. q. care, cara (cf. p. 916, 46)*: PLAVT. Most. 346 quid ... faciam ...? : : -a *eqs.* TER. Ad. 289 modo dolores, -a tu (*cf. p. 919, 81*), occipiunt (664 tam infandum facinus, -a tu ne audivi quidem [DON. '-a' et '-a tu', 'amabo' et alia huiuscemodi mulieribus apta sunt blandimenta]). Ps. HIER. epist. 18, 3 p. 184[C] euge, -us.

2 *plur. (fem.: l. 17. 23. 42)*: a *de familia sensu strictiore i. de uxore et liberis*: PLAVT. Asin. 67 volo amari a -is (TER. Ad. 879). Stich. 79 -as (*sc. filias*) novi (*cf.* 81 cum -is). Vid. 37. frg. 15 (3) malim moriri -os quam mendicarier. TER. Hec. 247. 271 POMPON. trag. 2 CIC. p. red. in sen. 8. 24. *al.* VERG. Aen. 6, 717 prolem ... -orum. ego et -i: PLAVT. Bacch. 846 me -osque. Epid. 548 salva sis : : salutem accipio mi et -is. CIC. prov. 3 dom. 145. *al.* VERG. Aen. 8, 386. OV. epist. 12, 84 miserere mei, miserere -orum! fast. 5, 438 LIV. 8, 7, 16. *al.* b *de familia sensu latiore i. de servis, libertis*: PLAVT. Rud. 783 -as ... diripiam. CIC. Caecin. 37 Att. 13, 15. 13, 21, 5. 14, 7, 1 epist. 9, 2, 1. 11, 21, 5 CASS. Cic. epist. 12, 12, 1. HOR. sat. 2, 6, 65 ipse -ique. SEN. epist. 77, 3 PLIN. epist. 1, 4, 2. 5, 6, 46. 5, 19, 1. 7, 28, 2. *al.* APVL. met. 10, 9. *al.* c *de necessariis, propinquis, amicis*: CIC. Catil. 4, 22 *bellum Catilinae* a me atque a -is facile propulsari posse confido. Cael. 6. Att. 9, 9, 4 optavi, ... ut id aliquis -orum, neque tamen de te, qui maxime -us, cogitavi. epist. 7, 5, 1. 3. 13, 32, 1 et mihi et -is omnibus. LENT. Cic. epist. 12, 14, 7 VERG. Aen. 12, 947 OV. Pont. 3, 7, 35. 4, 6, 41. *de popularibus*: CIC. orat. 23. CATVLL. 39, 13 aut Sabinus ... aut Transpadanus, ut -os quoque attingam. HOR. epist. 1, 11, 9. OV. epist. 2, 82 *in coniugio* externum praeposuisse -is. 2, 88 STAT. silv. 2, 2, 136. APVL. flor. 18 p. 86 penes extrarios ..., penes -os. *de civibus*: VERG. Aen. 4, 544 Tyriis omnique manu stipata -orum. 10, 852 odiis ... -orum (10, 902). 11, 273 (*de sociis*). STAT. Theb. 3, 370 in me haec tela (*sc. parabatis*), -i? APVL. met. 3, 6. *de clientibus*: CIC. top. 4 epist. 13, 4, 4. *de collegis*: PETRON. 45, 10. d *de comitibus*: CIC. (*procons. in Asia*) Att. 5, 9, 1. 5, 10, 2. 5, 11, 5. 5, 14, 2. 5, 21, 5 VAL. FL. 5, 501. e *de cultricibus deae*: OV. met. 9, 696 pars o Telethusa -arum.

B ***neutr.***: 1 *sing.*: a *de rebus corpor. (pecunia, fundo sim.; de vestimento*: OV. ars 3, 449): PLAVT. Aul. 653 id -um ... redde. 760. Most. 588 -um peto. TER. Ad. 249 VARRO Men. 570 CIC. off. 2, 83. 3, 51 vendo. Att. 13, 22, 4. SEN. benef. 1, 11, 1 -o contentus sum. MART. 4, 77, 2. *al.* de -o: PLAVT. Persa 473 alienum cenabit, nil gustabit de -o. Trin. 329 bene volo ego illi facere ... : : nempe de tuo? : : de -o. TER. Ad. 117 potat ...: de -o. CATVLL. frg. 2 SEN. benef. 1, 9, 1 QVINT. decl. 260 p. 69, 17 PLIN. epist. 2, 4, 2. 5, 7, 3. CLAVD. DON. Aen. 5, 350 p. 463, 1 largiri de -o. in -o (*cf. l. 74*): CIC. Tull. 20 quid vobis istic negoti in -o est? Ps. QVINT. decl. 13, 4 IVLIAN. dig. 39, 5, 2, 5 VLP. dig. 17, 1, 16. TERT. spect. 26 p. 25, 25 in -o eam inveni. ex -o: QVINT. decl. 301 p. 188, 9 ministerium fuit ex -o. b *de rebus incorpor.*: *de possessione ingenii (cf. p. 916, 36 sqq.)*: de -o: PLAVT. Mil. 905 ad tua praecepta de -o nihil his novom adposivi. CIC. har. resp. 40 haruspicum verba sunt haec omnia; nihil addo de -o. SEN. epist. 8, 7. TERT. anim. 51, 6 p. 383, 10 de -o didici. adv. Marc. 5, 1 p. 570, 18. CYPR. eleem. 9 p. 380, 12 nec hoc tibi de -o spondeo, sed de sanctarum scripturarum fide ... promitto. HIER. epist. 49, 15, 4. ex -o: QVINT. decl. 258 p. 52, 27 animus iste ad contemnenda pericula paratus ex -o (*sc. animo?*) fluxit. *de dictis sim. (cf. p. 916, 25)*: CIC. Att. 8, 7, 2 tu -um laudas ..., ... quod dixerim *eqs.* epist. 9, 16, 4. AVSON. 327, 7 p. 115 P. -um post pocula si quis legerit. *varia*: VERG. Aen. 4, 318 si ... fuit ... tibi quicquam dulce -um (*cf. p. 921, 5*). SEN. epist. 93, 6 habeo -um (*i. quamquam iunior maturioris aetatis modum explevi. cf. Axelson, Neue Senecastudien 10*). TERT. idol. 13[in]. recipiam -um (*i. q. mihi debitum. cf. p. 918, 74*) vel rependam alienum.

2 *plur.*: a *de rebus corpor.*: PLAVT. Aul. 432. 433. Mil. 1350 -a, non illorum dedi. Persa 340 vendam. TER. Ad. 815. CIC. parad. 8 omnia mecum porto -a (PHAEDR. 4, 22, 14 mecum -a sunt cuncta [4, 22, 26 SEN. dial. 2, 5, 6 epist. 9, 19]). 28 -orum aliquid ruere aut deflagrare. fin. 2, 85 me ipsum ames oportet, non -a. epist. 7, 3, 3 cum -is ... in (*cf. l. 51*) -is esse (CE 1238, 5 ruri -a vixi colendo). LIV. 31, 25, 6 'ita tamen aequum est', inquit *rex Philippus*, 'me vestra -is armis tutari, ne -a interim nudentur praesidiis'. PAVL. dig. 50, 16, 91 '-orum' et 'tuorum' appellatione actiones quoque contineri (MARCIAN. dig. 36, 1, 31, 1). CIL VIII 10927 de omnibus -is hoc solum -um (*cf. p. 916, 41*). b *de rebus incorpor.*: α *de operibus ingenii*: *scriptis*: CIC. fin. 1, 7 nec ... recusabo, quominus omnes -a legant (Lael. 4 Att. 4, 5, 1 EPIST. Sapph. 41). ac. 1, 8. 2, 10. Tusc. 5, 63 te tua, me delectant -a. Att. 16, 5, 5 cupidus ille -orum? PROP. 2, 26[b], 25 recitat. OV. trist. 1, 7, 15 Pont. 1, 1, 21. 3, 4, 15 MART. 2, 71, 5. *dictis (cf. p. 916, 25)*: CIC. Att. 12, 41, 2 epist. 9, 20, 1 APVL. met. 2, 20. β *de negotiis*: CIC. Att.

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

13, 36, 4 qui . . . et -a expedias et sis in tuis multo minus diligens quam in -is. 14, 21, 3. 15, 2, 1 epist. 2, 8, 3. 3, 9, 4. *γ varia*: CIC. epist. 2, 6, 3 in quo (*Milone*) omnia -a posita esse decrevi. 13, 11, 1 ut ne quid -orum (*i. rerum ad me pertinentium*) tibi esset ignotum. VERG. Aen. 12, 882 immortalis ego? aut quicquam mihi dulce -orum (*cf. p. 920, 65*) te sine, frater, erit? HOR. epist. 1, 9, 8 -a ne finxisse minora putarer (*cf.* 6 quid possim, videt). SEN. contr. 1 praef. 2 cum multa iam mihi ex -⟨is⟩ desideranda senectus fecerit, oculorum aciem retuderit *eqs.*

caput tertium: syntactica et stilistica:

I *syntactica*: A *de condicionibus syntacticis, quae intercedunt inter subst. et pron.*: **1** -us *fungitur vice gen. subi.* (*exempla huius usus tritissimi praeter nonnulla antiquissima non attulimus nisi notabiliora*): NAEV. com. 33 votis. 72 plausibus. ENN. sat. 63 labores. PLAVT. Pseud. 558 fallaciis (CAECIL. com. 208). TRABEA com. 1 nutum. OV. epist. 13, 112 nulla caret fumo . . . ara -o. OCTAVIA 831 tecta flammis concidant urbis -is. STAT. Theb. 5, 565 non -a vulnera . . . effugies (7, 556). MART. 12, 61, 2 frons haec stigmate non -o notanda est. APVL. met. 9, 3 ut aquae . . . pelvem afferrent potui -o.

I *i. q. vehementer vel celeriter* **moveri, palpitare**: A *usu sollemni* (*de rebus cum splendore motis v. s. II*): 1 *generatim*: a *de membris animantium*: ENN. ann. 473 semianimes . . . -ant oculi (*inde* VARRO AT. carm. frg. 11. *cf. Verg. Aen. 4, 691* oculis *moribundae* . . . errantibus. *aliter l. 49*). CIC. nat. deor. 2, 24 venae et arteriae -are non desinunt quasi quodam igneo motu (OV. met. 6, 390 trepidae . . . -ant v. SEN. nat. 6, 14, 2 LVCAN. 1, 629). VERG. Aen. 10, 395 semianimes . . . -ant digiti *dexterae decisae*. TIB. 1, 10, 11 nec audissem corde -ante tubam (OV. ars 3, 722 pulsantur trepidi c. -ante sinus. fast. 6, 338 APVL. met. 11, 13. *cf.* OV. epist. 1, 45 metu -uere sinus [5, 37]. fast. 3, 36 cor . . . timore -at [3, 331 MANIL. 5, 224]). OV. met. 6, 557 radix -at ultima linguae *abscisae* (*aliter l. 46*). 9, 37 crura -antia. SEN. Oed. 376 rigore tremulo debiles artus -ant. CALP. ecl. 6, 53 illi *equo* . . . -at acre caput. PLIN. nat. 11, 137 -antes (nutantes *edd. vett.*) *aures* pavidis *equis indicia*. SIL. 1, 500 mille simul dextrae densusque -are videtur ensis (4, 211 -ans *dextera* tremulo conatu lora retemptat. 5, 285 dextram . . . -antem demetit). 6, 223 trifido vibrata per auras lingua *draconis* -at motu (*cf. in imag.*: PRVD. ham. 201 simplex lingua prius varia -at arte loquendi et discissa dolis resonat sermone trisulco). TERT. anim. 25, 3 p. 341, 10 de quo *fetu* -ent latera *gravidae* (*syn.* palpitent, pulsetur). PHYSIOGN. 33 p. 50, 3 trementes -antesque oculi et salientes, quos Graeci παλλομένους dicunt (40 p. 57, 13). b *de animantibus* (*add. abl. instr. membri moti*): CIC. carm. frg. 7, 4 anguem semianimum et varia graviter cervice -antem (*cf.* VERG. georg. 3, 439 [= Aen. 2, 475] linguis -at ore trisulcis *coluber*). VERG. georg. 3, 84 -at auribus *equus* (*cf.* PELAGON. 404 *equus* auriculis -at [VEG. mulom. 2, 10. 2, 12, 1. *Chiron 286* auriculas dimicat]). AMBR. Noe 15, 54 p. 451, 11 filias oculorum -antes nutibus. c *singularia*: LVCIL. 1075 omnia tum endo muco videas fervente -are (*i. fluctuare; cf. Marxium ad l.*). CARM. de mens. 2, 2 aspice ut aris tura -ent (*alludi locutiones ut* turis mica [*p. 928, 9*] *vel* salienti mica [*p. 928, 5*] *Leumann in plag. monet*).

2 *speciatim de ludo quodam, i. q. digitis sortiri* (NON. p. 347, 27 *v. supra l. 14.* GLOSS. λαγχάνω. λά⟨χ⟩ωμεν -emus. *cf. K. Schneider, RE XV 1516 sq. Marquardt, Privatl. 836. Blümner, Privataltert. 418*): VARRO Men. 396 -andum erit cum Graeco, utrum ego illius numerum an ille meum sequatur. CIC. div. 2, 85 quid . . . sors est? idem propemodum quod -are, quod talos iacere, quod tesseras. off. 3, 77 dignum esse dicunt, 'quicum in tenebris -es' (PETRON. 44, 7 sed rectus, sed certus, amicus amico, cum quo audacter posses in t. -are. FRONTO p. 13, 4 N. scurrarum proverbium: 'en cum quo in t. -es'. *cf. Otto, Sprichw. 221 sq.*). 3, 90 nullum erit certamen, sed quasi sorte aut -ando victus alteri *tabulam* cedet alter. CALP. ecl. 2, 26 alternos magis ut distinguere cantus possitis, ter quisque manus iactate -antes (*syn.* decernunt digitis). SVET. Aug. 13, 2 patrem et filium pro vita rogantis sortiri vel -are iussisse. AVG. trin. 8, 5, 8 -ando digitis tribus. *peculiariter in macello carnis pretium sortiendo constituere*: EDICT. praef. urb. de pecor. vend. (CIL VI 1770) 6 ratio docuit . . . consuetudine -andi summota sub exagio potius pecora vendere quam digitis conludentibus tradere. *paulo aliter de pueris 'par impar' ludentibus*: SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 248 ludus est -antium puerorum (*seq. descriptio*).

B *i. q. emicare, subito provenire*: 1 *i. q. profluere* (*de liquoribus bullientibus vel emicantibus*): SEN. Oed. 345 utrum citatus vulnere angusto -at an lentus altas irrigat plagas cruor? LVCAN. 4, 300 non . . . -uere novi percusso pumice fontes. APVL. mund. 22 -ant imbres, ignes rumpuntur (*Ps. Arist. p. 397a 21* πιπτόντων . . . κεραυνῶν, ῥηγνυμένων δὲ χειμώνων. *cf. Löfstedt, Eranos 10, 1910, 168 sq.*).

2 *i. q. provenire, prodire, nasci* (*fere de rebus cum splendore quodam prodeuntibus*): LVCAN. 6, 395 hac tellure feri -uerunt semina Martis (*cf.* DRAC. Romul. 10, 576 inde seges ferrata -at). PLIN. nat. 29, 117 *noctuis* pluma aurium modo -at (*cf. 10, 68* auribus plumeis eminentibus). PRVD. apoth. 24 filius hoc est, quod de patre -ans se praestitit inspiciendum per species. ham. 175 sectam, quae docet e tenebris subitum -uisse *diabolum* (*cf. Leo M. epist. 15, 6* emersisse). SIDON. carm. 2, 68 tali tu civis ab urbe Procopio genitore -as. DRAC. Romul. 6, 121 pignora pulcra -ent.

II *i. q.* **splendere** (*plerumque de splendore tremulo rerum coruscantium, i. q. vibrando fulgere*): A *proprie*: 1 *de flammis, igne, lumine sim.*: a *in univ.*: ACC. trag. 582 sol, qui -antem candido curru atque equis flammam citatis fervido ardore explicas (LVCR. 5, 1099 -at . . . flammai fervidus ardor. AETNA 383 f. -at latosque ruens exundat in agros. LIV. 22, 17, 4 qua minime densae -bant f. 37, 11, 13 MANIL. 1, 132 SIL. 13, 181 CYPR. GALL. lev. 289. num. 245 triste. MART. CAP. 6, 585. *in imag. de siti*: SEN. Thy. 99 perustis f. visceribus -at). VERG. Aen. 9, 187 lumina rara -ant (PRVD. cath. 5, 142 pendent mobilibus l. funibus, quae suffixa -ant per laquearia. *cf.* OV. epist. 12, 188 accenso lampades igne -ant. APVL. met. 10, 20 cerei praeclara -antes luce). OV. met. 2, 40 *Phoebus* circum caput omne -antes deposuit radios (7, 411 CHROMAT. in Matth. 5, 1). fast. 1, 656 ignis . . ., qui -at in medio pectore *Leonis sideris* (SEN. nat. 1, 14, 2. MELA 1, 94 passim. 3, 95 SIL. 9, 442 AVIEN. Arat. 80 AMM. 18, 6, 9). MART. CAP. 2, 116 cum creperum lux alma -at. *al.* *transfertur ad res splendore illustratas vel accensas*: SEN. Thy. 674 tota solet -are silva flamma et . . . trabes ardent sine igne. PLIN. nat. 5, 7 montem -are crebris ignibus (SIL. 1, 503 Saguntos igne). PRVD. perist. 5, 352 *carcerem* splendore (*sensu spirituali; item* SVLP. SEV. Mart. 23, 6. LEO M. serm. 75, 2 -antium splendore linguarum [*cf. Vulg. act. 2, 3*]). CLAVD. rapt. Pros. 3, 398 -uere *arbores accensae*. b *de fulmine* (*cf. vol. VI 1529, 5. 61*): VERG. Aen. 1, 90 crebris -at ignibus aether (*cf.* OV. trist. 1, 2, 45 flammā). 8, 32 tonitru . . . rupta corusco ignea rima -ans (*sensu obsceno*: AVSON. 359, 11 p. 216 P.) percurrit lumine nimbos. LIV. 21, 58, 5 ignes (SEN. clem. 1, 7, 2). LVCAN. 1, 530 fulgora (4, 78 [*vs. interpol.*]. STAT. Theb. 4, 674. 10, 924 HIL. in Matth. 25, 8 VVLG. exod. 19, 16 DRAC. laud. dei 3, 15). VAL. FL. 8, 73 toto quicquid -at aethere. 8, 333 in vultus -at undique terror *fulminum*. SIL. 1, 135 -at igneus aether. 17, 477 ob ora lux atrox -at. *nota de deo fulminante*: HIER. psalt. sec. Hebr. 144 (143), 6 -a fulmine.

2 *de stellis, sole, luna*: CIC. carm. frg. 11 (de consul.), 12 concursūs . . . gravis stellarum ardore -anti[s] (Arat. 112 -ans . . . ardor. COLVM. 10, 290 Sirius a. AVIEN. Arat. 384 geminus -at ardor in auras). Arat. frg. 14 stella -ans tali specie talique nitore (17 radiis. LVCR. 5, 1205 OV. am. 2, 16, 4 met. 7, 100. 15, 850. GERM. 27 -ant sublime. 44 caelo. SEN. Thy. 49 polo. dial. 6, 18, 2. 11, 8, 6. LACT. inst. 2, 9, 14 [*syn.* radiare]. VVLG. Iob 38, 31. *al. cf.* SIL. 15, 677 sparsa -ant stellarum lumina caelo). 32^b, 1 ecus . . . iubam quatiens fulgore -anti. CATVLL. 61, 207 siderum . . . -antium . . . numerum (64, 206 LVCR. 5, 514. HOR. carm. 1, 12, 46 [*in imag.*] -at inter omnis Iulium s. OV. met. 7, 188. 217. 325 fast. 2, 266 GERM. 60 SEN. Herc. f. 125 Oed. 46 Herc. O. 239 CYPR. GALL. num. 467 CE 1300, 8. *al.*). AETNA 242 scire . . . Lucifer unde -et (*item de stellis singulis*: OV. epist. 17, 152 gelido . . . polo. fast. 3, 458. 516. 5, 165. trist. 5, 3, 41 aeternum. MANIL. 1, 320. 407 GERM. 142. 231. 251. *al.* ANTH. 864, 12. FIRM. math. 6, 2, 5 divino . . . lumine. AVIEN. Arat. 235 igne. 265. 474. *al.* CLAVD. 8, 428 quacumque -as [*Theodosius in sidus mutatus*]. *al.*). OV. fast. 2, 189 signa propinqua -ant (459 SEN. Herc. f. 14 Phoen. 414). LACT. inst. 2, 9, 3 astrorum -antium splendentibus signis (AMM. 24, 8, 3 a. noctu -antium facies. HYMN. Ambros. I 5, 2 HIER. epist. 69, 6, 1 MART. CAP. 9, 912). *al.* *de luna et sole*: OV. Ib. 74 luna . . ., quae numquam, quo prius, orbe -as. SEN. Phaedr. 744 pulchrior tanto tua forma lucet, clarior quanto -at orbe pleno . . . Phoebe. VAL. FL. 5, 410 iubar *quasi solis* ⟨per⟩ tecta -at. AVSON. 369, 22 p. 96 P. clarum et lene -ans *sol*. MEROB. carm. 1, 14 Lunae sidera fraterna luce -are. DRAC. laud. dei 1, 409 Orest. 684. *in imag.*: HYMN. Ambros. I 7, 6 verus . . . sol illabere, -ans nitore perpeti. *cf.* BOETH. cons. 3 carm. 9, 26 tuo (*sc. dei caelum temperantis*) splendore -a. *de caelo, mundo sim.*: MANIL. 5, 727 -are . . . stipatum stellis mundum (*cf.* SEN. Thy. 825 polus). VAL. FL. 2, 55 -at immutabile caelum. 3, 558 stagna vaga sic luce *Lunae* -ant. BOETH. cons. 4, 1, 3 W. quocumque *astro* -ans nox. CE 1389, 18 (*a. 579*) Martius *mensis* . . . nono sole -ans (*i. dies VII a. id. Mart.*). *cf.* ENNOD. carm. 1, 5, 36 stellis viduae -uerunt dira tenebrae.

3 *de metallis, gemmis sim. rebusque metallorum sim. splendore nitentibus*: VERG. Aen. 10, 134 puer . . . qualis gemma -at (*v. vol. VI 1755, 8. cf.* AVIEN. orb. terr. 470 iaspis. ALC. AVIT. carm. 1, 254 margine riparum virides -uere lapilli. *aliter*: GREG. M. in Ezech. 2, 10, 1 *lapis* percussus ferro per scintillas -at). OV. met. 2, 2 regia . . . clara -ante auro. SIL. 12, 230 ebur. PRVD. cath. 7, 79 metalli . . . lux argentei (*syn.* splendeat). *de aedificiis*: TRAG. inc. 242 -ant nitore tecta sublimi aurea. RVT. NAM. 1, 95 delubra -antia. INSCR. christ. Diehl 1629, 8 ara. 1769, 1 aula (1791, 1). *al.* *de armis* (*imprimis vibratis*): VERG. Aen. 2, 734 ardentis clipeos (*cf. p. 931, 7*) atque aera -antia cerno. 7, 743 aeratae . . . -ant peltae, -at aereus ensis (SIL. 1, 500. 17, 394. STAT. Theb. 4, 154 triste. TIBERIAN. carm. 2, 6. MEROB. poet. 82 ferro). LIV.

[*Lambertz*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1, 25, 4 -antes ... fulsere gladii (*v. vol. VI 2018, 65 sqq. cf. p. 930, 83 et* LIV. 7, 5, 6 ferrum ante oculos [SEN. Thy. 184]. HIER. epist. 1, 3, 4 mucronem). 7, 33, 10 hastae (*cf.* CLAVD. 15, 212 cornus). 21, 7, 8 tela (CVRT. 8, 2, 26 LVCAN. 7, 320. STAT. Theb. 2, 589 ferro. AMM. 17, 13, 18. PRVD. ham. 418 mortifero splendore [*syn.* radiant]. *cf.* SIL. 11, 485 pelago ... -bant captiva arma procul celsa fulgentia prora [AMM. 19, 2, 12. 31, 10, 14 auro]). VAL. FL. 3, 76 cur galeae clipeique -ent (SIL. 2, 395 saevo fulgore. *cf. p. 930, 82 et* STAT. Theb. 11, 399 fulva metallo parma). NEMES. cyn. 85 aurea purpureo longe radiantia velo signa -ant (*cf. in imag.*: HYMN. Ambros. I 4, 11 vexilla virtutum *Mariae* -ant). CLAVD. 8, 15 loricam. *de aliis rebus metallorum vel gemmarum splendore nitentibus*: VAL. FL. 5, 203 ubi pellis (*sc. vellus aureum*) -et arbore sacra (*transfertur ad regiones*: 8, 122 -at omnis ager). SIL. 6, 357 -at aereus alta fulgor aqua ... splendentis ... rostri. STAT. Theb. 4, 170 pars ... argento caelata -at, pars ... nigrescit in auro. MART. 5, 25, 10 aureus ut Scorpi *statuae* nasus ubique -et (*cf.* VOPISC. Aurelian. 41, 11 fana eius -ant donis. DRAC. Romul. 5, 229 non aera *statuae* -ent [*huc pertinere vid.* 5, 52 asylum ... in arce -ans]). SOL. 7, 3 *calculis* ripae eius (*sc. Acheloi fluminis*) -ant (*cf.* CLAVD. 1, 53. 22, 229 Tagum). CLAVD. DON. Aen. 12, 160 p. 573, 31 corona ... fulgore. AMM. 16, 10, 6 *carpento* -ante *claritudine lapidum* (*cf.* PRVD. psych. 334). CLAVD. 28, 161 aurea ... cornua *Eridani* (*cf.* SVLP. SEV. dial. 3, 10, 6 manum ... vestitam gemmis luce -are purpurea).

4 *de coloribus rebusve colorum nitore fulgentibus*: COLVM. 3, 21, 3 palmitibus ... generis albi ... vel purpureo nitore -antis (*cf.* APVL. met. 6, 11 rosis ... -antibus. AVSON. 361, 38 p. 411 P. tellus tecta rubore *florum* -at [CLAVD. 10, 60 rura -ant]. DRAC. Romul. 10, 118 -at orbita florum). LVCAN. 10, 123 strata -ant Tyrio ... fuco cocta (*cf.* SIL. 7, 642 purpura Agenoreis saturata -bat aënis [SVLP. SEV. Mart. 23, 8]. VOPISC. Car. 20, 5 *vestes* -antes purpura). PLIN. nat. 10, 43 qui *colores pavonis* et in opaco clarius -ant (*cf.* APVL. met. 5, 22 pinnae roscidae -anti flore candicant). MART. 2, 46, 4 -at innumeris arcula synthesibus (*cf.* CLAVD. 1, 178 cinctus -antes stamine). ZENO 2, 59 viam inter fluctus *maris rubri* -uisse terrenam.

5 *de animantibus armis vel vestimentis splendidis indutis*: VAL. FL. 6, 404 quorum agmina pilis, quorum aquilis utrimque -ant. 8, 310 ense simul clipeoque -at. SIL. 5, 239 *v. vol. IV 1176, 81.* STAT. Theb. 4, 265 igneus ante omnis auro -at, igneus ostro. AVSON. 425, 4 p. 381 P. *Diomedes* clarum -at (*cf. Hom. Il. 5, 7* οἱ πῦρ δαῖεν ἀπὸ κρατός). *de iis, qui gladios vibrant*: LIV. 4, 37, 10 hostis urgere scutis, -are gladiis (44, 34, 8. CLAVD. 15, 435 [galeis *v. l.*]). CYPR. GALL. num. 613 hunc strincto vidit mucrone -antem.

6 *de splendore partium animalium (de ebore v. p. 930, 78)*: *oculorum*: LVCR. 3, 289 ex oculis -at acrius ardor. VERG. Aen. 12, 102 oculis -at acribus ignis. OV. am. 1, 8, 16 gemino lumen ab orbe -at (*P m. 1 in marg.; in textu* venit). LACT. Phoen. 138 flamma. *de ipsis oculis*: OV. ars 2, 721 o. tremulo fulgore -antes (NEMES. cyn. 246 splendore). met. 1, 498 igne -antes sideribus similes o. (3, 33. 8, 284. 15, 674. *cf. l. 58*). SEN. Phaedr. 380 o. nihil gentile ... -ant (*cf.* CLAVD. carm. min. 25, 41 dulce. ALC. AVIT. carm. 2, 132 dira). dial. 3, 1, 4 flagrant ac -ant o. (MART. BRAC. ira 1). APVL. met. 2, 2. 3, 19. 5, 31 venustatem -antium o. (AMM. 25, 4, 22). FIRM. math. 8, 17, 10 DARES 12. PELAGON. 291 *equi* (VEG. mulom. 2, 136). HIER. in Is. 40, 27 p. 412[A] *aquilarum*. OV. ars 3, 504 lumina Gorgoneo saevius igne -ant (SIL. 11, 339. PANEG. 3, 6, 4 sidereis ignibus. DRAC. laud. dei 1, 345 orbe -ant gemino gemmantia l. visus). DRAC. laud. dei 2, 663 sereno lumine ... acies ... -antes. *nota (cf. p. 932, 25)*: CVLEX 222 sanguinei ... -ant ardorem luminis orbes. *de splendore in vultu renidente*: SEN. epist. 115, 14 dulce si quid Veneris in vultu -at. IVVENC. 1, 280 gratia in vultu et verbis *Iesu* ... -bat. MART. CAP. 1, 1 Hymenaee, hinc (*sc. a Cypride*) tibi ... flagrans ore cupido -at. VITA Fulg. p. 101, 6 L. tanta in vultu eius -bat hilaritas. *de membris splendore quodam lucentibus*: CVLEX 173 aspectu ... -at *caput serpentis* flammarum lumine torvo. LIV. 6, 13, 2 vultum hostis ⌊ardore animi -antem⌋ (⌊ ⌋ ardorem indicantem *Fügner*). VAL. FL. 6, 606 ora ... saeva -ant. STAT. silv. 2, 6, 41 primo ... -antes flore genae. CLAVD. 10, 283 membris ... -antibus. *transfertur ad animantes: oculis fulgentes*: CLAVD. rapt. Pros. 1, 284 *equus* crudele -ans. carm. min. 30, 121 *puella* luminibus timidum -at. PAVL. NOL. carm. 33, 53 torvum oculis -ans (MAXIM. eleg. 5, 16 grata. ANTH. 941, 47 blanda). *gratia, ardore nitentes*: VERG. Aen. 10, 134 *v. p. 930, 74* (SERV. fulget). MART. 4, 45, 7 perpetuo sic flore -es. MEROB. carm. 1, 5 -ans prin⟨ceps⟩ lucida ceu ... astra. DRAC. Romul. 6, 58. CARM. de aegr. Perd. 228 matronae ... forma cultuque -antes.

B *translate i. q. eminere, excellere, insignem esse*: 1 *de rebus (fere incorporeis)*: LAVS Pis. 94 solido fulgore -antia verba. TER. MAVR. 2243 Aristophanis ingens -at sollertia (*cf.* OPT. PORF. epist. ad Constant. 6 ut ... huius etiam studii in te -et splendor egregius. MAXIM. eleg. 1, 20 plus -at ingenium). AMBR. obit. Theod. 46 p. 61, 7 M. lignum *crucis detectae* refulsit et gratia -uit (VEN. FORT. virt. Hil. 6, 19 quanta -at gratia donatoris. PASS. Mar. Iac. 3 p. 50, 11). HEGES. 1, 25, 2 testimonia ... quae tamquam lumina animi -ant. HIER. epist. 60, 5, 3 *ducum* virtutibus quasi quibusdam stellis Latinae -ant historiae. PRVD. apoth. 87 *vis dei* pura, serena, -ans. CLAVD. 21, 286 virtus ... maior in adversis -uit (*cf.* RVT. NAM. 1, 548 forma ... iustitiae suspicienda -at. VEN. FORT. carm. 2, 8, 42 amor. 2, 9, 34 fides [INSCR. christ. Diehl 1784, 2 fidei lux. *syn.* radiant]). MEROB. carm. 4, 30 te ... excepit gremio -ante Roma (*cf.* DRAC. Romul. 5, 114 *Carthago* renovata -at [*seq.* viget]). MACR. Sat. 5, 14, 7 quibus *vocabulis* velut sideribus -at ... *carminis* ... maiestas (*cf.* SIDON. epist. 2, 10, 4 epigrammata. MAXIM. eleg. 1, 30 artis opus). SIDON. carm. 15, 97 Socratica post hunc secta -at. 22, 120. *al.* 2 *de animantibus*: CLAVD. 16, 20 hoc video coetu, quidquid ubique -at (VEN. FORT. carm. 2, 9, 21 leviticus ... ordo). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 179, 38 claritate rectae fidei -uerunt (*cf.* p. 209, 11. 28 pietate. PS. PROSP. vocat. gent. 2, 32 p. 717[B] virtutibus. SIDON. epist. 1, 3, 1 praefecturis. POMER. 1, 2, 1 civitas ... meritis fulgentibus -at). *c. dupl. nom.*: SIDON. carm. 2, 206 utrique magister militiae consulque -at. DRAC. Romul. 10, 191 venatrix terrena -as, *Diana*.

part. praes. pro adi. **micāns**, -antis *i. q. fulgens, splendidus (exempla v. passim s. II)*. *comp.* -ior: PRVD. cath. 5, 44 plebem pervigilem fulgure praevio ducebat radius sole -ior.

structurae *ad II: c. abl. instrum. passim e. g.* ardore (LIV. 6, 13, 2). flamma (OV. trist. 1, 2, 45). fulgore (OV. ars 2, 721 LAVS Pis. 94 SIL. 2, 395. *al.*). igne (VERG. Aen. 1, 90 OV. met. 1, 498. *al.*). luce (MANIL. 1, 320 APVL. met. 10, 20. *al.*). nitore (TRAG. inc. 242 CIC. Arat. frg. 14 COLVM. 3, 21, 3. *al.*). splendore (PRVD. ham. 242. *al.*). gladiis: *p. 931, 40.* oculis: *p. 931, 69.* *abl. loci*: OV. epist. 17, 152 GERM. 44 SEN. Thy. 49. 674 VAL. FL. 5, 203. 8, 70 SIL. 6, 357. 11, 485. 15, 677. *c. acc. obi. effecti*: CVLEX 222 *v. p. 931, 58.* *c. acc. gr.*: *v. C. F. W. Müller, Nom. u. Acc. 82; adde* MART. CAP. 2, 116 MAXIM. eleg. 5, 16. *c. nom. dupl.*: *l. 13.* *c. praep.*: circum: OV. met. 2, 40. in *c. acc.*: VAL. FL. 8, 333. inter: HOR. carm. 1, 12, 46. ob: SIL. 17, 477. per: VAL. FL. 5, 410 PRVD. cath. 5, 142.

deriv.: micatio. 3. micatus. *compos.*: di-, e-, inter-, prae, pro-, re-, sub-, supermico.

2. (mīco), mīcātus, (-āre). *a* mica. *i. q. friare, minutatim conterere*: PLIN. VAL. 1, 63 l. 7 panem ... modicum -tum cum ipsis cerebellis *porcorum* accipiat *aegrotans*. *Lambertz.*

mīcōn(i)um *v. s.* meconium (*p. 516, 40. 63*). **micor** *v. p. 929, 11.*

mīcrocosmos, -ī *m.*, μικρόκοσμος. *i. q. parvus mundus, homo* (GLOSS.[L] I Ansil. MI 27 homo a Graecis -os, id est minor mundus, est appellatus [*ex* ISID. nat. 9, 2]): ISID. orig. 3, 23, 2 haec ratio *numerorum musicorum* quemadmodum in mundo est ex volubilitate circulorum, ita et in -o ... valet, ut sine ipsius perfectione etiam homo symphoniis carens non consistat.

mīcrologus, -ī *m.*, μικρολόγος. *i. qui parvarum rerum nimis rationem habet, angustus et parcus animo*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 16, 2 o -e in rebus magnis. 4, 7, 5 cum illos culpemus in ipsa pietatis confessione angustos ⌊et -os⌋ ([⌊ ⌋ *R*, *cett. om.*]. *gr. 41, 7* μικρολογίαν καταγινώσκοντας).

PS. APVL. herb. interpol. 124 l. 24 (*ex Diosc. 4, 89*) *herba sempervivum* vocatur ab aliquibus erithales vel **mīcron** aizoon (ἀείζωον τὸ μικρόν), quod a praescripta parva sit in forma.

mīcropolītānus, (-a, -um). *cf. c. gr.* μικρόπολις, μικροπολίτης *et c.* metropolitanus. *i. q. ad minorem civitatem pertinens*: EPIST. pontif. 930 SB Münch. 1940, 2 p. 14, 22 cum omnibus metropolitanis ⌊et -is⌋ (⌊ ⌋ *om. N*) episcopis (*seq.*: maiorum minorumque civitatum episcopos).

mīcropsȳchus, -um, μικρόψυχος. *i. q. pusillanimis, qui est animo pusillo et deiecto* (GLOSS. IV 416, 12 -us pusillanimis, parvi animi): PLIN. nat. 22, 110 decoctum *mulsae* bibendum alsiosis, item animi humilis et praeparci, quos illi *auctores* dixere -os ([-cos *codd.*, -psic- *R*]. *Graecumne male intellexit? cf. Diosc. 5, 9, 1* ἐπὶ τῶν μικροσφύκτων). [MART.] lemma 1, 86. 2, 57 (*v. Friedlaender, praef. 71*[1]).

mīcrosphaerum, (-ī) *n.*, μικρόσφαιρον. *i. q. genus nardi parvam pilam habens*: PLIN. nat. 12, 44 laudatissimum -um (-ferum *FE*) e minimis foliis (*opp.* hadrosphaerum *et* mesosphaerum).

mīcrosphyxia, *acc.* -an *f.*, μικροσφυξία. *scrib.* -fyx- *vel* -fix-. *i. q. exilitas pulsus arteriarum*: CASS. FEL. 42 p. 96, 13 pulsus parvitas, quam -αν vocant (62 p. 154, 7. 64 p. 156, 22).

DIOSC. 1, 125 p. 99a 24 *mala* **mīcrotera** (*gr. 1, 115, 4* τὰ δὲ μικρότερα) id est minor ..., quae Latine praecocia dicitur.

mīcrotocistēs *m.*, *μικροτοκιστής. *i. q. fenerator negotiis exiguis occupatus*: CIL IX 823 Philocalus -ēs (*sic*). *cf.* 639 ⟨microt⟩ocistes.

mīcrotrachēlus, -um, μικροτράχηλος. CAEL. AVR. chron. 2, 12, 137 homines ... parvicolles, quos -os *Erasistratus* appellavit, hoc est qui minimae longitudinis habeant colla (*opp.* porrecta collorum longitudine formatos). *R.*

[**mictilis** *v.* mictyris.]

1. mictio, -ōnis *f.* *a* meiere. *scrib.* mixt-: *l. 76, 81. 83.* [*dub.*: CHIRON 235 deprimes *vesicam* cum oleo et -em (mixt- *cod.*, minct- *Oder sec. Veg. mulom. 1, 51,* motionem *Buech. vix recte,* unctionem *?Niedermann in plag.*) facis tam diu, donec urinam faciat.]

i. q. οὔρησις: CHIRON 228 tendit se ad conatu -is ([*Veg. mulom. 1, 46, 1* mingendi]. 457. *cf.* 233 ad conamen ⟨m⟩ictionis [*Veg. mulom. 1, 50, 1* minctionis]). 451 -e (mixt- *cod.*) facienda (*Veg. mulom. 2, 79, 6* urinae faciendae). 741 tit. 18 de -e. HIPPOCR. aer. 7 p. 13, 23 duras et insuavidiores et ad -em (mixt- *cod.*) pessimas (-am *cod.*) *aquas* (διουρέεσθαι [-έεται *l. v.*] χαλεπά). *cf.* minctio.

[*Hofmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2. mictio *v.* miccio (*p. 928, 68*).
Prisc. gramm. II 501, 6 regulam supini sequuntur tam meditativa quam frequentativa ... ut 'lectum lecturio' et 'lectito', 'mictum micturio' et '**mictito**'. *a* meiere, mictus.

mictōrius, -a, -um. [*a* meiere, *cf. gr.* διουρητικός. *J. B. H.*] *i. q. urinam provocans,* διουρητικός: Cael. Avr. acut. 3, 8, 86 tetanicis inquit *Diocles* adhibenda -a medicamina, quae appellavit diuretica. 3, 8, 87 -a vesicam moventia.

mictos, -on, μικτός. *graece script. vel ed.: l. 13 sq. de genere carminis, i. q. mixtus* (*cf. Serv. ecl. 3, 1 et s. v.* misceo): Diom. gramm. I 482, 17 (= Svet. frg. p. 5, 3) poematos tria sunt genera. aut enim activum est ... aut enarrativum ... aut commune vel mixtum, quod Graeci κοινόν vel μικτόν (-on *codd.*) appellant (*inde* Dosith. gramm. VII 428, 12). Prob. Verg. ecl. praef. p. 329, 12 -on, ubi promiscue et poeta et persona *loquitur* (Explan. in Don. gramm. IV 487, 20). Explan. in Don. gramm. IV 487, 17 *dictio.*

mictuālis, -e. [*a* mictus, -ūs, *cf.* victualis *sim. J.B.H.*] 1 *i. q. mictorius,* διουρητικός: Ps. Apvl. herb. interpol. 56 l. 18 *lonchitis habet* radicem ... -i virtute (71 l. 13. 107 l. 12. 118 l. 10. 119 l. 7 Gloss. med. ed. Heiberg p. 14, 7. 22, 10. 47, 15). Cael. Avr. chron. 5, 10, 121 -ia medicamenta, quae urinam provocant, a Graecis diuretica appellata (*cf. l. 7*). Isid. orig. 17, 11, 6 anesum, herba ... acerrime fervens, -is. 2 -is via *i. q.* πόρος οὐρητικός, οὐρήθρα: Cael. Avr. chron. 5, 4, 65 -bus viis coacervatus (*Drabkin,* visco acervatus *S*) sanguis (*item plur.*: 5, 10, 103. 104. 109. 121. *sing.*: 5, 4, 66 -i ... via patiente. 5, 10, 91. *cf. Vietmeier, Cael. Aur. als Übersetzer ..., Diss. Münster 1937 p. 20*).

? **mictueo**, -īre *v. l. 36 et 45.*

mictum οὔρησις Gloss. II 390, 14. 504, 31. *a* meiere. [*venet.* mitto, *sic.* mittu. *M.-L.*]

micturio, -īre. [*a* meiere, *cf.* cacaturio, esurio *sim. J.B.H.*] Char. gramm. p. 469, 1 B. caccaturio χεζητιῶ. -o οὐρητιῶ (*inter verba declin. activa, affectu passivo*). p. 478, 23 (*inter verba coniug. IV*^{ae}). Prisc. gramm. II 418, 26 (*inter defectiva temp. praeteriti perf.*). 429, 13 'esus esu esurio', 'mictu -o' (495, 12). Gloss. οὐρητιῶ. -it οὐρητιᾷ. [*dub.*: Chiron 514 simulat se posse -ire (*Oder,* micturre *cod.,* mictuire *Heraeus; Veg. mulom. 2, 145* videtur velle mingere).]
1 *i. q.* οὐρητιᾶν: Ivv. 16, 46 Fusco iam -ente (*an ad 2 ?*). Schol. Pers. ed. Kurz 1, 114 (*v. p. 604, 64*). 2 *attenuate i. q. meiere, mingere*: Ivv. 6, 309 -unt hic effigiemque deae longis siphonibus implent (Schol. apud Pudicitiam concumbunt et urinam faciunt).

mictus, -ūs *m. a* meiere. *plur.: l. 50.* [*vix huc pertinet corrupt.* Gloss. III 548, 34 opis mictus tannosta peporcin̄. *dub.*: Chiron 449 frequenter volutabit se *iumentum* ... et cum -u et intervallo (*Buech. et Oder c. cod.*; cum mictuit, i. *Heraeus*).]
i. q. οὔρησις (*c. gen. obi.: l. 50*): Diom. gramm. I 313, 27 'desidiae mihi est -us' (*inter idiomata quae per dat. efferuntur*). Cael. Avr. chron. 2, 1, 12 si ... difficultas fuerit -us (5, 4, 60 *coniunct.* tarditas. 5, 4, 63. 5, 7, 86 [ictus *L; cf. P. Schmid, Mnemos. s. III vol. 11, 1943, 138*]. *v. et l. 52*). *ibid.* sine ... sanguinis -u. 5, 4, 61 per singulos -us. 5, 4, 62 -us ... facultatem. 5, 4, 64 -us officium (5, 4, 68). 5, 4, 67 plurimus -us cum ... sedimine. 5, 4, 72 difficultatem vel abstinentiam ... -us, quam Graeci dysuriam vocant. 5, 10, 103. diaet. pass. 35 continuo -us desiderio. *cf.* minctus, -us.

mictyris (*f.*). Lvcil. 1077 (Non. p. 137, 28) bene habet se: -is (mictiris G^1, mictilis G^2) haec est. *origo et signific. vocis prorsus incerta* (*falso interpretatur* Non. *l. c.* 'paupercula pulmentaria' [*inde* Gloss. V 644, 15 mycteris: pauper appa⟨ra⟩tus]. *Marx ad l. vocem a gr.* μικτός *derivans interpretatur* '*cibus vilis et contemptus*' [*cf.* miscellanea *Iuv. 11, 20*], *Cichorius, Unters. zu Lucil. 217 sq. fort. rectius tamquam hybrida formatione* '*mictorius,* οὐρητικός' [*sc. herba, intubus*]. *priores falso legerunt* mictilis [*cf.* commictilis], *Buecheler* [*Thes. Gloss. s. v.*] *non probabiliter praeeunte Lachmanno* μυστιλ(ς)). *Hofmann.*

mīcula, -ae *f. a* mica *demin.* [*val.* ñikura '*paululum*', *raet.* mievla, *langob.* migla. *W.*] *i. q. parvum frustulum, offula*: Cels. 2, 5, 3 si *urina* quasdam quasi -as (*Scaliger,* mac- *codd.*) repraesentat (*cf. Hippocr. aph. 7, 31* κριμνώδεες αἱ ὑποστάσιες). Fronto p. 88, 4 N. -arum minimum cum vino destillatum gluttivi. Arnob. nat. 2, 49 p. 87, 3 exiguae -ae, quibus nascitur colliquefactis aurum. 7, 24 p. 257, 17 in exiguas arvina est -as ... insecta. Hier. tract. in psalm. I p. 302, 2 si quando imus ad mysterium ..., si -a (*S,* mac- *cett.*) ceciderit, periclitamur.

micuo *v. s.* mico (*p. 929, 9*). **mīgalē** *v. s.* mygale.

? **migdilix.** [*orig. et signif. incertae; c. gr.* μίγδα *et c.* bi-lix *conferunt, v. Heinichen, Schulwörterb. s. v. J. B. H.*] Plavt. Poen. 1033 qui huc advenisti nos captatum -x (*A,* mic- *Turneb. sched.,* mic dilia *P,* migdilibs *Scaliger*).

migi *v. s.* ego (*vol. V 2, 254, 40*).

? **migida** (migada?) coartifex, cooperator Gloss. II 587, 29.

mĭgma, -atis *n.,* μεῖγμα *vel* μίγμα. *i. q. mixtura, compositio ex variis rebus coagmentata*: Vvlg. Is. 30, 24 tauri ... commistum -a comedent, sicut in area ventilatum est (*cf.* Gloss.^{L} V Abba mi 18 -a palea minuta vel tritura. Aa m 347 -a palea minuta trita frumento permixta). *in arte medica*: Plin. med. 3, 33 p. 106, 12 *medici* ad commendanda -ta pretiosa propter raritatem ingentes pecunias poscunt (*antea*: compositiones). Marcell. med. praef. 7 versiculis quoque lusimus -um et specierum digestione compositis.

migrānia, -ae *v. s.* hemicrania (*vol. VI 2601, 25*).

migrantia, -ae *f. a* migrare, migrans. *i. q. migratio, mutatio loci*: Cael. Avr. chron. 3, 5, 78 siquidem ... morbi sive colorum aut fellis -a in alias possint transire materias.

migrātio, -ōnis *f. a* migrare. *plur.*: Cic. (*l. 49*), Tert. (*l. 23*). Gloss. μετοίκησις. *inde a* Cic. [*dub.*: Cic. Cael. 18 hanc Palatinam Medeam -emque (*codd.*; h. -em Palatinamque M. *Klotz; alii alia coni.; cf. R. Sydow, RhM. 91, 1942, 357*) huic (hanc *Clark*) adulescenti causam ... sermonum fuisse (*praecedit*: reprehendistis, a patre quod semigrarit). *loco manco*: Pap. Genav. 7 ed. Nicole 7 -ónis. *confunditur c.* emigratio (*cf. l. 26*): *v. vol. V 2, 487, 61.*]
1 *proprie i. q. actus migrandi, exeundi, peregrinatio, mutatio locorum*: **a** *generatim*: Liv. 5, 53, 4 tum causa nobis in urbem captam migrandi victoria esset ...; nunc haec -o nobis ... turpis, Gallis gloriosa est. 41, 8, 11 in civitatem Romanam per -em et censum transibant. Sen. dial. 11, 6, 8 humanum animum ... moleste ferre transitum ac -em. epist. 69, 1 frequens -o instabilis animi est. Ps. Sen. mon. 142 exilium sapiens ferat ut incommodam -em. Petron. 113, 3 expilatum ... libidinosa -e navigium. Tert. anim. 30, 2 p. 349, 24 dum ... occupant terras ..., dum sollemnes etiam -es (amigr- *A*), quas ἀποικίας vocant, ... in alios fines examina gentis eructant. Amm. 15, 8, 3 -em ad longinqua pertimescens. Avg. civ. 4, 7 p. 154, 16 D. deorum iste vel transitus ... vel -o (e- *pars codd.*). Cypr. Gall. gen. 393 discretas faceret -o gentes. Cassiod. Ios. antiq. 1, 15 p. 14$^{extr.}$ -em eligens sequi (*gr. 1, 157* μετοικεῖν δοκιμάσας). Evgipp. Sev. capp. 40 generalem populi -em propinquare praenuntians (*cf.* 44). *rerum*: Ennod. epist. 6, 20, 1 p. 160, 20 post -em cupita dulcescunt. *de cursu solis ex uno zodiaci signo ad alterum*: Ps. Chrysost. de solstit. l. 423 circumcisus est Iohannes Kalendas Iulias id est octavo die quando -o fit. l. 442 octava die id est Kalendas Ianuarias in quo et ipsa -o fit. **b** *speciali sensu*: *de mutatione aedium, domus habitationis causa* (*cf. in imag. l. 49*): Cic. Cael. 18 *v. l. 10.* epist. 9, 8, 2 -em et emptionem feliciter evenire volo. Ivst. 18, 4, 12 ministros -is (*cf. 18, 4, 10* ad eum migrare velle). *de transitu animae post mortem*: Cic. Tusc. 1, 27 mortem ... esse ... quandam quasi -em commutationemque vitae (1, 98 -em esse m. in eas oras, quas, qui e vita excesserunt, incolunt [*Plat. apol. 32 p. 40*^{E} οἷον ἀποδημῆσαί ἐστιν ὁ θάνατος]. *cf.* Avg. in euang. Ioh. 43, 11). Evod. Aug. epist. 158, 4 istius animae -o (Vita Caes. Arel. 2, 46 de hoc mundo). *i. q. obitus, mors*: Greg. Tvr. Franc. 3, 2 tempus -is (9, 40 vit. patr. 12, 3. 17, 6). Evgipp. Sev. 40, 4 de suae -is vicinia. *de metempsychosi*: Sen. epist. 108, 20 Sotion ... 'non credis', inquit, 'animas in alia corpora atque alia discribi et -em esse quod dicimus mortem?' Ps. Apvl. Ascl. 12 constituitur in corpora alia indigna animo sancto ... -o.
2 *translate i. q. transitus, commutatio*: Cic. epist. 16, 17, 1 cui verbo (*sc.* '*fideliter*') domicilium est proprium in officio, -es in alienum multae (*alludit ad notionem l. 34 allatam*). Ps. Avg. serm. ed. Caillau 2, 45, 3$^{in.}$ docetur ... facilis inter novum hominem veteremque -o. Conc.^{S} I 5 p. 140, 11 passibilis ad impassibile ... -o (*gr. I 1, 7 p. 62, 10* ἡ ... πρὸς τὸ ἀπαθὲς μετάστασις).
add. in: *l. 39. 47, 49.* ad: *l. 24.* de: *l. 42.* inter: *l. 51.*

Gloss. II 369, 21 μετανάστης transfuga, **migrātor.** *a* migrare.

***migro**, -āvi, -ātum, -āre *et* migror, -ātus sum, -ārī. [*cf. c. gr.* ἀμείβω '*muto*', *med.* '*respondeo; migro.*' *J. B. H.*] *scrib.* megr-: CIL XII 2193 (*a. 527*). Pap. Marini 88 A 2, 1 (*a. 572*). *prima syll. brevis metro probatur*: Plavt. Amph. 1143 Trin. 639 Ter. Hec. 589 Manil. 3, 79; *aliis locis apud dactylicos* (*inde a* Lvcr.) *pro longa usurpatur. de formis contractis v. Neue-Wagener IV*^{3} *220. nota coni. perf.* -assit: Cic. leg. 3, 11. *supin.* -tu: Liv. 10, 34, 12. Not. Tir. 89, 68. *de notione*: Prob. app. gramm. IV 202, 7 -o ... loci demutationem demonstrat (*cf.* Isid. diff. 1, 393). Avg. in euang. Ioh. 32, 1 -at corpore, qui motu corporis mutat locum; -at corde, qui motu cordis mutat affectum. Gloss. μετοικῶ. μετέρχομαι ἐπὶ τόπον. Gloss.^{L} II Philox. mi 4 -at μεταβαίνει. μεθίσταται. *gr. respondet (cf. et p. 935, 50. 65. 936, 47. 938, 33)*: *intrans.*: ἀπέρχομαι (*p. 936, 45*). ἐξοδεύω (*p. 936, 26*). μεθίσταμαι (*p. 938, 51*). μεταβαίνω (*p. 935, 1*). μεταβάλλω (*p. 937, 41*). μεταίρω (*l. 84*). μεταλλάσσω (*p. 936, 27*). μέτειμι (*p. 937, 18*). μετέρχομαι (*p. 937, 38*). *transitive*: ἐκφέρω (*p. 938, 44*). μεθίστημι (*p. 938, 45*). μεταφέρω (*p. 938, 28. 35 sq.*). μετοικίζω (*p. 938, 33*). παρακινέω (*p. 938, 35*). *inde a* Plavto. [*prov.* meirar *i. q.* '*demigrare in alium locum, mutare*'. *W.*] [*dub.*: Amm. 17, 13, 6 -antes (morantes *Novák, Clark; alii alia coni.*). Canon. Turner II 1 p. 30, 5. *falso trad.*: Plavt. Men. 822 (*v. vol. V 2, 488, 5*). Plin. nat. 21, 45 (*v. s.* nigro).]

caput prius: verbum activum:

I intransitive (*pass. impersonaliter: p. 935, 28. 37. 42. 936, 17. 23. al.*): **A** *proprie i. q. locum mutare, de loco aliquo in alium se conferre, proficisci, ambulare*: **1** *de animantibus*: **a** *generatim*: *unde*: Plavt. Epid. 342 ego hinc -are cesso? Fest. p. 158, 18 -are mensa. Vvlg. Matth. 19, 1 -vit (μετῆρεν) a Galilaea. act. 18, 7 -ans

[R.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*μεταβάς*) inde. *quo*: VAL. MAX. 6, 5 ext. 2 cum ... Themistocles -are Athenienses in classem coegisset (SEN. epist. 28, 5 regionum ..., in quas subinde priorum taedio -as. SIL. 2, 34 in arcem. MART. 4, 62, 1 Tibur in Herculeum. IVL. VAL. 1, 44 Macedones ... in castra Persica -vere [*i. penetraverunt*]). SEN. epist. 19, 4 -bit ad aliud limen salutator. STAT. silv. 3, 1, 77 quo convivia -ent. PLIN. epist. 6, 28, 1 quamquam absens, totus huc -asti: tantum mihi copiarum ... nomine tuo oblatum est. *unde et quo*: PLAVT. Curc. 216 -are certumst iam nunc e fano foras. MART. CAP. 1, 11 inde ... ad ... scopulum. *abs.*: MART. 1, 108, 8 -andum (*i. longe proficiscendum*) est, ut mane domi te ... salutem. *i. q. discedere, abire*: SEN. epist. 50, 2 paedagogum suum *caeca* rogat, ut -et (*i. secum exeat*). ait domum tenebrosam esse. IVV. 6, 171 cum tota Carthagine -a! (*i. facesse; cf. p. 936, 73*). 6, 365[8] longe -are iubetur Psyllus ab Eupholio. VLP. dig. 19, 2, 13, 7 exercitu veniente -vit conductor. SYMPH. 69 porto domum mecum semper -are parata *coclea*. VVLG. Is. 10, 31 -vit Medemena. *i. q. spatiari, vagari, palare*: LVCAN. 5, 441 orbita -antis ... Bessi. SIL. 3, 290 per arva. AMM. 22, 8, 42 (*syn.* palantes). *part. praes. pro subst.* (*cf. l. 61*): SEN. epist. 49, 6 securi est et ex commodo -antis.

b *i. q. finibus, terris exire sedis mutandae causa (fere de populis)*: *quo*: PLAVT. Amph. 1143 ego (*Iuppiter*) in caelum -o (LIV. 5, 53, 4 in urbem captam. SEN. contr. exc. [thema] in viciniam ... -vit [*contr.* commigravit]. IVV. 7, 7 cum desertis Aganippes vallibus esuriens -ret in atria Clio. COD. Iust. 11, 48, 23, 1 in aliud *rus*. LEX Sal. 45, 1 si quis super alterum in villa -are voluerit [*cf. Geffcken ad l. p. 172 sq.*]). TER. Ad. 649 neque ... diu huc [com]migrarunt. BRVT. Cic. epist. 11, 1, 3 cedendum ex Italia, -andum Rhodum (*item c. acc.* [*cf. l. 41. 54*]: LIV. 5, 49, 8 prohibuit -ari Veios [5, 53, 1 ad integra omnia V. VAL. MAX. 1, 5, 1 CARM. pop. Suet. Nero 39, 2 VIR. ill. 23, 10]. 27, 3, 7 Atellanis Calatiam -are iussis. 27, 34, 4 rus. ORAT. imp. Claud. [CIL XIII 1668] 1, 15 *Tarquinius* Romam -vit. SVET. Iul. 79, 3. *al.*). [LIV.] perioch. 5 p. 11, 1 (*cf. l. 28*) ad Veios -andum esse (FIRM. math. 8, 8, 2 ad longinquas regiones. AMM. 17, 13, 30 ad loca -are compulimus [22, 15, 24]. 22, 8, 17 -are necessitas subegerat. *al.*). AMM. 17, 13, 3 si iuberentur aliorsum -are (*antea*: ad longinqua translati). VVLG. Am. 5, 27 trans Damascum. IORD. Get. 228 Tolosa (*cf. Werner, D. Latin. d. Get. d. Iord. 80*). *unde*: LIV. 1, 34, 5 consilium -andi ab Tarquiniis cepit. 38, 13, 5 -tum inde haud procul veteribus Celaenis. SEN. epist. 56, 15 ex hoc loco (CYPR. GALL. num. 4). PLIN. nat. 6, 59 Indi ... numquam -vere finibus suis (FLOR. epit. 2, 15, 8). IVV. 15, 151 de nemore (VVLG. Am. 7, 11. 17. *al.*). *unde et quo*: TER. Hec. 589 ex urbe tu rus habitatum -es? LIV. 1, 11, 4 Romam inde frequenter -tum est a parentibus ... raptarum. *abs.*: VERG. ecl. 9, 4 veteres -ate coloni! Aen. 4, 401 -antis cernas totaque ex urbe ruentis. LIV. 5, 53, 3 etiamsi tum -andum fuisset incolumi tota urbe. STAT. Theb. 11, 730 quae -anti externa patebunt moenia? silv. 4, 8, 47 ductor populi longe -antis. IVV. 3, 163 debuerant ... -asse Quirites. LACT. mort. pers. 7, 9 cum coniugibus (*cf.* DRAC. Or. 886). CLAVD. DON. Aen. 3, 160 p. 288, 2 (*ad* mutandae sedis) sibi esse -andum. FVLG. aet. mund. p. 148, 22 HIER. epist. 1, 7, 1. VVLG. Sirach 29, 25 viros ... -are fecit (*ἀπῴκισεν*) *repromissio*. thren. 1, 3. *al.* CLAVD. 26, 315 -antis ... fugam ... aulae. RVT. NAM. 1, 289 -are coacti. CIL V 1623 (= CE 1350), 8 (*a. 413?*). *al.* *de dis sedes patrias deserentibus eorumque simulacris aliorsum translatis* (*aliter l. 21*): VAL. MAX. 1, 8, 3 dea an Romam -are vellet. 7, 5, 2 matrem Idaeam e Phrygicis sedibus ad nostras aras ... -antem. STAT. Theb. 6, 112 -antibus adgemit illis *dis* silva. ARNOB. nat. 7, 51 p. 284, 25 provinciis ab humilioribus. AVG. civ. 3, 14 p. 115, 23. 10, 16 p. 427, 26 D. *effigies deorum* de loco in locum -asse referuntur. *in imag.*: TIB. 2, 3, 3 ipsa Venus latos iam nunc -vit in agros. AVG. quaest. hept. 3, 91 p. 311, 6 homo advena est nascendo et incola vivendo, quoniam compellitur -are moriendo. *part. praes. pro subst.* migrāns, -antis (*cf. l. 18*): LIV. 1, 29, 5 cum larem ... relinquentes exirent, iam continens agmen -ium impleverat vias. 21, 30, 8 -ium modo. AVG. civ. 18, 12 p. 270, 4 D. *i. q. exul*: VVLG. II Esdr. 7, 6 de captivitate -ium. Ezech. 12, 4. *i. q. advena* (*cf.* HIER. in Ier. 4, 20, 2 p. 240, 1 Theodotio *μέτοικον* id est -em, Aquilae secunda editio 'peregrinum' interpretati sunt): LEX Sal. 45 [rubr.] de -bus.

c *i. q. domicilium mutare, alio se transferre habitationis causa (de re pro persona: l. 84)*: *quo*: CIC. Verr. II 1, 64 ad Philodamum (2, 89. LIV. 39, 14, 3 -are ... iussus. PS. CYPR. singul. cler. 44 p. 219, 15 ad aliud domicilium. IVST. 18, 4, 10). CAPITOL. Aur. 5, 3 in Hadriani ... domum. *de bestiis*: PLIN. nat. 9, 98 -are in capaciores *testas pinotheram*. 11, 56 -at ... ad alios *examen apium*. *in imag.*: PLAVT. Pseud. 470 fac sis vocivas ... aedis aurium, mea ut -are dicta possint quo volo. HOR. ars 229 ne quicumque deus ... -et in obscuras humili sermone tabernas. *unde*: LABEO dig. 32, 30, 5 filius a matre -vit. APVL. apol. 58 domum ..., qua iam Quintianus -arat. *unde et quo*: NEP. Att. 22, 1 ut non ex vita sed ex domo in domum videretur -are. SEN. contr. 7, 6 (21), 4 ex cella sua in dominae -bit cubiculum *eqs.* IVV. 11, 54 Esquilias a ... Subura. LAMPR. Comm. 16, 3. *abs.*: *i. q. immigrare*: CIC. epist. 7, 23, 4 ut -are ... festines. STAT. silv. 1, 3, 30 et Praenestinae poterant -are sorores. MART. 3, 55, 1. *i. q. demigrare*: CIC. Att. 14, 9, 1 non solum inquilini sed mures etiam -verunt. epist. 7, 23, 4 *marito* insciente -are. MART. 1, 86, 11 -andumst mihi longius. 12, 32, 10 -are clivum ... Aricinum. ALF. dig. 19, 2, 30 pr. VLP. dig. 39, 2, 28. 33. 37. 43, 32, 1, 1 soluta pensione. 43, 32, 1, 4. DIG. 43, 32[rubr.] de -ando. APVL. apol. 58 cur ... passus est Quintianum -are ...? CYPR. mortal. 25 p. 313, 4 AVG. serm. 311, 17, 14. *al.* *de bestiis* (*cf. p. 935, 82*): PLIN. nat. 10, 95. 11, 54 -turo examine *apium*. QVINT. decl. 388 p. 435, 28 cum progenie sua. ROMVL. fab. 12, 6 (rec. gall. *et* vet.) cogere illam *canem* -are. *in imag.*: SEN. epist. 70, 17 tamquam -turus habita.

d *pertinet ad exitum animae e corpore*: **α** *in metempsychosi*: OV. met. 15, 172 animam ... in varias doceo (*Pythagoras*) -are figuras. TERT. anim. 34, 4 p. 359, 15 de corporibus in corpora. LACT. inst. 3, 18, 2. 7, 12, 30. **β** *de morientibus*: Ⓘ *strictius de animis*: MANIL. 1, 760 animae ... huc -ant ex orbe. TERT. anim. 53, 3 p. 385, 23 -are compulsa. AVG. in euang. Ioh. 32, 3 cum -verit *animus*, cadaver horrescis. *de larvis vagantibus*: CLAVD. 3, 128 simulacra ... pallida ... -are. Ⓘⓘ *transfertur ad ipsos homines*: Ⓐ *sensu mutandae sedis magis servato* (*cf. etiam p. 935, 60*): CIC. Tusc. 1, 82 te alte spectare et velle in caelum -are. 1, 97 ut ... in alium quendam locum ex his locis morte -etur. fin. 3, 71 et manendi in vita et -andi ratio. VELL. 1, 11, 7 hoc est ... magis feliciter de vita -are quam mori (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 5, 80 p. 436, 1 *opp.* interire moriendo. HIER. epist. 60, 13, 2 *opp.* emori). TERT. anim. 55, 4 p. 388, 22 in paradiso, quo ... ab inferis -verint. CLAVD. DON. Aen. 6, 490 p. 570, 22 quasi omnis illo (*sc. ad inferos*) Achaia -asset. Ⓑ *praevalente sensu mutandae condicionis vitae* (*fere in formulis*): e vita *sim.*: CIC. rep. 6, 9 ex hac vita (6, 15 -andum est. leg. 2, 55 phil. frg. V 50 NEP. Att. 22, 1 *v. p. 935, 77*. AVG. enchir. 31, 119 p. 74, 10. serm. 101, 1, 1 [*syn.* mori]. *al.*). fin. 1, 62 de vita (CONC.[S] I 2 p. 85, 35 [*gr. I 1, 3 p. 6, 14 ἐξοδευσάντων τοῦ βίου*]. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 146 [*gr. μετήλλαξε τὸν βίον*]. GREG. M. dial. 4, 27 p. 268, 9 M.). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 174, 4 a praesenti vita. e mundo *sim.*: HIER. hom. Orig. in Luc. 3, 96 p. 21, 29 e mundo (GREG. M. dial. 3, 38 p. 225, 12 M. *cf.* GREG. TVR. Franc. 3, 18 p. 119, 19 ab hoc m. [*al. saepe*]. INSCR. 17. BerRGK. 1929 p. 92 n. 279 de huc m.). VINDIC. epist. ad Valent. 9 violenta morte ... de hac luce -are (FAVST. REI. serm. 14 p. 277, 1. 20 p. 303, 11 CONSVLT. 6, 3 COD. Iust. 12, 20, 3, 1 GREG. M. epist. 2, 25. *al.* CIL V 4117 [= INSCR. christ. Diehl 2778; *a. 481*]. XII 1792 [= INSCR. christ. Diehl 2779; *a. 516*]. 2193 [= INSCR. christ. Diehl 1687; *a. 527*]. *cf.* IORD. Get. 106 ab h. l. [144 GREG. TVR. Franc. 4, 18 p. 151, 14. *al.* COD. Iust. 6, 51, 1, 5). FAVST. REI. serm. 14 p. 276, 23 de saeculo hoc (INSCR. christ. Diehl 2766 [*a. 493*]. VEN. FORT. vita Radeg. 29, 70. *al.* SACR. Greg. 225, 1. *cf.* GREG. TVR. Franc. 1, 44 p. 29, 13 a s. [*saepe*]. CIL V 6738 [= INSCR. christ. Diehl 1163] e s.). a corpore: GREG. TVR. Franc. 6, 29 p. 295, 16 (*al. v. Bonnet 412. cf.* EVGIPP. Sev. 41, 1 e c. PASS. Thom. p. 154, 4 de c.). ad Christum *sim.*: PS. AMBR. epist. 2 (53), 12 ad Ch. (GREG. TVR. vit. patr. 8, 5 p. 695, 2 VEN. FORT. vita Germ. 76, 207. *al. cf.* CONC.[S] II 3, 3 p. 41, 19 ad dominum [*gr. II 1, 3 p. 33, 28 πρὸς τὸν κύριον ἀπεληλυθότας*]. GREG. TVR. Mart. 1, 22 p. 600, 3 ab hoc *loco* ... ad d. PASS. Theclae Bb 43 p. 126, 11 [*Ba* requievit (*ἐκοιμήθη*)]. *al.* CIL XII 590 [= INSCR. christ. Diehl 1552]. XIV 1889 [= INSCR. christ. Diehl 3331]. CAES. AREL. reg. virg. 61 p. 20, 18 ad deum). HIER. epist. 39, 3, 3 de tenebris ... ad lucem. 39, 3, 6 ad meliora (VITA Fulg. prol. p. 7, 4). EPIST. episc. Tarrac. Epist. pontif. Thiel Hil. 14, 2 ad divina. VAL. CEM. hom. 18, 1 ad caelestis regni gloriam (*cf.* VEN. FORT. vita Leob. 25, 83 ad coelos). *al.* INSCR. christ. Diehl 973, 3 vitam -vit in illam ..., quae *eqs.* *abs.*: CYPR. Fort. 13 p. 347, 10 tam feliciter -andi quanta velocitas. AVG. civ. 1, 22 p. 37, 21 D. *al.* CANON. Turner I 2, 1 p. 32[d], 16. 23 (*gr. 8, 44, 1 μεταστάντων*). VITAE patr. Iurens. 2, 4 p. 145, 22 GREG. TVR. Franc. 1, 30 p. 23, 19 *et saepe* (*v. Bonnet 255*). VEN. FORT. vita Germ. 42, 116 iam -turum. GREG. M. epist. 2, 4 p. 103, 20 (-ari *v. l.*). CAES. AREL. reg. mon. p. 150, 7. *al.*

2 *de rebus corporeis* (*de persona pro re: l. 62*): LVCR. 3, 757 traiciuntur ... partes atque ordine -ant. AETNA 279 subter caelestis -asse minas. DIRAE 50 -et Neptunus in arva *eqs.* MANIL. 3, 79 *sortes* signis ... -rent. PLIN. nat. 31, 3 in caelum -are aquas. AMM. 20, 3, 10 *luna* ad secundum ... signum (*syn.* progredi, procedere, pervenire). MACR. Sat. 1, 7, 29 Delos ... per maria -bat. 7, 15, 16 sucus ... in sedem digestionis. BOETH. categ. 3 p. 274[D] sanguis ex infantis vultu ad interiora -vit. VEN. FORT. carm. 6, 7, 8 -vit ... alvo praeda. *de rebus extrinsecus motis* (*cf. p. 935, 52*): PLIN. nat. 17, 66 *de arboribus transplantatis* (*ibid.* transitus, peregrinatio). 35, 50 purpuris in parietes -antibus. VAL. FL. 8, 201 plaustris -antibus (*sc. huc illuc*). NEMES. ecl. 4, 71 cantavit *saga*, quo ... -ant sata. CLAVD. 22, 172 Orpheo -antes pectine silvas. PAP. Marini 80, 3, 14 (*a. 564*) lecta chartula ... in acta -vit (88 A 2, 1 [*a. 572*]). *al.* *non localiter i. q. facessere* (*cf. p. 935, 13*): CATVLL. 27, 7 hinc abite lymphae ... et ad severos -ate! *i. q. extolli, in altum erigi*: ENNOD. opusc. 3, 112 p. 360, 4 a fundamentis aedificia immensa -are.

B *translate*: **1** *de hominibus* (*cf. et p. 934, 65; de deis: p. 937, 3. 41; de bestia: p. 937, 26*): **a** *i. q. absistere, recedere aliqua re sensu deserendi, relinquendi*: *officio, moribus, institutis*: PLAVT. Trin. 639 neque mens officio -at (GLOSS.[L] IV Ps. Plac. o 16 o. -vi: ab officio recessi). ARNOB. nat. 2, 67 p. 102, 11 a veteribus institutis in alias res novas. OPTAT. 3, 10 p. 94, 22 stetit frater sorore -ante (*sc. a fide; ibid.* abiit, seducti sunt). HESYCH. in lev. 5, 13 p. 840[A] a luxuria. SIDON. carm. 15, 97 Socratica ... secta de naturae pondere (*i. ab exploranda natura*) -ans

[R.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ad mores hominum limandos transtulit usum *philosophiae.* *statu, natura*: APVL. Socr. 12 p. 146 a priore statu ad alium (*cf.* PAVL. NOL. epist. 21, 4 p. 152, 9 non ... ut a sua natura -ret in nostram *Christus*). LACT. epit. 18, 4 amputatis genitalibus a viris -ant nec ad feminas transeunt. IVVENC. 2, 651 -at ab atra morte procul (*cf. Vulg. Ioh. 5, 24*). PETR. CHRYS. serm. 2 p. 187C a se (*i. natura meliore hominis*) -at et ab homine totus transit in bestiam (*syn.* recesserat; *opp.* in se reversus est, redit). 88 p. 447B mens, quae -verat a se nimio pavoris excessu (*opp.* in semet ... reversa).

b *i. q. accedere, se convertere, pervenire ad aliquid* (*cf.* AVG. in euang. Ioh. 32, 1 qui amat, -at): *ad condiciones vitae*: IVLIAN. dig. 24, 2, 6 uxores ... -are ad aliud matrimonium. *ibid.* ad alias -are nuptias (COD. Theod. 3, 8, 3 COD. Iust. 5, 3, 18. *al. cf.* 5, 9, 6 pr. ad secunda ... vota [*al.*]). PASS. Macc. 4, 23 ad sacrificia (*cf.* COD. Theod. 16, 17, 2 pr. ad paganos ritus. 16, 7, 3 pr. 16, 7, 4, 1 in profana. 16, 8, 28 si Iudaei ... ad Christianae religionis lucem ... -verint). MACR. Sat. 1, 7, 3 ad philosophiae studia. CONC.S II 3, 2 p. 179, 10 in solitariam vitam (*gr. II 1, 2 p. 157, 1* μετιόντας. COD. Iust. 1, 3, 37 ad monasteriorum cultum). *in societatem i. q. recipi*: CAPITOL. Gord. 6, 4 ut in familia⟨m⟩ eius *soceri* quasi filium -asse se crederet (*cf.* SERV. Aen. 11, 581 [= auct. Aen. 11, 476] *de uxore*). *i. q. addici* (*cf. etiam l. 67*): CAES. AREL. serm. 123, 3 p. 491, 2 apud illam -et natus. *i. q. succedere*: SALV. gub. 7, 86 in quorum iura. *cf.* CLAVD. carm. min. 30, 14 in ... suos -are virum non abnuit *Alcestis* annos (*sc. qui Admeto obtingant; cf. etiam l. 80*). *ad affectus, mores*: ARNOB. nat. 2, 5 p. 50, 23 in placidos sensus. SERV. Aen. 11, 85 ut *equus* in humanum -ret affectum. HESYCH. in lev. 14, 21 p. 958C ad benignitatem. SIDON. epist. 9, 6, 3 ad bonos mores ab errore. COD. Iust. 5, 4, 53 ad meliorem ... sententiam. FERREOL. reg. 39 p. 974D ad poenitentiam. *ad votum alicuius i. q. obsequi*: ENNOD. dict. 24, 7 p. 499, 27 in votum -vit adulteri *uxor*. CASSIOD. in psalm. 118, 59 ad domini mandata. *varia*: MACR. Sat. 7, 1, 11 doctiores in consensum rudis consortii ... -bunt (*i. se applicabunt*). COD. Theod. 4, 4, 7, 1 ut ... ad fideicommissum -are (*i. recurrere mutato litis nomine*) non possit (*cf. ibid.* pr. pro suo -andi desiderio). BOETH. mus. 1, 10 p. 196, 19 cur relicto aurium iudicio Pythagoras ad regularum momenta -verit. *in tractatibus*: AMM. 28, 6, 1 hinc tamquam in orbem -antes alium. PS. RVFIN. in Ioel 1, 9 ad regnum -vit oratio. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 106 ab istis -are (μετελθεῖν) ad ea *eqs.* THEOD. MOPS. in Eph. 6, 1 ad alterum -at affectum.

c *i. q. mutari, verti* (*cf. p. 938, 4*): ARNOB. nat. 5, 21 p. 192, 24 in draconis ... formam -at *Iuppiter*. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 128 dii ... -antes (μεταβαλόντας) in effigies bestiarum. *cf.* PETR. CHRYS. serm. 124 p. 541C corpore se deserente totus -vit in animam.

d *? i. q. degere, vitam agere*: CIL VI 31934 (= INSCR. christ. Diehl 104a), 9 scit ... maritus, rite quod aeterno -arim dedita Christo.

2 *de rebus*: **a** *i. q. abire, discedere sensu evanescendi, desinendi*: VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 cum quo *Aristide expulso* ... sanctitas -vit. 8, 7 ext. 14 -asset ... ex hominibus inertia. LACT. inst. 7, 27, 10 -ant *bona fallacia* ... et multo velocius exeunt quam intraverant. CLAVD. DON. Aen. 11, 250 p. 447, 6 quo illorum felicior fortuna -asset, unde e contrario adversa successisset. FVLG. aet. mund. p. 177, 10 severitas. AVG. fid. et symb. 9, 20 p. 26, 8 discessisse et -asse. MART. CAP. 4, 364 ab eo *loco* separari et -are *eqs.* COD. Theod. 8, 15, 6, 1 possessio ... ex eius iure. VEN. FORT. carm. 4, 14, 2 -ante die.

I *i. q. status miser, condicio vel fortuna misera (metonymice p. 1122, 41)*: A *usu generali*: 1 *magis per miserationem de statu miseratione digno*: a *de mala fortuna, molestia sim. (exempla notabiliora selecta)*: α *in universum (transit hic illic in notionem paupertatis, maxime p. 1122, 16. 30. 35 [disting. p. 1122, 38]; c. not. maeroris sim. e. g. l. 73. p. 1122, 4. 36)*: APP. CLAVD. carm. frg. 2, 1 amicum cum vides obliscere -as. ENN. scaen. 138 quibus servitutem mea -a deprecor (*syn.* aerumna *ut*: CAECIL. com. 86 CIC. parad. 18. *cf.* PLAVT. Epid. 559 aerumnosam et -arum compotem). 258 cupido cepit miseram nunc me proloqui ... Medeai -as. PLAVT. Capt. 130 propter sui gnati -am miserum senem. Men. 1133 multis -is laboribus (CIC. Catil. 4, 7 laborum ac -arum quietem. de orat. 2, 210 illa excellens ... fortuna cum laboribus et -is permixta. phil. frg. IX 17 M. LIV. 1, 59, 9 PLIN. epist. 7, 5, 2. *al. disting.* labor *p. 1122, 49*). TER. Hec. 570 unum ex plurumis -is ... malum (*cf.* CIC. epist. 5, 16, 5 -a maloque. QVEROL. p. 22, 22 R. *syn.* mala. AVG. civ. 22, 22 p. 603, 19 D. -is ac malis). Haut. 420 ad -as natus (CIC. Tusc. 1, 9 in -am. SEN. clem. 1, 16, 5 iumenta ... ad contumeliam et -as n. AVG. serm. dub. 376, 2, 2 ad -as. *cf.* TER. Ad. 545 ferundis -is. *aliter* QVINT. decl. 377 p. 420, 16 ad -as hominum [*i. hominibus inferendas*]). L. CRASS. or. frg. Cic. de orat. 1, 225 eripite nos ex -is (VARRO Men. 234 CIC. epist. 5, 16, 4). RHET. Her. 2, 31, 50 illorum nos sollicitudine et -a, non nostris incommodis dolere (CIC. div. 2, 86). CIC. inv. 2, 109 qui propter fortunam ... in -is sint (Verr. II 1, 124 Cluent. 202. *al. cf.* epist. 14, 3, 3 vivere in tantis -is). Verr. II 5, 123 calamitate -aque (HIER. epist. 60, 15, 1 VVLG. Iob 30, 3. Soph. 1, 15 [*Itala Sangall. ed. Dold p. 275* perditionis et exterminii]. *cf.* PANEG. 4, 33, 3 HIER. in Ezech. 8 praef. p. 231C). Font. 46 -is ac periculis (SALL. Catil. 4, 1 SEN. contr. 9, 4, 21 VAL. MAX. 7, 2 ext. 5). Manil. 56 illa -a ac turpitudine (AVG. civ. 11, 4 p. 466, 1 D. *cf. p. 1121, 83 et* LIV. 22, 50, 6 contumelia et -a). Att. 3, 9, 1 meas -as luctu adflictas et perditam fortunam. SALL. Catil. 10, 2 eis otium divitiae ... oneri -aeque fuere. Iug. 14, 11 inopem et coopertum -is. or. Cottae 2 in his -is cuncta me cum fortuna deseruere (*opp.* secundae res, *antea syn.* malae res). LIV. 34, 6, 16 inopiam et -am civitatis (*cf.* HIER. epist. 21, 13, 3 pannis, -a, egestate confectos). VAL. MAX. 2, 10, 6 in profundum ultimarum -arum abiectus. 4, 4 pr. in ultimo -arum statu (*opp.* felicitatis *ut*: TAC. hist. 1, 15, 3 fortunam adhuc tantum adversam tulisti; secundae res ... animos explorant, quia -ae tolerantur, felicitate corrumpimur. HIER. Didym. spir. 49. *al. cf.* PRISCILL. tract. 10, 128 tolerabilior ... consuetudo -arum quam ruina felicium). APVL. Plat. 2, 10 -ae atque infelicitatis (*opp.* beatitudinis *ut*: Socr. 4 p. 127 [*huc respiciunt* AVG. civ. 9, 3 p. 370, 9 D. 9, 12 p. 383, 31. *al.*]. AVG. civ. 10, 28 p. 447, 20 D. conf. 7, 2, 3 p. 126, 24. in psalm. 85, 24 p. 1099 nihil tam ... contrarium -ae quam beatitudo. *al.*). ITALA II Macc. 6, 9 (rec. L, *cf.* VVLG.) advenit ergo videre -am (ταλαιπωρίαν, *rec. P* calamitatem). 14, 14 (recc. LX = VVLG.) -as et clades ... prosperitates ... existimantes (ἀτυχίας, *rec. BM* infelicitates). Iac. 5, 1 (Priscill. tract. 1, 19. *cf.* VVLG.) -as ... quae supervenient divitiis vestris (ταλαιπωρίαις). PANEG. 2, 24, 3 dulcis in bonis -arum recordatio. 3, 9, 1 *opp.* amplam ... atque opulentam fortunam (*cf.* AMM. 18, 8, 6 tua ... excelsa ... fortuna propugnans -is meis. *v. et p. 1121, 78*). FIRM. math. 3, 3, 12 *iuxtapos.* infelicitates (3, 3, 21. *v. et supra l. 23. cf.* IVST. 18, 7, 14 infelicibus -is). CLAVD. DON. Aen. 2, 90 p. 159, 1 ex opulentia in -as... lapsi. VVLG. Iob 10, 15 saturatus afflictione et -a. psalm. 11, 6 propter -am inopum et gemitum pauperum (ταλαιπωρίας, *Hier. psalt. sec. Hebr.* vastitatem). AVG. serm. 50, 3, 5 *disting.* paupertas. CASSIOD. in psalm. 87 concl. nullus pavescat -as, quae faciunt beatos (*syn.* tormenta, tristitia). GREG. M. in Ezech. 1, 8, 32 p. 869B -am et infirmitatem. *iocose, vergit in metonymiam*: PLAVT. Trin. 1185 ducam, pater, et eam et si quam aliam iubebis. :: quamquam tibi suscensui, -a ⟨una⟩ uni quidem homini est adfatim. :: ... si ... centum ducat uxores, parum est.

β *expresse*: (I) *in doctrina philosophorum*: CIC. Tusc. 3, 27 cum omnis perturbatio -a est, tum carnificina est aegritudo. 5, 43 cum perturbationes animi -am ... efficiant (*opp.* vitam beatam *ut*: fin. 5, 53. *cf.* fin. 2, 86 *opp.* beate vivere). fin. 5, 95 ut, ubi virtus sit ..., ibi esse -a et aerumna non possit (*disting.* labor, molestia. *cf.* SEN. dial. 2, 10, 3 quas non -as animorum, sed molestias dixerim). Tim. 46 quatenus non ipse ... sibi aliquid -ae quaereret (*gr. p. 42E* κακῶν). SEN. dial. 9, 15, 2 huic omnia quae agimus -ae, illi ineptiae videbantur. epist. 13, 12 nullus -arum modus, si timeatur, quantum potest. AVG. civ. 14, 15 p. 36, 17 D. quae hominis est alia -a nisi adversus eum ipsum inoboedientia eius ipsius, ut, quoniam noluit quod potuit, quod non potest velit? 14, 24 p. 52, 5 evidentior -a, qua homo non vivit ut vult. BOETH. cons. 4, 3, 37 W. inlatam ... iniuriam non accipientis, sed inferentis esse -am. (II) *apud christianos*: (A) *de vitae humanae condicione misera*: LACT. opif. 3, 1 in huius vitae -as proici (AVG. civ. 9, 10 p. 381, 27 D. 19, 4 p. 356, 29. *al. cf.* SACR. Leon. p. 151, 28 huius mundi). AVG. civ. 9, 15 p. 387, 11 D. ex mortali -a ad beatam immortalitatem. p. 389, 2 mortalitate et -a. 18, 35 p. 308, 8 humanae -ae profunditatem (19, 9 p. 369, 21. *al.* OROS. hist. 3, 23, 60. *cf.* AVG. civ. 22, 24 p. 609, 24 D. -am generis humani). serm. 254, 1, 1 -a nostrae condicionis. PS. BOETH. fid. cath. 114 terrenam -am. GREG. M. in Ezech. 1, 10, 43 p. 904C in huius exilii -a (*opp.* aeterna *n. pl.*). (B) *de damnatione aeterna*: AVG. civ. 19, 28 p. 404, 13 D. -a sempiterna, quae mors etiam secunda dicitur (22, 30 p. 633, 29 damnatorum ... s. -a. epist. 122, 1 s. -as). 21, 17 p. 521, 28 hominum illo iudicio damnatorum -as (vera relig. 40, 75 doloribus et -a d. *cf. l. 68*). enchir. 111, 29. PASS. Andr. long. 9 -as tuas ... augmentare et ignem ... aeternam accendere (*gr.* ταλαιπωρίας). 13 tuis -is doleo, quia paratus te expectat aeternus interitus (*gr.* ταλαιπωριῶν).

b *de affectibus animi vel corporis*: α *de perturbationibus animi (cf. et l. 46 sqq.)*: (I) *de maerore, dolore sim. (cf. p. 1121, 57. 71)*: PLAVT. Amph. 939 capiunt voluptates, capiunt rursum -as (Poen. 1263 multorum annorum -as nunc hac v. sedo. SALL. Iug. 100, 5 alia quae ceteri -as vocant, voluptati habuisse. SEN. dial. 9, 15, 5 alienis malis torqueri aeterna -a est, ... delectari ... v. inhumana. *cf.* TER. Ad. 876 -am omnem ego capio, hic potitur gaudia. HIER. epist. 49, 21, 4 -ae deliciis ... commutantur). Cas. 442 ut etiam in maerore insuper inimico ... -am hanc adiungerem. Pseud. 4 quae -ae te tam misere macerent. TER. Haut. 127 quo illam mihi lenirent -am (*cf. 122* domum revortor maestus). Ad. 602 illi animum ... relevabis, quae dolore ac

[Wieland]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-a tabescit (Cic. prov. 10 me ... miserum illorum ... -is ac d. epist. 14, 1, 1 acerbissimos d. -asque). Cic. Verr. II 5, 24 maerore ac -is perditus. Sall. Catil. 51, 20 in luctu atque -is mortem aerumnarum requiem ... esse. Sen. dial. 6, 6, 2 si sors ... nulla -a mutatur. Avg. conf. 3, 2, 2 p. 37, 27 eo magis ... movetur quisque (*in theatro*) quo minus a talibus affectibus sanus est, quamquam, cum ipse patitur, -a, cum aliis compatitur, misericordia dici solet (*antea*: pati vult ... dolorem spectator). epist. 248, 1 pia ... ista tristitia et, si dici potest, beata -a vitiis alienis tribulari. quaest. Simpl. 2, 2, 2 misericordia ... habet nonnullam cordis -am ...; nam inde est etiam, quod ... flere cum flentibus hortatur apostolus. (ii) *de aliis animi commotionibus*: Plavt. Merc. 870 cura, -a, aegritudo (*cf.* Pseud. 21 -a et cura). Mil. 718 satis cepissem -arum e liberis; continuo excruciarer animi. Persa 363 *servus* dum tunicas ponit, quanta adficitur -a (*cf. 364* ego ... quod non futurum est formido tamen). Ter. Eun. 406 quasi ubi illam exspueret -am ex animo (*i. odium hominum et negotii, cf. v. 404.* Schol. Bemb.: maestitiam). Cic. Q. Rosc. 31 *Panurgum Roscius* summo cum labore, stomacho -aque erudivit. Tusc. 4, 35 cui -ae (*i. afflictioni aegritudinis*) proxumus est is qui ... malum metuit *eqs.* 4, 83 in ea (*i. aegritudine*) est ... fons -arum. epist. 16, 14, 1 habui noctem plenam timoris ac -ae (*cf.* Liv. 40, 14, 3 -a haec et metus). Porph. Hor. epod. 14, 15 iucunda haec -a est (*sc. amore effecta*).

β de morbo: Plin. nat. 17, 218 arborum quidam communes morbi ...; communis vermiculatio ... ac dolor membrorum, unde partium debilitas, societate nominum quoque cum hominis -is (miseris *var. l.*). 26, 2 ut est procax multorum natura in alienis -is (miseris *var. l.; agitur de nomine morbi q. d. mentagra*). *fortasse huc trahendum etiam* Cic. Att. 11, 25, 1 nihil est ... contractum casu ..., sed omnia fecimus iis erroribus et -is et animi et corporis, quibus proximi utinam mederi maluissent.

2 *magis per convicium* (*apud* Eccl.): a *de haeresi*: Priscill. tract. 2, 46 quamvis ... aspernabile sit *Christianis* sensibus talium -arum vel repetere doctrinas. Rvfin. hist. 4, 11, 4 de cuius ... superstitionibus ... non tam sacris quam sacrilegis et mysticis -is ita scribit *eqs.* (*gr.* μυσερᾶς τε μυσταγωγίας).

b *de peccato*), *vitio*: Hier. epist. 18A, 12, 4 in peccati ac -ae (misericordiae *W* parte. Avg. epist. 167, 1, 2 -ae principium (*antea*: ipsius mali [*i. peccati*] causam et originem). Nicet. vigil. 3 ut eum non delectet istis -is inquinari. Bened. reg. 61 ne eius (*i. vitiosi*) -a alii vitientur.

c *de stultitia* (*cf. etiam l. 56*): Vvlg. eccles. 6, 2 hoc vanitas et -a magna est (*sc. bonis quaesitis non frui*). Avg. beat. vit. 4, 29 p. 111, 18 ex eo, quod ... omnis stultus miser est ..., conficitur stultitiam esse -am.

B *pro persona de dea, filia Erebi et Noctis*: Cic. nat. deor. 3, 44 Mors, Tenebrae, -a, Querella. Hyg. fab. geneal. 1 Discordia, -a, Petulantia.

? II *de actu miserandi* (*cf. et varr. ll.* Serv. Aen. 10, 45 -am *pro* misericordiam *et p. 1121, 52* -em *pro* miserationem): Serv. auct. Aen. 2, 84 bene ad captandam circa amicos eius -am adiungitur, qui pacis auctor fuit.

III *syntactica et stilistica*: A *gen.*: *explicat.*: Vopisc. Aurelian. 45, 3 paupertatis (Arnob. nat. 1, 3 p. 6, 27). Firm. math. 4, 4, 3 orbitatis. 6, 31, 33 (*bis*) caecitatis. Avr. Vict. Caes. 39, 26 ruris ... ac militiae. Avson. 338 p. 156, 4 P. conectendi (*syn.* difficultas). Avg. civ. 19, 6 p. 364, 31 D. ignorantiae. 19, 7 p. 366, 25 bellorum (Oros. hist. 3 prol. 1). Cod. Theod. 9, 40, 22 (= Cod. Iust. 9, 47, 23 pr.) exilii (*cf. etiam p. 1122, 66*). Salon. in eccles. p. 1002B famis. Greg. M. moral. 4, 51 p. 602C desperationis. *inhaerentiae: gen.* -arum *coniung. c. synonymis*: Cic. de orat. 2, 211 casus (Firm. math. 2, 20, 12). Cod. Theod. 15, 8, 2 (= Cod. Iust. 11, 41, 6) necessitate. *gen. synonymi coniung. c.* -a: Firm. math. 3, 4, 15 calamitatum -as.

B -a est *fere i. q. miserum est*: *seq. (acc. c.) inf.* (*v. etiam l. 8 et p. 1122, 79*): Plavt. Mil. 68 nimiast -a nimis pulchrum esse hominem. Persa 238 certare tecum. Poen. 890 servire amanti -a est. Truc. 744 invidere alii bene esse, tibi male esse. Cic. Phil. 3, 35 aleatoribus ebriis servire, ea summa -a est. Hier. epist. 24, 5, 2. 40, 1, 1 Avg. trin. 14, 12, 16. *cf.* Sen. epist. 90, 19 iam rusticitatis et -ae est velle, quantum sat est. Qvint. inst. 1, 8, 18 persequi ..., quid quis ... dixerit, ... nimiae -ae ... est. Tac. Agr. 45, 2 praecipua ... -arum pars erat videre *eqs.* Oros. hist. 5, 1, 5 pars -arum est audire *eqs.* *seq. enunt. secund. c.* si: Plavt. Amph. 590 miserruma istaec -a est servo bono, apud erum qui vera loquitur, si id vi verum vincitur. *cf.* Truc. 465 mali quod mulier facere incepit, nisi ⟨id⟩ efficere perpetrat, id illi morbo, id illi senio, ea illi miserae -a est. *c.* quod: Cic. S. Rosc. 49 ut parum -ae sit, quod aliis coluit *praedia*. Att. 11, 9, 3 quibus in -is una est pro omnibus, quod *eqs.* -ae (*dat.*) est *v. p. 1122, 14.*

C per -am *fere i. q. misere*: Comm. apol. 450 dominum ... passum per -a⟨m⟩.

D *in paronomasia*: *iuxta* miser: *l. 1. 76. p. 1121, 75. 76. 1122, 82. al. fig. etym. l. 73.* Cic. Att. 3, 7, 3 id est ... miserrimum mearum ... -arum. *iuxta* misericordia: Cic. Lig. 14 Sall. Catil. 52, 27 Sen. clem. 2, 6, 4 Avg. catech. rud. 4, 7, 6. 4, 8. 10. *al.*

E *oxymora*: honesta -a: Sen. dial. 10, 7, 6. iucunda -a: Porph. Hor. *p. 1123, 21.* beata -a: Avg. *p. 1123, 8* (*cf. p. 1122, 39*). *Wieland.*

***misericordia**, -ae *f.* a misericors. *de orig.*: Avg. c. Adim. 11 p. 137, 8 appellatam -am ..., quod miserum cor faciat aliena miseria (*sim.* serm. coll. Morin p. 606, 5. *al.* Greg. M. moral. 20, 63 -a ... a misero corde vocata est. Isid. orig. 10, 164 [*ubi add.* est in deo (*cf. p. 1126, 18*) -a sine ulla cordis miseria]. quaest. test. 35. Gloss.L III Abstr. MI 12). *scrib.* mesere-: CIL XII 2185 (*a. 547*). 2188. *de numero*: Char. gramm. p. 39, 21 B. singularia semper sunt ... -a ἔλεος. *plur.* (*inde a* Tert., Itala) *v. l. 78. p. 1125, 51. 63. 1126, 7. 44.* Not. Tir. 40, 20. *de notionibus* (*cf. p. 1112, 2 et H. Pétré, RevEL. 12, 1934, 376—389 et Caritas, Louvain 1948 p. 229 sqq.*): Ambr. off. 2, 26, 136 incentivum -ae, ut compatiamur alienis calamitatibus, necessitates aliorum ... iuvemus (*cf.* Avg. civ. 9, 5 p. 395, 13 D.). Avg. c. Adim. 11 p. 137, 11 -ae nomine clementiam se appellare. conf. 3, 2, 2 *v. p. 1123, 7.* Gloss.L II Philox. MI 30 ἔλεος, οἶκτος, οἰκτιρμός. *coniung.* -a *et* miseratio *p. 1112, 6.* *ubi nihil adnotatur, gr. respondet* ἔλεος (*cf. etiam l. 10. p. 1125, 81. 1126, 8. 60. al. et* Prob. Verg. georg. 2, 425 Ps. Ambr. serm. 31, 2 p. 667D); *alias* ἐλεημοσύνη (*p. 1125, 40. 61. 64. 1126, 37. al.* Avg. serm. 207, 1), οἰκτιρμός (*p. 1126, 29. 41. 47. 50 sqq. 1127, 28*), οἶκτος (Macr. Sat. 4, 2, 1. 4, 5, 11), φιλανθρωπία (*p. 1112, 10. 1126, 27*), εὐσέβεια (*p. 1125, 54 et* Avg. civ. 10, 1 p. 403, 24 D.), *alia* (*p. 1125, 58. 59. 1126, 2. 22. 42. al.*). *leg.* (*cf. et p. 1112, 18*) *inde a* Plavto, Ter., Accio, Varrone, Rhet. Her., Cic., Pvblilio; *postea in vs. non invenitur nisi apud* Phaedrvm (*l. 62. p. 1126, 13*); *dactylico metro vox apta non est.* [*locis mancis*: Plavt. Most. 802 Sen. contr. 7, 8 (23), 2 Fronto p. 130, 21 v. d. H. (= ad p. 138, 12 N.). *l. v. dub.*: Cic. de orat. 2, 278 Physiogn. 74 p. 95, 6. *l. v. falsa*: Hier. epist. 18A, 12, 4 (*v. p. 1123, 37*). *e coni. prob.*: Sen. contr. 1, 1, 7 -am *add. Kießling.* *dub.*: Tac. ann. 4, 53, 1 -a *add. Brakman.* *v. etiam p. 1130, 34.*]

I *de* **affectibus** *vel* **actis** (*metonym. l. 75. p. 1125, 62. 1126, 55*): A **hominum**: 1 *i. q. affectus miserandi*, συμπάθεια (*plur.: l. 78. praestatur hominibus miseris; victis e. g. l. 41. 48, reis l. 84 sqq. al., mortuis l. 65, bestiis* Cic. epist. 7, 1, 3 Plin. nat. 8, 21): a *usu sollemni*: α *generatim*: Plavt. Pseud. 274 misereat, si familiam alere possim -a (*aliter p. 1125, 34*). Ter. Andr. 126 hinc illae lacrimae, haec illast -a. Haut. 637 -a, animus maternus. Cic. Sest. 50 ad infimorum ... hominum -am confugisse (Val. Max. 5, 3 ext. 3 perfugere. Tac. ann. 6, 14, 2 fugeret. *cf. p. 1125, 12*). Rab. perd. 24 qui ... desideria imperitorum -a commovent. Verr. II 2, 4 cuius ... -am victi ... perspexerint (*cf.* II 2, 84). Mur. 6 lenitatis et -ae (Sull. 1. *al.*). Sull. 93 mansuetudine (*cf.* Sall. Catil. 52, 11. *al.*) et -a nostra falsam a nobis crudelitatis famam repellamus (*cf.* Vatin. 28 Cels. 1 prooem. 43. Cvrt. 5, 10, 27 *coniung.* severitas. *al.*). p. red. in sen. 17 tu clementia ac -a singulari (*ironice ut* Pis. 17). Planc. 24 non ... opibus ..., sed -a (*i. commotione animorum*), sed precibus aliquid attulimus. Marcell. 12 omnis victores ... aequitate et -a viceras (*de -a Caesaris ut* 21. Lig. 29. 37 Deiot. 40. *al.* Att. 9, 12, 4 Caes. Gall. 2, 28, 3 civ. 1, 72, 3 Cic. Att. 9, 7c, 1 Sall. Catil. 54, 2. *cf. de -a imperatorum*: Sen. dial. 11 [12], 6, 5. 11 [12], 13, 3 Tac. ann. 2, 63, 1. 3, 50, 2). Brut. 4 *opp.* benivolentia. *al.* Pvblil. B 34 bona comparat praesidia -a. N 41. Q 18 quam miser est cuius ingrata est -a. Caes. Gall. 7, 26, 4 plerumque in summo periculo timor -am non recipit. civ. 1, 84, 5 si qui locus -ae relinquatur (*cf.* Liv. 29, 22, 7 Qvint. decl. 280 p. 142, 25). Sall. Iug. 31, 21 si -a in perniciem casura esset. Nep. Dion 10, 2 -a odio successerat (*cf.* Sen. dial. 3, 17, 3 iram saepe -a retro agit. Cvrt. 4, 16, 12 in metum versa [8, 11, 12. 9, 10, 15]. 7, 1, 1 invidia in -am vertit [9, 3, 1]). Liv. 7, 11, 6 simul verecundiā -āque militem accendebant. *al.* Sen. contr. 1, 1, 6 perierat totus orbis nisi iram finiret -a. 1, 5, 3 non est invidiosa potestas, quae -ā vincit. contr. exc. 4, 8 nihil est venali -a turpius. *al.* Val. Max. 6, 8, 5 domini. Phaedr. 3 epil. 21 proclivis ultro cum sit -a. Sen. benef. 2, 5, 3 -ae genus est cito occidere (*cf.* dial. 3, 16, 3 nat. 4 praef. 17 Ps. Sen. mon. 19 Serv. Aen. 9, 494). 5, 20, 5 si non -ae et humanitati (*cf.* Qvint. inst. 6, 1, 22 bonitas, h., -a) dedi, ut quodlibet cadaver absconderem (*de -a in mortuos cf.* Vvlg. II reg. 2, 5). epist. 7, 3 quidquid ante pugnatum est, -a fuit. Cvrt. 6, 8, 6 eos qui -am consumpserunt, amplius sperare non posse. Qvint. decl. 307 p. 209, 9 hoc de proditore non est -a. Tac. ann. 2, 71, 4 -a cum accusantibus erit. 14, 45, 2 mos antiquus, quem -a non minuerat. Plin. epist. 2, 11, 6 favor et -a acres ... primos impetus habent *eqs.* 7, 9, 13 recipiunt ... iras, -am, urbanitatem. Apvl. met. 3, 7, 1 per publicam -am ... illos deprecabar (3, 8, 3 per publicam -am, per commune ius humanitatis aiunt: 'miseremini ... iuvenum'). *al.* *in allegoria*: Tert. patient. 3, 8 per patientiam, -ae matrem. Paneg. 4, 3, 3 virtus et eius -a comes. *metonym.* (*cf. l. 32*): *pro eo, qui miseretur*: Tert. apol. 9, 17 filios ... suscipiendos ab aliqua praetereunte -a extranea. *pro eo, cuius miserentur*: Itala (*aliter p. 1110, 55*) = Vvlg. psalm. 105, 46 dedit eos in -as (οἰκτιρμούς, Veron. -am) in conspectu omnium. *rerum humanarum*: Ter. Andr. 559 reducunt animum ... ad -am (*cf. p. 1127, 80.* Cic. Cluent. 24. *al.* Scrib. Larg. praef. p. 2, 17 a. plenus -ae et humanitatis. *al.*). Val. Max. 9, 2, 1 fallacis dexterae -am implorantes. Apvl. met. 3, 7, 2 fletuum. Cypr. laps. 24 p. 254, 18 precum. Vvlg. Iac. 3, 17 sapientia ... plena -ā.

β *in re iudiciaria* (*cf. Aristot. rhet. 2, 8 p. 1385 b 11 sqq.* 3, 19 [R.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 1419b 10sqq.): ① *de praeceptis rhetorum*: RHET. Her. 1, 8, 13 illud genus narrationis ... debet habere ... -am (*cf.* CIC. inv. 1, 27). 2, 16, 24 *loci communes* defensoris de humanitate, de -a (2, 17, 26). *al.* CIC. inv. 1, 107 primus locus est -ae. 2, 51sqq. de orat. 2, 206sqq. part. 15 perorationes ... ad -am conferendae (*cf.* 128 top. 99 QVINT. inst. 11, 3, 170). 58 accusatori *tractanda* sunt, quae ad iracundiam, reo plerumque quae ad -am pertinent. QVINT. inst. 4, 1, 16 ut adlegemus *iudici* ... pro infelicibus -am. 5 prooem. 1. 5, 11, 38 -am commendabo iudici. 12, 10, 62 hic iram, hic -am inspirabit (12, 10, 70. *cf.* MACR. Sat. 4, 2, 1). TAC. dial. 31, 3 (*v. p. 1112, 71*). ⓪ *in actionibus* (*cf.* PVBLIL. M 4 mala causa est, quae requirit -am): CIC. Quinct. 10 cum ... in tuam ... -am ... confugerit. 91 plus huius inopia possit ad -am quam illius opes ad crudelitatem. S. Rosc. 150 una spes reliqua est ... vestra ... -a. Cluent. 106. Mur. 90 alienissimi ⟨a⟩ mansuetudine et -a. dom. 45. *al.* SEN. contr. 10, 1 (30), 7 vestrae -ae praemia petimus. 10, 4 (33), 9 -ae propiores (*opp.* severitati). VAL. MAX. 8, 1 absol. 2 -a ... illam quaestionem non aequitas rexit. QVINT. decl. 280 p. 144, 17 timeo favorem illum populi, -am civitatis. 331 p. 305, 26. *al.*

b *in doctrina Stoicorum (cf. G. J. ten Veldhuys, de -ae et clementiae apud Sen. phil. usu, Groningen 1937) i. q. pars aegritudinis, mollities animi* (*defin.* CIC. Tusc. 4, 18 -a est aegritudo ex miseria alterius iniuria laborantis [*cf. Stoic. frgm. III p. 99sqq*]. *sim.* 3, 21. 4, 16. 46 SEN. clem. 2, 5, 4. 2, 6, 4): CIC. fin. 3, 35 quis ... -am aut ipsam iracundiam morbum solet dicere? ac. 2, 135. Tusc. 3, 20 si sapiens in aegritudinem incidere posset, posset etiam in -am, posset in invidentiam. 4, 32. 56 an sine -a liberales esse non possumus? SEN. clem. 2, 4, 4. 2, 5, 1 dial. 4, 15, 3. SOL. 1, 73 adversus omnem dolorem vel -am ... duravere. AVG. civ. 9, 5 p. 375, 7 D. -am Stoicorum est solere culpare. *cf.* APVL. Plat. 2, 16 vitia, ... quae natura non respuit, voluptatem dico ..., -am.

2 *i. q. liberalitas, munificentia* (*praestatur pauperibus*): a *de factis*: α *sing.*: VARRO Men. 178 quanto -a mea heredibus meis stet, quot miseros sublevaverim. CIC. S. Rosc. 145 aliena -a vivo (SEN. contr. 10, 4 [33], 6 -a publica [*cf.* 10, 4 (33), 16 aluntur (*aliter p. 1124, 36*)]. LACT. inst. 6, 12, 32). SEN. benef. 5, 9, 2 aliis praestare liberalitas est, clementia, -a. QVINT. decl. 260 p. 68, 20 (*seq.* liberalitatem). TAC. hist. 2, 92, 2 cum ... nulla principis -a iuvarentur. 5, 5, 1. TERT. apol. 42, 8 plus nostra -a insumit. fug. 13, 1. adv. Marc. 4, 32 p. 548, 5 -ae opera (CYPR. eleem. 1 p. 373, 19. *al.*). ITALA Matth. 6, 2 (Iren. 4, 30, 3) quum facis -am (ποιῇς ἐλεημοσύνην, *Vulg.* eleemosynam. CYPR. hab. virg. 23 p. 204, 21 AMBR. off. 2, 1, 3. *al.* VVLG. Sirach 29, 1. 35, 4. *al. cf.* CYPR. eleem. 2 p. 374, 23 fieri [AMBR. epist. 7, 3 *divitiis* fit -a, quae sumptu pauperes iuvat. *al.*]). CYPR. domin. orat. 15 p. 277, 24 in operibus -a. eleem. 5 p. 376, 18 -ae meritis. 17 p. 386, 26. testim. 3 cap. p. 102, 2 de bono operis et -ae. *al.* LACT. inst. 6, 12, 41 -ae merces. AMBR. in psalm. 118 serm. 8, 22 si velis donare pauperibus, haec -a iustitia est. HIER. hom. Orig. in Luc. 23 p. 153, 7 liberalitas et in pauperes -a. Ps. AVG. quaest. test. I 124, 1. CANON. Turner II 2 p. 157 rec. VIII (= Dionys. Exig. p. 42, 8) ad gubernandam -am (*gr. Mansi 2, 1101B* εὐποιΐας) pauperum. GREG. TVR. glor. mart. 105 p. 560, 14 quod ulli inopum manum -ae porrexisset. *al.* β *plur.*: TERT. adv. Marc. 4, 27 p. 514, 2 -arum opera imperabantur. ITALA act. 9, 36 (Ps. Aug. spec. 82 p. 585, 10) -is (ἐλεημοσυνῶν, *Vulg.* eleemosynis) multis, quas faciebat (ACT. Archel. 10, 5 [εὐσεβείας]. *antea*: alimenta). VVLG. Dan. 4, 24 peccata tua eleemosynis redime et iniquitates tuas -is pauperum (SALV. eccl. 2, 1. epist. 9, 10 donis ... ac -is). PAVL. NOL. epist. 23, 24 p. 182, 7 ieiunia, -ae, orationes. CANON. Turner I 1, 2 p. 216 rec. VI -arum (*gr. Mansi 2, 673B* ἀγαθοεργίας) impendia (*rec. V* benefaciendo, *VIII* operibus bonis). II 2 p. 160, 33 (*gr. Mansi 2, 1105A* εὐποιΐας). PETR. CHRYS. serm. 54 p. 552A. MVTIAN. Chrysost. hom. 31, 4 p. 435extr. -as (ἐλεημοσύνην) operari.

b *metonymice i. q. elemosina, stips*: CYPR. eleem. 17 p. 386, 23 neque ... cibus ante quam -a cogitatur. EVAGR. vita Anton. 44 -as (*Migne gr. 26, 908B* ἐλεημοσύνας) indigentibus exhibendas (VITA Anton. operantium ad faciendum -am). AMBR. in psalm. 61, 21, 1 pretium nostrum -a est, quae ... confertur inopibus. AVG. in psalm. 125, 14 impendatur. CAES. AREL. serm. 25, 1 p. 106, 12 dare. *al.*

3 *i. q. humanitas, gratia, opus bonum* (*praestatur inferioribus vel paribus; sibi ipsi*: AVG. civ. 10, 6 p. 410, 18 D. -am ... quam quisque in se ipsum facit), *interdum* (*p. 1126, 3. 8*) *i. q. probitas, pietas, egregie factum* (*fere in serm. sacr. script. sec. hebr.* חסד; *cf. Bultmann ap. Kittel, Theol. Wb. z. N. T. s. v.* ἔλεος): a *sing.*: facere: VVLG. gen. 19, 19 magnificasti -am tuam, quam fecisti mecum, ut salvares animam meam (20, 13. 40, 14. iud. 8, 35 *syn.* bona. *al.* AVG. c. mend. 6, 15 p. 486, 25). 21, 23 iuxta -am, quam feci tibi (*item c. dat.* I reg. 20, 14. *al.*). 24, 49 si facitis -am et veritatem cum domino meo (47, 29 ut non sepelias me in Aegypto. Ios. 2, 14 in te. *cf. l. 84. p. 1126, 36 et* prov. 21, 3 -am et iudicium). II reg. 3, 8 super domum. 9, 7 in te (Luc. 10, 37. *al.*). psalm. 108, 16 non est recordatus facere -am (Sirach 16, 14 -am facientis [εὐσεβοῦς]. 46, 9). *alia*: ITALA gen. 19, 19 (Lugd. *al.*) invenit puer tuus -am (ἔλεος, *Vulg.* gratiam) ante te. VVLG. Ruth 3, 10 priorem -am posteriore superasti. II Esdr. 1, 11 da ei -am ante virum hunc. Esth. 2, 17 habuit ... gratiam et -am coram eo. psalm. 83, 12 -am et veritatem (prov. 14, 22. *al. cf. l. 76 et* 15, 27 per -am et fidem. Os. 12, 6 -am et iudicium [Matth. 23, 23 et fidem]). 140, 5 corripiet me iustus in -a. sap. 10, 5 in filii -a (σπλάγχνοις) fortem custodivit. Sirach 44, 10 viri -ae (44, 27 Is. 57, 1). Os. 6, 6 -am volui et non sacrificium (Matth. 9, 13). I Macc. 2, 57 David in sua -a consecutus est sedem. *et saepe.* AVG. civ. 10, 6 p. 411, 11 D. opera -ae. SVLP. SEV. chron. epist. 2, 14 ENNOD. epist. 7, 2, 2 p. 173, 14.

b *plur.*: VVLG. II par. 32, 32 reliqua ... sermonum Ezechiae et -arum eius (35, 26). I Macc. 13, 46 secundum -as (ἔλεος, ITALA -am) tuas. PELAG. in II Cor. 9, 9 p. 282, 10 tam carnalium -arum quam spiritalium. AVG. c. mend. 15, 32 p. 513, 13 -ae dimittuntur, quae propter ipsam -am committuntur.

B **numinum** *i. q. benignitas, gratia, indulgentia*: 1 *deorum gentilium*: VAL. MAX. 1, 8, 2 divina -a. PHAEDR. app. 14, 15 Veneris. CVRT. 6, 9, 2 deum (APVL. met. 6, 1, 5 MIN. FEL. 12, 6). APVL. Socr. 12 p. 147 debet deus ... nec indignatione nec -a contingi (*cf.* 13 p. 147 *de daemoniis*). *adde*: SEN. nat. 2, 35, 2 *fata* non -a flecti non gratia sciunt.

2 *dei christiani* (*defin.* AVG. quaest. Simpl. 2, 2, 3): a *proprie*: α *sing.*: TERT. cult. fem. 2, 2, 3 de suis ... pro -a sua curet (CYPR. epist. 13, 6 HIL. trin. 6, 3. *al. cf.* HIER. hom. Orig. in Ezech. 13, 2 p. 446, 25 iuxta. VVLG. exod. 15, 13 in -a. psalm. 24, 7 secundum [PSALT. Rom. 34, 24 (δικαιοσύνην, *Hier. psalt. sec. Hebr. et Vulg.* iustitiam)]. Tob. 13, 5 propter. *al.*). fug. 5, 3 p. 471, 16 dei. paenit. 2, 7 divinae -ae. adv. Marc. 5, 5 p. 585, 23 deum ... profusae -ae (*cf. l. 53.* VVLG. psalm. 85, 5 [πολυέλεος, HIER. psalt. sec. Hebr. multus -a. *sim.* PSALT. Rom.]. sap. 9, 1 domine -ae [CONC.S I 2 p. 58, 2; *gr. I 1, 5 p. 66, 23* φιλανθρωπίας]. *al.*). ITALA Ion. 4, 2 (Tert. adv. Marc. 2, 25 p. 367, 28) plurimum -ae (πολυέλεος, *Vulg.* multae miserationis). Zach. 12, 10 spiritum gratiae et -ae (οἰκτιρμοῦ, *Vulg.* precum). CYPR. epist. 52, 4 p. 620, 3 dei patris -a et Christi ... indulgentia. 55, 23 p. 641, 13 pater ... ipse bonitas et -a et pietas. *al.* PRISCILL. tract. 2, 43 p. 36, 12 -ae vocatione. 7, 113 p. 83, 12. AMBR. in psalm. 118 serm. 14, 7, 1 oleum -ae caelestis et gratiae. VVLG. gen. 24, 12 (= ITALA) fac -am cum domino meo (Ruth 1, 8. *al. cf.* exod. 20, 6 in millia [deut. 5, 10. *al.*]. psalm. 32, 22 super suis. Ier. 32, 18 in millibus. Iob 3, 13 -am facies). 24, 27 -am (*Itala* iustitiam *sec. gr.* δικαιοσύνην) et veritatem (II reg. 2, 6. *al. cf. p. 1125, 76 et* Tob. 3, 2 -a et v. et iudicium. psalm. 32, 5 -am [ἐλεημοσύνην, *Hier. psalt. sec. Hebr.* iustitiam] et iudicium [*al.*]). deut. 7, 12 custodiet ... pactum tibi et -am (*al.*). Iob 37, 13 in quocumque loco -ae suae. Gal. 6, 16 pax super illos et -a (I Tim. 1, 2 a deo. *al.*). *al.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 6, 4 (οἰκτιρμούς). CONC.S I 5 p. 316, 36 -a (*Migne gr. 83, 1269B* φειδοῦς) quadam me frui confido. *et passim.* INSCR. Gall. Narb. 342 (*a. 477/491*) in spe resurricxionis -(a)e XPi (CIL XII 2185. 2188).
β *plur.*: ITALA psalm. 17, 51 (Tycon. 1 p. 5, 30) faciens -as (*V* et* VVLG. -am, *gr.* ἔλεος) ... David (VVLG. psalm. 102, 6 [ἐλεημοσύνας]. *cf.* Is. 47, 6 posuisti). Rom. 12, 1 (Ps. Aug. spec. 103 p. 628, 6) obsecro vos ... per -as (*S*, -am *cett. et* VVLG., *gr.* οἰκτιρμῶν) dei (CASSIOD. hist. 9, 14, 17). ARNOB. nat. 2, 14 p. 59, 15 (*coniung.* indulgentias). AMBR. in psalm. 118 serm. 10, 39, 1 (*cf. Vulg. psalm. 118, 77* miserationes [οἰκτιρμοί]). VVLG. II reg. 24, 14. II par. 6, 42 memento -arum David (Is. 55, 3). II Esdr. 9, 19 in -is tuis (*al. cf. l. 21*). psalm. 16, 7 (ἐλέη, HIER. psalt. sec. Hebr. -am). 76, 10 (οἰκτιρμοί). *al.* II Cor. 1, 3 pater -arum (οἰκτιρμῶν). *al.* AVG. conf. 5, 9, 17 deus -arum (*cf. l. 24*). 6, 1, 1 fons -arum. OROS. hist. 1, 5, 11 fructus -arum. *et passim.*

b *metonymice*: *de ipso deo* (*cf.* CYPR. unit. eccl. 25 p. 232, 10 quodcumque de dei -a postulabant [COD. Iust. 1, 27, 1, 8]. ALC. AVIT. epist. 73 p. 90, 23 divinam -am rogans. CASSIOD. var. 11, 5, 6 NOVELL. Iust. app. 2. *al.*): VVLG. psalm. 58, 18 deus meus, -a mea (143, 2). Ion. 2, 9 -am suam derelinquunt. *i. q. tempus miserationis* (*cf. p. 1113, 58*): ITALA II Macc. 7, 29 (recc. LX. *al.*) in illa -a (ἐλέει, recc. BM ingenti -a dei ... in illa die, *Vulg.* miseratione). *i. q. effectus -ae*: SALV. eccl. 4, 10 cum ... salus nostra munus ac -a dei sit.

structurae *selectae*: *gen. subi.*: RHET. Her. 2, 31, 50. CIC. Verr. II 5, 21 iudicum (*opp.* tua crudelitate). leg. agr. 2, 57 senatus. *al.* *pro gen. subi. extat pron. poss.*: VARRO Men. 178. RHET. Her. 2, 31, 50 nostra. CIC. Quinct. 10. *al.* *adi.*: aliena: CIC. S. Rosc. 145 MIN. FEL. 31, 4. *al.* civilis: VELL. 2, 7, 3. hostilis: SVLP. SEV. chron. 1, 54, 1. humana: CONST. Sirmond. 8. paterna: CYPR. domin. orat. 22 p. 284, 3. *al.* *gen. obi.*: TER. Andr. 261 Hec. 167 CIC. Cluent. 24. 195. Sull. 87 civium (CAES. civ. 1, 72, 3). Att. 7, 12, 3. 10, 11, 3 cuius (SEN. contr. 2, 3 [11], 7). ad Q. fr. 1, 3, 5 nostri. NEP. Them. 8, 7 LIV. 7, 19, 6. 7, 20, 3 sui (QVINT. decl. 305 p. 195, 19. 330 p. 299, 31 TAC. ann. 4, 9, 1). *al.* CAPITOL. Maximin. 9, 1 -ae (-ā *Salm., Madv.*) paupertatis causa ... donaverant. IVST. 5, 10, 7. 10, 3, 1 sanguinis (COD. Theod. 8, 18, 3). 17, 3, 20 fortunae. 27, 2, 3 VVLG. II par. 6, 42. sap. 10, 5 in filii -a (ἐπὶ τέκνου σπλάγχνοις). Dan. 4, 24 pauperum (RVFIN. Basil. hom. 3, 3 *coniung.* dispensationes. *al.*). *c. gerund.*: CYPR. zel. 16 p. 431, 3 ad pauperum fovendorum -am. AVG. civ. 9, 5 p. 375, 7 D. hominis liberandi. *coniung. c. praepp.* (*pro gen. obi.*): adversus: *p. 1128, 24.* ante: *p. 1127, 67.* circa: PELAG. in Rom. 12, 8 p. 96, 24 exhibendo. AVG. civ. 21, 18 p. 524, 17 D. in psalm. 60, 9 PAVL. PELL. praef. 3. cum (*cf. l. 33. p. 1125, 73. 76*): TERT. adv. Marc. 5, 11 p. 610, 15 Ps. PHILO antiq. 19, 8. erga: CIC. Sest. 117 declaraverunt. TAC. ann. 4, 71, 4 ostentabat. AVG. civ. 21, 18 p. 522, 17 D. in *aliquem*: CIC. Planc.

[R.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

25 huius in me -a. TERT. adv. Marc. 4, 16 p. 471, 20 VVLG. exod. 34, 7. *al.* in *aliquo*: VVLG. Ier. 32, 18 facis -am in millibus (BARNAB. 15, 2. *al.*). AVG. epist. 98, 6 praebere. super: TERT. adv. Marc. 2, 24 p. 368, 1 abundantissimi -ae et miserationis s. agnoscentes. VVLG. psalm. 85, 13 AVG. serm. 207, 1 ORIG. in Matth. ser. 41 p. 82, 5. *gen. defin.*: AVG. civ. 19, 14 p. 381, 9 D. providendi -a. catech. rud. 18, 30 indulgentiarum. VEREC. in cant. 2, 13 lenitatis. GREG. M. moral. 14, 56 largitatis.

iuncturae *selectae*: *nom.*: TER. Ad. 306 neque illum -a repressit *eqs.* (*cf.* ACC. trag. 433 capsit [LIV. 7, 20, 3. 21, 16, 2]. CIC. p. red. ad Quir. 1 vos ... teneret. LIV. 26, 29, 5 excitabat. 35, 34, 8 movit. SEN. benef. 3, 7, 5 impulit. TAC. hist. 2, 70, 3). CIC. Verr. II 1, 136 apud quem ... non -a ... non gratia valeret (LIV. 8, 37, 10. 37, 1, 4 plus ira quam -a. TAC. ann. 15, 16, 3). Rab. Post. 46 cui -a opitulari debebat (*cf.* ad Q. fr. 1, 3, 5. 1, 4, 2. 5 levare potest communem casum). LIV. 7, 30, 11 omnibus ... vestram -am pulare (AVG. civ. 17, 23 p. 253, 24 D. patesceret). VELL. 2, 7, 3 Opimium ... prosecuta est. *al.*

gen. (qualitat. v. p. 1126, 3. 24. 53): *pendet ex subst.*: aditus: CIC. Verr. II 5, 21. affectus: TERT. adv. Marc. 5, 11 p. 619, 19. auxilium: QVINT. inst. 11, 1, 49 TERT. adv. Marc. 4, 20 p. 487, 14. *al.* causa: SEN. clem. 1, 1, 4. fons: CALP. decl. 16 p. 16, 12 AVG. civ. 21, 17 p. 522, 1 D. *al.* indicium: PLIN. nat. 11, 145. infulae: VAL. MAX. 4, 7 ext. 2. lacrima: PLIN. nat. 11, 146. lex: TERT. pudic. 6, 4. munus: VELL. 2, 52, 6. CALP. decl. 42 p. 33, 9. *al.* occasio: SEN. contr. 9, 1 (24), 6 CVRT. 7, 2, 7. *al.* opus: SEN. nat. 4 praef. 17. *al.* (*cf. p. 1125, 39. 52*). perfugium: CIC. Lig. 14. praemium: SEN. contr. 10, 1 (39), 7. sensus: APVL. mund. 34 p. 365 *coniung.* clementiae. vas: VVLG. Rom. 9, 23. viscera: VVLG. Col. 3, 12 (οἰκτιρμῶν). *ex adi.*: abundans: TERT. adv. Marc. 2, 24 p. 368, 1. memor: ITALA Hab. 3, 2 (Aug. civ. 18, 32 p. 300, 3 D.). *al.* im-: GAVDENT. serm. 7, 15 G. plenus: SCRIB. LARG. praef. p. 2, 13. supplex: CIC. Cael. 79. *e verbis*: meminisse: VVLG. II par. 6, 42 (*cf.* 24, 22 recordari. psalm. 24, 6 reminisci). oblivisci: PETRON. 96, 2.

acc.: capere: CIC. Quinct. 97. custodire: VVLG. exod. 34, 7 in millia. *al.* captare: *v. vol. III 378, 11.* deprecari: CYPR. epist. 65, 5 p. 725, 14. *al. v. et vol. V 1, 600, 23.* exigere: QVINT. decl. 259 p. 61, 6. exposcere: CIC. Mil. 92 CVRT. 4, 14, 23. extorquere: TERT. apol. 40, 15. flagitare: SVLP. SEV. chron. 1, 25, 1. ef-: CIC. Mil. 92. implorare: *v. vol. VII 1, 646, 58.* petere: QVINT. inst. 1, 10, 25. postulare: TERT. pudic. 2, 6. quaerere: SEN. contr. 7, 4 (19), 6. PLIN. nat. 8, 21 (*de elephantis*). requirere: CIC. Verr. II 5, 129 Mil. 92 PVBLIL. M 4 TAC. ann. 12, 36, 3. rogare: SEN. contr. 9, 4 (27), 21. cor-: APVL. met. 6, 1, 5. rogitare: COM. pall. inc. 92. experiri: SALL. Iug. 32, 5 TAC. ann. 12, 18, 1 SVLP. SEV. chron. 1, 24, 7. temptare: LIV. 38, 28, 9 VELL. 2, 71, 3 SEN. epist. 37, 2. prae-: QVINT. inst. 4, 1, 28. sperare: CVRT. 6, 8, 6. afferre: CIC. ad Q. fr. 1, 3, 8. conciliare: *v. vol. IV 42, 75.* conciere: TAC. ann. 16, 32, 2. concitare: CIC. de orat. 1, 227 LIV. 42, 23, 10 TAC. dial. 31, 3. ex-: CIC. de orat. 2, 189. elicere: LIV. 8, 28, 2 TAC. hist. 3, 58, 3. incutere: SEN. dial. 4, 17, 1. moliri: CIC. de orat. 2, 266. movere: CIC. de orat. 2, 211. 278 part. 128 LIV. 23, 20, 5 SEN. contr. 1, 1, 19 AVSON. 450, 3 p. 395 P. *al.* com-: *v. vol. III 1950, 1 sqq.* per-: TAC. ann. 1, 21, 2. 3, 23, 1. 16, 32, 2. provocare: VLP. dig. 47, 8, 4. *al.* trahere: TAC. ann. 2, 47, 2 in eosdem. accipere: TERT. adv. Marc. 2, 19 p. 361, 27 VVLG. psalm. 23, 5. consequi: VVLG. prov. 28, 13. *al.* habere (*aliter l. 66*): CIC. Mur. 87 VVLG. II par. 30, 9. *al.* impetrare: HIER. hom. Orig. in Ezech. 1, 3 p. 325, 22. AVG. civ. 11, 12 p. 479, 7 D. peccatis. *al.* invenire: ITALA gen. 19, 19 (Lugd. *al.*). *al.* merere: CVRT. 6, 11, 40. pro-: HIER. hom. Orig. in cant. 2, 4 p. 48, 4. *al.* amittere: SEN. dial. 5, 17, 4. adimere: CIC. S. Rosc. 154. RVT. LVP. 2, 9 humanitatem ac -am. amovere: VVLG. psalm. 65, 20 II Macc. 6, 16. avertere: AVG. civ. 17, 11 p. 230, 11 D. auferre: TAC. hist. 3, 84, 5. *al.* excoquere: PLAVT. frg. inc. 57. negare: HIER. epist. 21, 34, 7 SVLP. SEV. chron. 1, 26, 4. de-: CVRT. 5, 5, 17 CYPR. epist. 18, 2. *al.* omittere: SEN. epist. 95, 3. tollere: CIC. de orat. 2, 216 ut -a invidia tollatur. VVLG. Iob 6, 14. *al.* dare: ITALA Ios. 11, 20 (Lugd.; ἔλεος, *Vulg.* clementiam). *al.* declarare: *p. 1126, 83.* exercere: VLP. dig. 16, 3, 7 pr. facere: *p. 1125, 40. 72. al.* ferre: SEN. contr. 1, 1, 12. habere (*aliter l. 53*): ITALA Bar. 4, 16 (Legion.) ante ... iuvenem -am non habuerunt (παιδίον ἠλέησαν, *Vulg.* neque puerorum miserti sunt). HESYCH. in lev. 2, 6 p. 808C in nobis. VVLG. Sirach 28, 4 in similem. CASSIOD. hist. 2, 3, 4 super homines (*Sozom. 1, 18, 3* ἐλεήσας). *al.* adhibere: CIC. Rab. perd. 5. ex-: CYPR. Demetr. 10 p. 358, 14. PELAG. in Rom. 12, 8 p. 96, 24 circa aegrotos. impertire: CIC. ad Brut. 1, 12 (= 9, 20 Sj.), 1 AVG. civ. 21, 24 p. 531, 21 D. ostendere: VVLG. Iudith 7, 4 super populum. AVG. civ. 10, 22 p. 436, 12 D. in nos. ostentare: TAC. ann. 4, 71, 4 erga adflictos. praestare: SEN. contr. 1, 1, 9 VAL. MAX. 4, 2, 7 SCRIB. LARG. praef. p. 3, 7. ITALA exod. 33, 19 (Aug. quaest. hept. 2, 154) -am praestabo (οἰκτειρήσω, *Vulg.* clemens ero). PEREGR. Aeth. 23, 9 super me. VVLG. Rom. 9, 15 (ἐλεήσω). *al.* prodere: QVINT. decl. 247 p. 14, 11 oculis. tribuere: CIC. Planc. 3. Mil. 92 viro. vertere: CVRT. 3, 5, 8 in ... regem.

abl.: *causae* (*instr.*): TER. Hec. 167 animus ... -a devinctus. Phorm. 498 neque -a neque precibus molliri. VARRO frg. Non. p. 473, 6 -a labasci mentem infirmam populi. RHET. Her. 4, 24, 33 -a motus es? (CIC. Catil. 4, 11 humanitate et -a [*opp.* atrocitate animi]. ad Q. fr. 1, 2, 10 CAES. civ. 1, 72, 3 LIV. 3, 7, 4 SEN. contr. 1, 6, 9. *al. cf.* CIC. Catil. 1, 16 permotus [PETRON. 101, 18]. *v. etiam vol. III 1945, 15. 1946, 15*). CIC. div. in Caec. 5 adductus sum (Cluent. 76 Mur. 62 Sull. 87 epist. 3, 8, 5. *cf.* VLP. dig. 4, 3, 7, 7 ductus [11, 3, 5 pr. *al.*]). de orat. 2, 195 captus (NEP. Them. 8, 7). Brut. 200 perturbatos esse (PETRON. 18, 2 turbatus). part. 49 impulsi (SALL. Catil. 51, 4). Att. 7, 12, 3 frangor. LIV. 26, 27, 10 flecti (30, 42, 20 SEN. nat. 2, 35, 2 APVL. Socr. 13 p. 147. *al.*). *et al.* *-ā facere aliquid*: CIC. Flacc. 24 humanitatis iure ac -a deprecarer, ne *eqs.* Sest. 79 caedere destiterunt. Pis. 18 vestem ... mutavissent. CAES. civ. 2, 13, 2 LIV. 3, 50, 6. 7, 19, 6. SEN. contr. 2, 3 (11), 7 senex, cuius -a crudelis sum. 2, 3 (11), 9 pepercisti (APVL. met. 1, 15, 6). QVINT. decl. 260 p. 63, 20 sumptuosus est -a. TAC. ann. 2, 73, 4. *al.* *-a aliena fit aliquid*: CIC. Marcell. 21 aut sua pertinacia vitam amiserunt aut tua -a retinuerunt. BRVT. (?) Cic. ad Brut. 1, 16 (= 9, 24 Sj.), 3 -aque unius ... tutos fore nos. CAES. Gall. 7, 15, 6 datur potentibus venia ... -a vulgi. 7, 28, 6 (*? v. l. 40*). civ. 2, 44, 1 qui aut gratia aut -a valerent (LIV. 30, 7, 8). SALL. Iug. 67, 3. LIV. 3, 42, 5 victurus (SEN. contr. 10, 4 [33], 16 CVRT. 6, 9, 2. *aliter p. 1125, 33*). *al.* *instrum.*: frui: CIC. Phil. 2, 98. fungi: TERT. adv. Val. 14 p. 193, 7. uti: RHET. Her. 2, 31, 50 in alios. CAES. Gall. 2, 28, 3 in universos. VAL. MAX. 3, 2 ext. 1. opus est: LIV. 37, 49, 4. adficere: TAC. ann. 14, 63, 1 APVL. met. 3, 7, 2. implere: TAC. ann. 4, 9, 1. -ā dignus: CIC. inv. 1, 103. Sull. 88 (*opp.* odio). *al.* SEN. dial. 5, 29, 1 FRONTO p. 91, 19 v. d. H. (= 98, 10 N.). *al.* indignus: TERT. pudic. 22, 12. *al.* *qualit.*: CIC. p. red. in sen. 17 (*p. 1124, 45*). TAC. ann. 14, 23, 2 adversus supplices. *praed.*: SALL. Catil. 34, 1 ea mansuetudine atque -a fuisse.

praepp.: ad: TER. Andr. 559 reducunt animum. Haut. 995 adduces (CIC. de orat. 2, 190. *cf.* RHET. Her. 3, 13, 24 perducit. CIC. inv. 1, 107 ducatur. de orat. 2, 189 deducatur. Brut. 188 inducitur). RHET. Her. 3, 13, 23 trahit. CIC. inv. 1, 106 comparatur. Manil. 24 alliciant (part. 121). Mur. 6 ad -am atque ad humanitatem vocent (*cf.* de orat. 1, 53 revocandis). LIV. 24, 26, 14 mutatis ... animis. CVRT. 6, 9, 28 inclinantem. QVINT. decl. 260 p. 66, 1 moverint. CIC. S. Rosc. 85 propensus (*opp.* ad severitatem). SEN. benef. 6, 29, 1 pronam (TAC. ann. 11, 36, 2).
in *c. acc.*: LIV. 30, 12, 12 prolapsus est animus. TAC. hist. 1, 69 pronus. AMM. 27, 12, 7 flexi. propter: TER. Phorm. 277 (*opp.* invidiam). QVINT. decl. 330 p. 299, 31 AVG. c. mend. 15, 34 SIDON. epist. 4, 24, 8. *cf.* CIC. Planc. 83 -ae causa (VLP. dig. 42, 3, 6. *al.*). ab: CIC. inv. 2, 56 deterrendi. Mur. 90 alienissima ⟨a⟩ mansuetudine et -a (SALL. Catil. 51, 1 vacuos). LIV. 24, 31, 11 obviam issent non a -a. 33, 16, 8. ex: CAES. Gall. 7, 28, 6 ne ... ex (*om.* β) ... -a vulgi seditio oreretur. PAVL. FEST. p. 132, 3 ex -a maestus. SEN. contr. exc. 8, 6 TAC. hist. 3, 66, 2 TERT. anim. 23, 1 PANEG. 4, 6, 2. *al.* in *c. abl.*: CAES. civ. 1, 85, 3 constitisse. LIV. 3, 56, 10 ut nihil ... spei habeat (28, 34, 6. *cf.* 37, 1, 2. 40, 10, 2). CVRT. 5, 5, 11 multum ... ponunt. VVLG. psalm. 12, 6 speravi. cum: CAES. civ. 2, 12, 4 magna c. -a fletuque. LIV. 30, 36, 9 PANEG. 2, 44, 2. VVLG. Bar. 5, 9 (σὺν ἐλεημοσύνῃ). AVG. civ. 5, 23 p. 236, 18 D. *al.* sine -a: VVLG. sap. 12, 5. 19, 1. Rom. 1, 31 (ἀνελεήμων. *cf.* GLOSS.). Iac. 2, 13 (ἀνέλεος). AVG. civ. 5, 11 p. 218, 18 D. *al.* absque -a: VVLG. Os. 1, 6 sqq. ultra -am: COD. Theod. 8, 18, 3.

adi. (*cf. p. 1126, 66*): benigna: VVLG. psalm. 68, 17 PAVL. PELL. praef. 3. benivola: APVL. met. 6, 1, 5. grandis: VVLG. III reg. 3, 6. ingens: LIV. 23, 20, 5. (in)iusta: AMBR. in psalm. 118 serm. 8, 25. larga: AVG. civ. 1, 1 p. 5, 9 D. magna: CIC. Mur. 87 de orat. 2, 238. 278. *al.* mansues: ACC. trag. 433. plenissima: FILASTR. 9, 5. profusa: TERT. adv. Marc. 5, 5 p. 585, 23. publica: SEN. contr. 10, 4 (33), 9 QVINT. decl. 254 p. 42, 27 APVL. met. 3, 7, 1. 3, 8, 3. salutaris: AVSON. 450, 3 p. 395 P. singularis: CIC. Catil. 4, 11 p. red. in sen. 17. uber: VVLG. psalm. 91, 11. utilis: AVG. enchir. 71, 19.

II *-a pro* **persona**: SEN. contr. 10, 5 (34), 10 aram -ae orna (APVL. met. 11, 15, 1. PANEG. 9, 7, 1 Atheniensis humanitas a. -ae instituit [*ad hanc rem alludit Claud. 15, 405*]). SERV. ecl. 6, 3 *consecrata sunt* genua -ae (Aen. 3, 607).

in paronomasia: PLAVT. Pseud. 274 (*v. p. 1124, 36*). CIC. Planc. 3 Lig. 14 SEN. contr. 9, 4 (27), 21 AVG. catech. rud. 4, 8.

***misericors**, -rdis *adi.* [a miser et cor *secundum gr.* εὔσπλαγχνος (*ut got.* armahaírts, *theod.* barmherzig). *J.B.H.*] *abl.* -i (GRAMM. suppl. 68, 26. 98, 23): CIC. Lig. 16. AVG. civ. 12, 12 p. 514, 16 D. (misericordia *v. l.*). catech. rud. 11, 16. -e (*cf. et p. 1129, 73*): QVINT. decl. 254 p. 39, 33 AVSON. 449, 3 p. 394 P. PRISC. gramm. III 80, 24. *comp.* -ior: PLAVT. Rud. 281 CIC. Sull. 72 PS. QVINT. decl. exc. Monac. 6 p. 364, 31 AVG. civ. 21, 17 p. 521, 26 D. serm. 46, 2, 4. 294, 5, 5 HESYCH. in lev. 19, 15 p. 1027D. *superl.* -issimus: PS. AMBR. serm. 17, 2 AVG. *saepe.* LEO M. serm. 2, 2 p. 144A. *al.* *primam syll. in arsi producunt* COMM. (*ter*). PS. DAMAS. epigr. 93, 8 CYPR. GALL. exod. 764. 945 (*alias in versibus dact. non legitur*). NOT. Tir. 40, 19 (*inter* miseria *et* misericordia). *de notione*: SYNON. Cic. p. 432, 20 B. mansuetus (*cf. p. 1130, 7*). mitis (*cf. p. 1129, 9. 34. 43. 45*). quietus. -s. AMBR. bon. mort. 1, 1 -s *dicitur*, qui remittat (*opp.* immisericors). PELAG. in Eph. 4, 32 p. 372, 10 condolentes. AVG. in Iob p. 593, 13 contrarius est ... immani -s. de serm. dom. 1, 18, 55. OP. imperf. in Matth. 9 p. 682 non tantum ille -s est, qui miseretur ... pauperi ...; verus -s est, qui inimico proprio miseretur et benefacit ei. GREG. M. moral. 20, 63. GLOSS.L II Philox. MI 31 ἐλεήμων. οἰκτίρμων. *gr., ubi nihil adnotatur, respondet* ἐλεήμων (*alia v. p. 1129, 25. 29. 32. 53. 68 sqq. 1130, 1. 11. 15*).
[R.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

inde a PLAVTO, RHET. Her., CIC. [*falso trad.*: DRAC. Romul. 8, 305. *e coni. dub.*: PS. SEN. mon. 59 (*v. p. 1121, 19*). *loco trad. dub.*: TERT. adv. Marc. 4, 10 p. 445, 7.]

i. qui condolescit et gratiam praebet miseris, humanus, benevolus, mitis (in mortuos l. 23. 36. p. 1130, 12; de victore e. g. l. 15; de iudice e. g. l. 11. 36; i. q. munificus, liberalis e. g. l. 10. 30. 52. p. 1130, 12; i. q. pius, probus l. 23. 25. 52): **A** *de hominibus*: 1 *usu sollemni*: *attr.*: CIL I² 1212 (= CE 74), 2 hominis boni, -is (CIC. Phil. 2, 77 *ironice* [*item* SEN. dial. 5, 19, 5]. QVINT. decl. 331 p. 306, 16 h. mites et -es. CYPR. eleem. 8 p. 380, 2 *opp.* steriles. *cf. l. 41*). CIC. Planc. 31 apud clementes iudices et -es. PVBLIL. M 59 civis (SEN. contr. 2, 3 [11], 7). P 26 potens -s. SEN. contr. 1, 2, 20 populi (IVST. 4, 4, 2). 1, 7, 3 piratas. 7, 8 (23), 11 puella. contr. exc. 6, 7 audite rem novam: fratrem crudelem, novercam -em. VAL. MAX. 6, 5 extr. 3 patrem. CVRT. 4, 10, 34 victor. PETRON. 112, 7 mulier (VVLG. thren. 4, 10). *al.* *praed.*: *c. esse*: PLAVT. Amph. 297 credo -s est *eqs.* Rud. 281 -ior nulla me est feminarum. 585. CIC. S. Rosc. 139 Catil. 2, 16. 4, 12 clemens ac -s (*opp.* inhumanissimus et crudelissimus). Sull. 8 *opp.* severum (*item* Phil. 2, 56 TAC. Agr. 9, 3). Phil. 5, 14 dura natio est. at Athenienses -es. *al.* PVBLIL. M 50 muneribus est, non lacrimis meretrix -s. SEN. contr. 1, 1, 4. 7, 1 (16), 15 -s sum, non possum occidere hominem. *al.* CELS. 7 prooem. 4 esse ... chirurgus debet ... -s sic, ut *eqs.* VLP. dig. 11, 7, 14, 7 ut in hoc fuerit -s vel pius ..., ut eum sepeliret. TERT. nat. 1, 5, 5 cur immitis, si -es? pudic. 2, 2 filios dei -es et pacificos esse oportebit. PSALT. Cas. 85, 2 conserva animam meam, quia -s (חָסִיד, *LXX* ὅσιος, *Hier. psalt. sec. Hebr. et Vulg.* sanctus) sum. COMM. instr. 2, 20, 12. QVEROL. p. 60, 28 R. humanum ac -em. DARES 13 p. 17, 5 patientem, -em. INSCR. christ. Diehl 1603 (*a. 369*) fuit solacius, -s. VVLG. Tob. 4, 8 quomodo potueris, ita esto -s. Luc. 6, 36 (οἰκτίρμονες). *al.* PS. AVG. quaest. test. I 119, 4 de ipso exiguo -s erat. serm. ed. Mai 74, 1 non est ...-s, qui miseretur invitus. PALLAD. hist. mon. I 19 p. 296A -s et humanus (φιλάνθρωπός τε καὶ φιλάδελφος). *al.* *alia*: CIC. Caecin. 26 quod ... in re -em se praebuerit. Catil. 4, 12 si vehementissimi fuerimus, -es habebimur. Sull. 72 quis P. Sulla mitior, quis -ior inventus est? (OPTAT. 7, 5 p. 177, 23 immites ... et minus -es). PVBLIL. D 26 cum fit iudex -s. CE 82, 8 infunde lacrumas ... ⟨mihi⟩ -s. SEN. contr. 7, 1 (16), 15 non putatis -em ...? 9, 3 (26), 10 do ... poenas -s. 10, 5 (34), 6 -em Philippum fecisti (*aliter* CLAVD. DON. Aen. 1, 600 p. 118, 30. 3, 85 p. 276, 12). PHAEDR. 4, 19, 3 quidam colubram sustulit sinuque fovit contra se ipse -s. SEN. Tro. 330 Herc. O. 361. clem. 2, 2, 4 bonum hominem vocant -em. 2, 6, 2 qui -es videri volunt. PLIN. nat. 35, 69 pinxit demon Atheniensium ... clementem -em. *al.* *de part. corp.*: CIC. inv. 1, 106 animum auditoris mitem et -em conficere (1, 109. PS. AVR. VICT. epit. 48, 9 clemens a., -s, communis. *al.*). AVG. conf. 6, 5, 7 manu mitissima et -issima (6, 8, 13). *pro subst.* (*vel iuxta pronom.*): CIC. Rab. perd. 12 hic -s flagella rettulit (*ironice; item* p. red. in sen. 17 tu -s me ... inimicis rei p. tradidisti. Pis. 17 o noster -s!). Mur. 9 nec industrius ⟨quis⟩quam nec -s. PVBLIL. A 44 ubi -s miserum adspicit. SEN. contr. 1, 6, 2 talem quis amare nisi -s posset? SEN. Tro. 329 mortem -s saepe pro vita dabit. benef. 4, 37, 5 commiserat, propter quod nemo misereri -s posset. QVINT. inst. 7, 4, 19 laus ... -is. CYPR. eleem. 9 p. 380, 16 -es atque operantes. *al.* VVLG. Sirach 12, 4 da -i (εὐσεβεῖ) et ne suscipias peccatorem (*cf.* 23, 16). Matth. 5, 7 beati -es. *al.* *c. attr. v. p. 1128, 81.*

2 *c. vituperatione quadam (sec. doctrinam Stoicorum; cf. p. 1125, 19) i. q. mollis, qui miseria aliena facilius commovetur*: CIC. Mur. 61 *Stoicorum* sententiae sunt ... eiusmodi: ... neminem -em esse nisi stultum et levem. Tusc. 4, 28 libidinosi et timidi et -es, quia proclives ad eas perturbationes ⟨sunt⟩. 4, 80 qui ... natura dicuntur iracundi aut -es ..., ei sunt constituti quasi mala valetudine animi. SEN. dial. 4, 17, 2 nec latronem oportet esse nec praedam, nec -em nec crudelem: illius nimis mollis animus, huius nimis durus est.

B *de deo* (*cf. etiam p. 1114, 31*): TERT. adv. Marc. 3, 24 p. 419, 11 o deum etiam ad inferos usque -em! ITALA Ion. 4, 2 (Tert. adv. Marc. 2, 24 p. 367, 26) te esse -em et miserescentem (ἐλεήμων καὶ οἰκτίρμων, VVLG. clemens et -s). CYPR. epist. 55, 23 p. 641, 13 pater bonus, -s et pius. *al.* VVLG. exod. 22, 27. 34, 6 deus -s et clemens, patiens et multae miserationis. psalm. 77, 38 est -s (οἰκτίρμων) et propitius fiet peccatis. 144, 8 multum -s (πολυέλεος, *Hier. psalt. sec. Hebr.* multae miserationis [*cf. l. 67*]). Iac. 5, 11 (πολύσπλαγχνος). *saepe.* RVFIN. Adamant. 3, 10 (ἐλεημονικόν). AVG. epist. 149, 16 p. 363, 13 susceptos ... -issimae offerunt potestati. BARNAB. 3, 6 providens est et -s (μακρόθυμος) deus. CONC.S II 3, 1 p. 192, 22 a -e (*gr. II 1, 1 p. 186, 24* φιλανθρώπου) deo. *et passim.* *de dea Syria*: SCHOL. Germ. Bas. p. 82, 1 (*e Nigidio*).

C *de bestiis*: APVL. flor. 17 p. 81 -ium beluarum (*opp.* immanium bestiarum). SIDON. epist. 8, 6, 11 canibus.

D *de rebus*: 1 *de dictis, factis, affectibus*: CIC. Lig. 16 honesto et -i mendacio. RVT. LVP. 1, 20 deprecatio. SEN. contr. 1, 4, 5 natura. VAL. MAX. 3, 8 ext. 2 mores. 4, 3, 14 continentia plebis. QVINT. decl. 263 p. 76, 22 rogationi. RVFIN. Orig. in num. 11, 8 p. 92, 33 affectibus. AVG. civ. 5, 26 p. 240, 9 D. legibus. anim. 2, 12, 17 p. 352, 21 magis vaecors quam -s vanitas. catech. rud. 14, 22 operis. serm. 279, 4 o saevitia -s! *al.* *n. plur.* -ia *pro subst.*: ITALA psalm. 106, 8. 15. 21 (Sangall.) confiteantur domino -ia (*Veron.* miserationes, *Sangerm.* *al.* misericordias, *Vulg.* misericordiae, *gr.* ἐλέη) eius et mirabilia eius filiis hominum.

2 *de aliis rebus*: CVRT. 9, 6, 12 -s in nos fortuna. PETRON. 114, 11 si voluerit *mare* -s ad idem litus expellere. CLAVD. DON. Aen. 10, 880 p. 400, 13 haec *mors* mihi -s filium reddet. AVG. epist. 82, 27 medicinae.

compos.: commodulatio.

modulātor, -ōris *m.* *a* modulari. GLOSS. μελοποιός. μελῳδός. μελιστής. cantator. [*dub.*: GLOSS.L V Abba MO 4.]

qui modulatur (*in musica sim.*): HOR. sat. 1, 3, 130 quamvis tacet Hermogenes, cantor tamen atque optumus est -r (*inde de Hermogene et Demetrio*: PORPH. Hor. sat. 1, 10, 18. 91. 92 SCHOL. Hor. sat. 1, 2, 3. 1, 10, 18 musici -es. 1, 10, 90). COLVM. 1 praef. 3 vocis et cantus -em (AMBR. Noe 7, 22 p. 427, 19 *dentes* -es sunt v. [*v. infra l. 71*]. *cf.* APVL. flor. 4 p. 17 tibicen quidam fuit Antigenidas, omnis voculae melleus -r et idem omnimodis peritus modificator). AMBR. bon. mort. 6, 25 p. 726, 14 -r conpatitur organo suo (7, 27 p. 727, 19 modulis suis). PAVL. NOL. carm. 27, 81 (*in comparatione*) deus omnisonae -r et arbiter unus harmoniae (*cf.* AVG. epist. 138, 5 p. 130, 11 universi saeculi pulchritudo ... velut magnum carmen cuiusdam ineffabilis -is). PS. ARNOB. confl. 2, 14 p. 293C (*ex epistula Cyrilli*) divinus -r *David*. SIDON. epist. 4, 11, 6 v. 13 *Claudianus* psalmorum -r et phonascus. SCHOL. Ter. p. 94, 27 -r eius comoediae (*Eun.*) fuit Flaccus, optimus tibicen.

f. **modulātrīx**, -īcis. *quae modulatur*: 1 *spectat ad sonum*: VINDIC. gyn. p. 458a (*cf.* p. 458b. 459a) *dentibus* -x est lingua (*v. supra l. 60*). 2 *spectat ad quamlibet concinnitatem, habitum aptum*: TERT. bapt. 3, 3 dispositio mundi -bus quodammodo aquis deo constitit. ARNOB. nat. 4, 25 p. 161, 25 Minervam luminis ministram et lucernarum -em *in coniugiis* (moderatricem *Canterus, Ursinus*).

1. modulātus, -a, -um *v. s.* modulor.

2. modulātus, -ūs *m.* *a* modulari. *fere i. q. modulatio* (*in musica sim., unde transfertur ad undam l. 80*): SEN. Herc. f. 263 canoro saxa -u trahens *Amphion* (MART. CAP. 1, 14 *Fortunas* lenis undae c. permulsere -us). FRONTO p. 191, 25 v. d. H. (= p. 202, 18 N.; *in marg.*) ⟨...⟩rem cantibus et modis absonum quid -u et cantu cecinerim (*supinum existimat Novák, WSt. 19, 1897, 244*). TERT. nat. 1, 8, 7 obtusum et exarticulatum sonum tinnitumque sine -u labellorum (*8 paulo modulatius*). AVSON. 176, 18 p. 41 P. cape munera tristia patrum, lacrimabilis orsa querellae, quae funereo -u (*Schenkl*, -us ore *V*, funereum modulatus *Scaliger; cf. v. 2* modulamine nenia tristi) tibi maestus avunculus offert. rhop. 30 p. 20 *dominum* vocum resonant -us angelicarum. MART. CAP. 2, 117 chorus *Musarum* canoris vocibus dulcique -u praevertit omnes organicas suavitates (*antea*: modulationis). 9, 905 non ... simplex quidam et unius materiae tinnitibus -s, sed omnium organicarum vocum consociata permixtio (*infra*: sonori modulaminis). VIRG. gramm. epit. 4 p. 13, 24 magis pro cantuum -u quam rationis respectu. epist. praef. p. 106, 10 *iuvenes* epithalamion cytharae ac si -u congruenter apteque decantant.

*****modulor**, -ātus sum, -ārī *et* modulo, -āvī, -āre. *a* modulus, *cf.* moderari (*in lusu verb. l. 82. p. 1247, 31. 1249, 34, cf. p. 1212, 30. 42 sqq. 1217, 10. 1248, 11*); *a* modus *derivat* AVG. mus. 1, 2; *nota figuras etymologicas infra l. 69. p. 1247, 48.* *de script., formis, prosodia*: -dol- *passim in codd.* *passive adhibentur* -tus CIC. *p. 1249, 50* (-te). HOR. *p. 1247, 26.* OV. *infra l. 57.* MANIL. *infra l. 63. p. 1247, 56.* SEN. *p. 1248, 78. et passim*; -andus HOR. *infra l. 56.* GELL. *p. 1248, 39. al.; aliae formae stirpis praes.* VITR. *infra l. 66.* TERT. *infra l. 73.* MAR. VICTORIN. *infra l. 59* (*ex Varrone*). HIL. *p. 1247, 48.* DIOM. gramm. I 479, 8 SCHOL. Verg. *p. 1248, 6. cf. Neue-Wagener III[3] 64sq.* *formae activae* (*cf.* PRISC. gramm. II 396, 12 -o et -or; *falso trad.* DIDASC. Ter. Eun. [-vit Σ, modos fecit *A*]. CALP. ecl. 4, 63 [-vit *G*]. PACIAN. [?] *p. 1248, 54; e coni. falsa p. 1247, 4*): CHALC. *p. 1248, 30.* GLOSS. *? supinum* -tu *v. p. 1245, 81.* *in arsi* mŏd- PS. HIL. hymn. 2, 85; -dŭl- CARM. de resurr. 6 (*sed 8* -dūl-). *de notione, differentia*: CHAR. *p. 1212, 30.* GLOSS. -or: μελίζω. -o: ῥυθμίζω. -atur: format. formatur (?). -a(n)t: libra(n)t. -ans: componens. *cf. p. 1247, 2. 1248, 73.* *graece resp. verbo ad verbum expresso* ἁρμόζειν *p. 1248, 28,* μουσουργεῖν *p. 1247, 23,* ῥυθμίζειν *l. 36,* χαράσσειν *infra l. 79. cf. p. 1248, 74.* *legitur inde a* CIC. (*rhet. bis et* -te nat. deor.), *poetis aevi Aug.*, LIV. (*semel*), MANIL., VITR. (*ter*), SEN. (*trag., philos. binis locis*). [*in codd. saepius confunditur c.* moderor (*q. v.*). *contextu incerto*: CE 1319, 6 tibicinis cantu (*i.* -um *?*) -ans alterna vocando (*cf. p. 1247, 7*). ANIAN. Chrysost. laud. Paul. 7 p. 512, 16 *Paulus* illis ... veritatis suavitate -tus est (*gr.* ἐκείνους ἐρρύθμισε. *etsi* SERV. *p. 1212, 25* -ari *c. dat. pro acc. probare videtur, malimus exemplar graecum libere expressum habere, cf. p. 1247, 83; sed vide, ne aut* illos *scripserit aut* ἐκείνοις *legerit*).]

I ***vi primaria*** *in musica, arte poetica vel oratoria sim.* (*cf.* CENS. 10, 3 musica est scientia bene -andi [*sim.* AVG. epist. 166, 13 p. 565, 11 mus. 1, 2. 4 CASSIOD. inst. 2, 5, 2]. AVG. mus. 1, 2 numquidnam hoc verbum quod -ari dicitur, aut nunquam audisti aut uspiam nisi in eo, quod ad cantandum saltandumve pertineret? *de generibus v.* MART. CAP. 9, 955 genera -andi sunt tria: ἁρμονία, χρῶμα, διάτονον [*cf. p. 1244, 32*]). *subi. sive sunt sive intelleguntur fere animantia, res ad animantia pertinentes, res animatae; instrumenta l. 82. p. 1247, 15. 1248, 1; regio ab -antibus frequentata p. 1247, 58; pavimentum -ando percussum p. 1247, 4.* *transfertur ad arbores susurrantes l. 69. p. 1247, 14.* *accedit abl. instr. passim,* in *c. abl. l. 81. p. 1247, 20. 78.*

A *aliquid* (*aliquem p. 1247, 56 sqq.*), *fere i. q. modulis temperare* (in *aliquid l. 59. p. 1247, 16,* ad *p. 1247, 34. al., dat. infra l. 76*): 1 *sonos sim.* (*metonymice l. 63, in imagine p. 1247, 19*):

a *proprie*: α *vario usu*: CIC. de orat. 3, 185 hominum auribus vocem natura -atur ipsa ([*v. app. crit.*]. MANIL. 5, 335 furtivo -tus murmure v. *cf. p. 1248, 82*). orat. 58 quasi -retur hominum orationem *natura* (*cf. p. 1249, 7*). HOR. epist. 2, 2, 143 verba ... fidibus -anda Latinis (OV. met. 14, 428 -ta [*pass.*] dolore v. *cf.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 55, 12 [*ex Varrone*] versus est ... verborum iunctura, quae per articulos et commata ac rhythmos [εὐρύθμως *Studemund*] -atur [*pass.*] in pedes). LIV. 27, 37, 14 virgines sonum vocis pulsu pedum -antes (CALP. ecl. 1, 93 avenā. SIL. 11, 465 *Orpheo* -ante sonos. AMBR. bon. mort. 7, 27 p. 728, 1 cantuum. Noe 6, 14 p. 423, 10 *vocis. cf. p. 1248, 82*). MANIL. 4, 153 per varios cantus -taque (*pass.*) vocibus ora ([*i. dicta sive carmina, etsi alias etiam interpretationes profert Wageningen*]. DRAC. laud. dei 3, 707 *dentibus* -antibus o.). VITR. 5, 4, 5 sonitūs ... cum communiter -antur (*pass.*), sunt vagantes (*cf. p. 1249, 6*). 5, 4, 7 concentūs, quos natura hominis -ari potest graeceque συμφωνίαι dicuntur. CALP. ecl. 3, 46 cantūs (*cf. p. 1248, 80*). 4, 45 sibila cannā (CYPR. GALL. num. 699 *silva* querulis -atur s. ramis). HOMER. 883 modos -atur avenis *puella*. QVINT. inst. 9, 2, 35 παρῳδή, quod nomen ductum a canticis ad aliorum similitudinem -tis ([*pass.*]. PAVL. NOL. carm. 9, 19 mystica ad hostilem -antes c. ludum). TERT. nat. 1, 10, 45 sustinetis Iovis elogia -ari (*pass.; apol. 15, 2* cantari). PORPH. Hor. sat. 1, 10, 18 *Hermogenem et Demetrium negat* alios quam Licini Calvi ... versus -ari ([*v. p. 1245, 57*]. PRISC. Anast. praef. 2 quos imperatorum -antur laudibus *poetae. cf. p. 1247, 2*). ARNOB. nat. 3, 21 p. 125, 22 ut intervalla et numeros vocum ... -entur *Musae*. PS. HIL. hymn. 2, 85 ymnum fideli -ando gutture (RVFIN. hist. 2, 17, 13 [*ex Philone*] omnibus eos *hymnos* et metris et sonis honesta ... et suavi conpage -antes [*gr.* χαράσσοντες]). DAMAS. (?) epigr. 3 (2 F.), 2 divinos apices (*i. scripturas sacras*) sacro -aris in ore. AMBR. epist. 27, 12 cum tympanis ... atque organis immoderata (-e *var. l.*, immodulata *ed. Rom.*) -antibus et sonis tibiarum suavibus insuavia resultantibus. VVLG. Iudith 16, 2 -amini illi *deo* psalmum novum (CE 1423 [= INSCR. christ. Diehl 1194; *s. V ?*], 9

[Busch-Ehlers]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

voce psalmos -tus et arte ⟨dive⟩rsis cecini verba sacrata sonis. BENED. reg. 11 -tis . . . sex psalmis et versu [*pass.*; GLOSS. V 413, 69 suaviter (?) cantatis]). CLAVD. carm. min. 25, 47 quid . . . tecum (*cf. infra l. 76*) -aris . . .? app. 5, 56 -ante (-ate *Mueller*) melos pariter caesoque pavinto (*'pavimentum est quod, dum caeditur, pariter modulationem facit carminis' Birt*). *al.* β carmen, carmina (*cf. p. 1212, 30. 1249, 1*): VERG. ecl. 5, 14 quae . . . c. descripsi et -ans alterna notavi. 10, 51 avenā (PS. VERG. Aen. 1, 1 quondam gracili -tus a. c. TIB. 2, 1, 53. CALP. ecl. 4, 63 [-tus *Schenkl*; -vit, modulamine, modulabile *codd.*]. VAL. FL. 4, 386. NEMES. ecl. 1, 71 c. dant Musae, nos et -amur a.). CVLEX 100 harundine (OV. rem. 181 met. 11, 154 SIL. 14, 471). OV. met. 14, 341 voce. SEN. benef. 4, 6, 5 ad aliquam . . . observationem. MART. 13, 77, 1 linguā. APVL. met. 11, 9, 5. AMM. 28, 4, 15 scite. CLAVD. rapt. Pros. 1, 205 pinus . . . stridula coniferis -atur c. ramis. MART. CAP. 9, 888 v. 9 nec melicum reticens -atur tibia c. γ voces singulas: SEN. Ag. 672 aedon Ityn in varios -ta sonos. GELL. 13, 21, 11 (*de Verg. Aen. 10, 350 sq.*) 'tres' illic, 'tris' hic; pensicula utrumque -areque: reperies suo quidque in loco sonare aptissime.

b *in imagine* (*cf. sub II*): TERT. bapt. 8, 1 (*post descriptionem organi hydraulici*) deo . . . in suo organo non licebit per manus sanctas sublimitatem -ari spiritalem? DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 9 p. 359C mens per haec instrumenta membrorum rationem -atur in nobis (*Migne gr. 44, 152B* μουσουργοῦντος τὸν λόγον).

2 *instrumenta*: a *usu originario*: α *generatim c. notione pulsandi, percutiendi* (*inflandi l. 32*): HOR. carm. 1, 32, 5 barbite . . ., Lesbio primum -te (*pass.*; SCHOL.: obsecute) civi. LYGD. 4, 39 hanc *lyram* . . . plectro -tus *Phoebus*. LAVS Pis. 175 quamvis . . . gravis obstreperet -tis (*pass., an pro adi.?*) bucina nervis (CLAVD. rapt. Pros. 2 praef. 15 *Orpheus* -tus [moderatus *Gronovius*] pectine nervos. *cf.* IVST. 30, 1, 9 nervorum oblectamenta). PS. CYPR. spect. 7 p. 10, 2 alter lugubres sonos spiritu tibiam inflante moderatur, alter . . . spiritu suo . . . tibiarum foramina (-minibus *Z*, *edd. vett.*) -atur. PAVL. NOL. carm. 27, 100 lyricas facili -tus pectine chordas (AVG. c. Faust. 22, 94 p. 701, 14 [*inde* ISID. in gen. praef. 4 p. 208C] quas ad cantilenae suavitatem -turus et percussurus est artifex. *cf. p. 1248, 1*). MART. CAP. 9, 909 *clupeum* suis invicem complexibus -tum ex illis fidibus circulatis omnium modorum concinentiam personabat. CASSIOD. in psalm. 150, 4 p. 1052D tympanum est . . . corii sonora resultatio, quod musici disciplinabili mensura percutientes geminata (*i. duorum modiorum*) resonatione -antur. β *technice, sc. servata vi temperandi, modificandi*: CHALC. comm. 40 p. 106, 13 harmonici -antes organa . . . internectunt . . . chordas. FAV. EVL. p. 10, 5 musici . . . septem vocum discrimina duobus tetrachordis pro rata portione -tis (*pass.*) efficiunt, una chorda communi, quae utriusque concentum armoniae modificatione componat. γ *singulariter c. vi in paritatem figurandi* (*sc. imitatione vocis praecinentis*): HIL. psalm. instr. 19 p. 16, 5 choro ante cantante . . . hymno ars organi consonantis aptatur, vocisque modulis praecinentis pari psalterium suavitate -atur (*pass.*; *opp.* modos psalterii modulis vocis imitata *vox chori*).

b *transfertur ad organa sphaerae concinentis*: MART. CAP. 1, 12 cum caeli . . . orbes . . . Delius -etur in sole. 1, 28 Vranie . . . sphaeram extimam concinit (*v. app. crit.*) . . ., Erato ingressa Martium *circulum* -atur (*sc. in sonum dulciorem*). CASSIOD. var. 2, 40, 2 *musica* caeli machinam sonora dulcedine -atur.

3 *argumenta*: MANIL. 2, 767 mihi . . . fata Pieridum numeris . . . -ta (*pass.*) canenti. PRVD. cath. 3, 35 anima . . . artificem -ta suum (*aliquem ut*: CLAVD. 21, 182 te memor Eurotas, te rustica Musa Lycaei, te pastorali -antur Maenala cantu Partheniumque nemus. PAVL. NOL. carm. 17, 114 praecinet . . . lingua Nicetae -ta Christum). PAVL. NOL. carm. 18, 4 laetitiam . . . carmine voto. PETR. CHRYS. serm. 118 p. 522C nauta portus -atur et lucra. CARM. de resurr. 8 aetherias -bor luminis oras (*cf. 12* aeternasque simul memorabor carmine flammas).

4 *comoedias* (*sc. metris, tibiis*): LACT. frg. 2 p. 156, 9 (Rufin. gramm. VI 564, 11 = MAR. VICTORIN. *ibid.* 78, 22. 557, 3; *de metris comoediarum*) nostri . . . veteris comoediae scriptores in -andis ⌊fabulis⌋ (metris seu rhythmis *Mar. Victorin.*) sequi maluerunt. DON. Ter. Ad. praef. 1, 6 *comoedia* -ta est (*pass.*) . . . tibiis dextris (Hec. praef. 1, 6 -tus est eam Flaccus . . . t. paribus. *cf. l. 80*).

B *obi. non expresso fere i. q. modulos efficere*: 1 *de animantibus* (*pedibus l. 73*): a *nude* (*exempla potiora*): CVLEX 1 (*cf. l. 8*) lusimus . . . gracili -ante Thalia (MANIL. 1, 19 Phoebo. COLVM. 10, 228 Musa. DAMAS. [?] epigr. 33 [67 F. = CE 761 INSCR. christ. Diehl 997], 8 profeta. *al.*). PLIN. nat. 2, 209 ad ictus -antium pedum. QVINT. inst. 1, 12, 14 nec -etur aut musicis notis cantica excipiat *discipulus*. LEO M. serm. app. 14, 2 p. 505B suaviter -antium symphoniae resonent. BOETH. cons. 3, 9, 33 W. *Philosophia* ita -ta est. VEN. FORT. carm. 5, 7, 6 tecum (*cf. supra l. 3*) -rer. b (*in*) *instrumento* (*cf. supra l. 10*): VITR. 1, 1, 15 in organo . . . musicus -bitur (LAMPR. Heliog. 32, 8 o. -tus est). FRONTO p. 143, 6 v. d. H. (*ad* p. 149, 15 N.) pastores suis -ti . . . fistulis. DON. Ter. Eun. praef. 1, 6 -ante Flacco . . . tibiis (*cf. l. 67. p. 1238, 65*). PAVL. NOL. carm. 27, 72 citharis -ans. HIST. Apoll. rec. A 36 p. 74, 7 plectro -bor. c *voce*: IORD. Get. 65 *sacerdotes* patriis diis . . . v. supplici -antes (*dat. fort. sec.* supplicare, *v. Werner, Latin. d. Iord. 72; sed cf. p. 1246, 83. 1248, 6 necnon p. 1246, 35*).

2 *de rebus*: SEN. Med. 626 *Orphei* ad chordas -ante plectro restitit torrens (*obi. suppl. quasi '-tas'?, cf. p. 1247, 33*). SIDON. epist. 5, 2, 1 et musica ponderat . . . et metrica -atur (*substantiva mutat Wilamowitz*).

3 *pass. impers.*: SCHOL. Verg. Bern. ecl. 6, 72 'Grynei', mons Colophoniae, sacer Apollini in quo ei -batur.

II ***vi secundaria*** *i. q. cuiuslibet proportionis vel concinnitatis ratione habita constituere, ornare, formare sim.* (*hic illic in comparatione vel imagine musicae manifesta, cf. p. 1247, 19*): A *fine non expresso*: 1 *generatim* (*maxime de providentia divina; ceterum aemulatur c.* moderari *l. 13. 36, expungitur l. 14*): PLIN. nat. 2, 142 *certum est* ictum (*fulminis*) . . . et sonitum (*tonitrus*) congruere ita -ante natura (*cf. 10, 158* i. moderante n.). TERT. nat. 1, 3, 9 *nomen 'Chrestiani'* de suavitate vel bonitate -tum est ([*pass.*; *apol. 3, 5* compositum]. *cf.* 2, 4, 5 a cursu et motu -ta [*pass.*] *interpretatio sc.* θεὸς ἀπὸ τοῦ θέειν [*1* formatum]). anim. 37, 1 omnem . . . hominis in utero serendi . . . paraturam aliqua utique potestas divinae voluntatis ministra -atur (*fort. c. respectu musicae, v. Waszink ad l.*). ieiun. 4 p. 278, 4 apud providentiam dei pro temporibus omnia -antis (moderantis *ed. Gangnei*). adv. Marc. 1, 16 p. 311, 17 ut aemula inter se conditionis universitas ista -ta sit (*pass.*; *cf. l. 8* tota operatio eius *dei* ex diversitatibus constat. *12* et hominem ipsum diversitas temperavit). 2, 12 p. 351, 21 bonitas eius *creatoris* operata est mundum, iustitia -ta est (2, 29 p. 377, 1 mundus . . . ex contrarietatibus elementorum, summa tamen ratione -tus [*pass.*]). resurr. 11 p. 40, 19 sive . . . ex nihilo deus molitus est cuncta . . . sive de materia -tus (moderatus *PM*) est alia. ITALA prov. 8, 30 (Tert. adv. Hermog. 32 p. 161, 23; *loq. Sophia*) ego eram -ans cum ipso *deo* (*gr.* ἁρμόζουσα, *Vulg.* componens, *Cypr. test. 2, 1 p. 62, 12* disponens). CHALC. comm. 40 p. 106, 20 (*in comparatione, v. p. 1247, 41*) deus animam mundi -ans (*cf. p. 1249, 43*). 304 p. 333, 3 mens . . . dei -vit, ordinavit, excoluit omnem continentiam corporis. RVFIN. Basil. hom. 2, 7 p. 1743B animae tuae virtutem consortio corporis -tus est *deus*, ita ut . . . inter se membra distantia ad unam consonantiam concordiamque constringeret. CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 18C ut totius membra negotii et articulos actionis . . . -ta per me brevitas distinguat et colligat (*cf.* moderatus *p. 1218, 25*).

2 *accedunt colores speciales*: a *modificandi* (*sc. mensuram*): GELL. 1, 1, 1 *Plutarchus* scite subtiliterque ratiocinatum Pythagoram philosophum dicit in reperienda -andaque status longitudinisque eius *Herculis* praestantia (*3* modificatus est). b *adumbrandi, imitandi*: TERT. orat. 14 (*contextu incerto, v. Diercks ad l.*) dominica⟨m⟩ passione⟨m⟩ -antes *manibus expansis* (*cf. Greg. Tur. glor. mart. 82 p. 544, 4* modolum crucis). c *variandi*: TERT. praescr. 42, 7 *haeretici* a regulis suis variant inter se, dum unusquisque proinde suo arbitrio -atur quae accepit, quemadmodum de suo arbitrio ea composuit ille, qui tradidit. ? d *leniendi*: AVG. conf. 2, 2, 3 quis mihi -retur (moderaretur *var. l., fort. recte*) aerumnam meam . . .?

B *indicatur, ad quid* (ad *per zeugma*, in, *dat.*; *cf. p. 1246, 51*): 1 *generatim*: TERT. apol. 27, 4 mentibus vestris . . . occulta inspiratione -tis (*pass.*) et subornatis ad omnem . . . et iudicandi perversitatem et saeviendi iniquitatem. CHALC. comm. 267 p. 297, 28 -tus (*pass.*) . . . aer articulatae voci factusque vox et intellegibilis oratio. PACIAN. (?) sim. carn. p. 117, 8 *spiritales nequitiae* membrorum officia in usum proprium . . . -antur (*cod. ex* -ant). 2 *speciatim fere i. q. dividere, distribuere* (*c. respectu soni*): PACIAN. epist. 2, 4 p. 31 *dominus* eam *linguam* in centum viginti ora -tus est.

part. praes. **modulāns**, -antis *intrans. pro adi.* *i. q. modulate sonans*: TER. MAVR. 1987 (= MAR. VICTORIN. gramm. VI 122, 7) ⌊audio canticulum zephyri⌋ -e susurro (⌊ ⌋ *Sept. Ser. carm. frg. 11, 2*). IVVENC. 3, 57 *virgo* conpositas cantu iungit -e choreas. PRVD. psych. 658 pulsavit resono -ia tympana plectro turba dei. CLAVD. 28, 629 umbonum pulsu -e resultans ferreus alterno concentus clauditur ense. SEDVL. op. pasch. 3, 11 p. 241, 8 clangebant gemitu -e tibicines cantus inferis blandientes (*cf. carm. pasch. 3, 133* funereos . . . modos cantu lacrimante gemebant t.). *translate*: VAL. CEM. hom. 6, 4 p. 711B *mala verba* plagis -bus blandiuntur.

adv. **modulanter.** GLOSS.L II Philox. MO 12 -r: εὐρύθμως. *i. q. cum modulatione, modulate*: HIST. Apoll. rec. B 36 p. 74, 4 pulsu lyrae -r ludo (inludo *b. inde restituas verba corrupta* rec. A lyrae pulsum -r inlidor, *etsi Riese conicit* l., pulsu modulante, inludo).

p. p. p. ***modulātus**, -a, -um *pro adi.* (*n. pl. pro subst. l. 78*). *compar.* -ior *inde a* FRONTONE, GELL.; *superl.* -issimus FLOR. *l. 80*. SYNON. Cic. p. 448, 17 B. (*v. p. 1217, 10*). GLOSS. II 296, 10 ἔμμετρος. *graeca ad verbum expressa v. p. 1249, 5. 17. 42.*

fere i. q. modulos servans, modulationis plenus: 1 *in musica sim. fere i. q.* ἐμμελής ('-us sono' *p. 1249, 20*), ἔρρυθμος, ἔμμετρος (*p. 1249, 4. 10. 15. 16. 34. al.*): a *de rebus variis*: SEN. dial. 5, 35, 3 in hoc habes aures, ut non -a tantum et mollia et ex dulci tra compositaque accipiant: et risum audias oportet *eqs.* CALP. ecl. 3, 95 exora -o Phyllida cantu (FLOR. epit. 2, 7, 15 -issimo . . . tibiarum aut fidium c. DRAC. Romul. 7, 102 *alitis*). PLIN. nat. 10, 81 (*de luscinia*) -us editur sonus. 10, 85 alia vox fit *lusciniae*, nec -a aut varia (FRONTO p. 143, 3 v. d. H. [= p. 149, 14 N.]. AMBR. in psalm. 1, 2, 2 loci amoenioris aut -ioris v. delectatione. *al. cf.* APVL. met. 5, 3, 5 -ae multitudinis con-

[Busch-Ehlers]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

serta vox). SVET. Aug. 57, 2 carminibus (Cal. 16, 4. Nero 42, 2 iocularia . . . c. lasciveque -a. *al.*). Nero 20, 3 laudationibus. FRONTO p. 143, 7 v. d. H. (= p. 149, 16 N.) visae fistulae longe avibus -iores. p. 150, 3 (= p. 156, 9 N.) sententias. GELL. 1, 15, 14 modesta et parca et -a *lingua* (*Hes. op. 720* κατὰ μέτρον ἰούσης). 11, 13, 10 (*verba Titi Castricii*) -us . . . currentis facundiae sonitus. 13, 25, 9 (*verba Favorini*) *repetitio* num ornat . . . orationem? num eam -iorem aptioremque reddit? (*cf.* 13, 25, 25 *illud* neque ornatius fit . . . neque exaggeratius -iusve). (MAR.) VICTORIN. gramm. VI 206, 8 (= AVDAX gramm. VII 331, 18) *rhythmus est* verborum -a compositio (DIOM. gramm. I 479, 7 *molossi*). IVL. VICT. rhet. 24 p. 443, 18 virili . . . et recta pronuntiatione, non -a . . . cantatione. AVSON. 322, 56 p. 264 P. -a poemata Flacci (*cf. Hor. ars 263* immodulata p.). 341, 7 p. 159 lege (*cf.* Ps. ORIG. tract. 6 p. 75, 2 disciplina). 418, 25 p. 286 in numerum . . . radiis ferientibus ictae respondent dociles -o (moderato *var. l.*) verbere pelves. HIER. chron. a. Abr. 474 (*cf.* PROSP. chron. I p. 388, 56) -am et inter se concinentem . . . saltationem (*gr.* ἔρρυθμον). RVFIN. Basil. hom. 1, 1 p. 1724B -o . . . et delectabili canore (*cf. Migne gr. 29, 212A* μετά τινος ψυχαγωγίας ἐμμελοῦς). VOLVS. Aug. epist. 135, 1 p. 90, 13 caesurarum -a varietas. Ps. PROSP. carm. de prov. 594 haec -a sono veniunt, haec levia tactu. SIDON. epist. 8, 9, 4 *cantuum olorinorum* est -ior clangor in poenis. RVRIC. epist. 1, 18 p. 370, 26 nec animum tuum . . . -ior corrumpat auditus. ENNOD. dict. 1, 7 p. 425, 5 avium cantilena comitur sapore -o. opusc. 1, 3 p. 262, 9 eloquiis. CASSIOD. var. 2, 40, 11 *psalterium*. MVTIAN. Chrysost. hom. 34, 1 p. 449 450 si ex choro ipsum principem auferas, nequaquam -us chorus vel ordinatus exsistit (*gr.* κατὰ μέλος . . . ἔσται). *de concentu sphaerarum*: CHALC. comm. 124 p. 188, 17 -am et consonam . . . agitationem *stellarum*. *transfertur ad undas Musarum*: CARM. de resurr. 6 -as exclusi fontibus undas. **b** *de avibus*: FRONTO *supra l. 3*. EVAGR. vita Anton. 75 p. 947 *Iuppiter* -us ales Ledaeos expetivit amplexus (*de cycno ut*: CARM. de Sod. 113 viderit Eridanus, . . . si quis plumat senio -ior a.). **c** *de hominibus*: GELL. 1, 11, 1 *Lacedaemonii tibiarum modulis in proeliis utebantur*, ut moderatiores -ioresque fierent ([*ex Thuc. 5, 70, 1* ἵνα ὁμαλῶς μετὰ ῥυθμοῦ βαίνοντες προσέλθοιεν]. APVL. Plat. 1, 14 per quem *auditum* . . . numeros . . . orationis metiretur *homo* ac modos faceret fieretque ipse totus -us ac musicus). AVSON. 153, 84 p. 11 P. (= PAVL. NOL. carm. 5, 84) consona quem *filium dei* celebrant -i (*vix i. -antis, cf. p. 1245, 67*) carmina David (celebrat -o carmine plebes *altera recensio*).

2 *de qualibet concinnitate* (*ap.* CHALC. *fere in imagine musicae*): CHALC. transl. p. 41A quod bona ratione iunctum atque -um est (*gr.* τὸ . . . καλῶς ἁρμοσθὲν καὶ ἔχον εὖ). comm. 102 p. 171, 16 (*ad 36E, v. p. 1244, 10*) *Plato animam* -am esse adserit (226 p. 264, 15 -a est . . . habetque cum numeris cognationem. *cf. 267 p. 298, 9* immodulatas). 222 p. 259, 10 *corpora* animalium . . . organica sunt, quippe -a. CASSIOD. inst. 1, 30, 5 aqua *horologii aquatilis* peragit *spatium temporis*, quod solis flammeus vigor desuper -us excurrit (*antea*: horarum modulos). *notio quodammodo respicitur etiam l. 17. 37. al.*

adv. **modulātē**, *compar.* -ius. *i. q. cum modulatione* (*c. respectu musicae sim.*): CIC. nat. deor. 2, 22 (*Zeno frg. 112 Arnim*) -e canentes tibiae (*infra*: fidiculas . . . numerose sonantes). FRONTO p. 115, 14 v. d. H. (= p. 121, 11 N.) sententiis magis crebris et dulcibus usus es et verba -ius collocasti (p. 152, 22 [= p. 158, 18 N.; *in marg.*] v. -e collocata, effeminate fluentia. GELL. 11, 13, 2 accuratius -iusque). p. 119, 6 (= p. 125, 15 N.; *loco lacunoso*) Cicero . . . -ius. GELL. 4, 13, 3 viperarum morsibus tibicinium scite -eque adhibitum mederi refert . . . Democriti liber (*opus spurium*). 6, 3, 52 *in oratione Catonis* non . . . distincte nimis atque compte atque -e res acta est (*53* distinctius numerosiusque). 17, 20, 5 tam apte tamque -e compositam orationem (*cf.* tit. scite -eque apteque). TERT. nat. 1, 8, 8 (*v. p. 1245, 83*). AVSON. 409 p. 267, 30 P. haec tu quam perite et concinne, quam -e et dulciter, ita iuxta naturam Romanorum accentum enuntiasti. AMM. 16, 5, 10 *cum* artem . . . -ius incedendi per pyrrhicham concinentibus disceret fistulis *Iulianus*.

deriv.: modulabilis, modulamen, modulamentum, modulatio, modulator (-trix), modulatus (-ūs). *compos.*: ad-, e-, praemodulor, *cf.* commodulatio; immodulatus. *Busch-Ehlers.*

***modulus**, -ī *m.* [*a* modus *demin. J.B.H.*] *de orig.*: MART. CAP. 3, 245 modus -us. *scrib. interdum* modol- (*semper apud* GREG. TVR.). *neutr.* -um (*plur.* -a) *v. p. 1250, 49.* NOT. Tir. 19, 102 *post* modus. *de notione* (*cf. et p. 1250, 48. 1251, 14. 1252, 32*): GLOSS.L II Abav. MO 11 -us brevis modus. *vis deminutiva plus minus cognosci potest p. 1250, 2. 17. 1251, 60. al. multo saepius evanida est e. g. l. 82. p. 1250, 6. 13. 33. 48. al. accedit* parvus *p. 1250, 67. 1251, 36.* minor *p. 1250, 23. 1252, 30.* maior *p. 1250, 31. respondent inter se* modus *et* -us *p. 1250. 52. 69. 1251, 11. 44. coniunguntur p. 1250, 70. 74. gr. respondet* μέλος (*p. 1250, 78. 79*), μελῳδία (*p. 1250, 79*), ῥυθμός (*p. 1250, 8. 1251, 28*). *v. etiam p. 1250, 18. legitur inde a* VARRONE, HOR., MANILIO, VITR. *fere apud scriptores artium; usus generalis paulatim increbrescit inde a* GELLIO; *maxime adamatur ab* AVG. [*confunditur c.* modus *p. 1280, 72.*]

I *i. q.* **mensura:** **A** *de quantitate, quae mensuratur* (*cf. p. 1252, 73*): **1** *pertinet ad corporea*: **a** *de numero*: VARRO rust. 1, 18, 2 neuter satis dilucide -os *numeri operariorum* reliquit (*cf. 1, 18, 1* formulas). 2, 2, 20 nulli . . . huius *numeri ovium* -i naturales. FVLG. myth. 3, 9 p. 75, 6 numerorum arithmeticos -os.

b *de amplitudine spatiorum*: **α** *corporum animantium*: HOR. sat. 2, 3, 309 longos imitaris . . . totus -i bipedalis (*item sensu deminut.*: AVG. civ. 15, 9 p. 75, 11 D. nostrorum dentium -os. gen. ad litt. 10, 21 p. 325, 6 quantitas corporis humani . . . -um seminis incomparabiliter excedit). SVET. Nero 49, 1 scrobem . . . dimensus ad corporis sui um. TERT. anim. 32, 7 -is corporum *animalium*. 37, 5 *crescunt* caro -o, anima ingenio. ITALA cant. 7, 1 (Epiphan. in cant. p. 78 Ambr. in psalm. 118 serm. 17, 19, 1. *al.*) -i (ῥυθμοί, *Vulg.* iuncturae) femorum tuorum similes rediniculis (*interpretatur* AMBR. *l. c.* 2 -i . . . dicuntur ornamenta pretiosa quae suspendi matronarum cervicibus solent). AVG. civ. 22, 20 p. 601, 27 D. membrorum (*antea* mensuras).

β *rerum*: ① *solidarum*: *aedificiorum*: VITR. 1, 2, 2 quantitas . . . est -orum . . . sumptio . . . conveniens effectui. 3, 3, 13 proportione et -orum adiectionibus. 3, 5, 8 *et* 9. 4 praef. 2 subtilissimas . . . proportionibus -orum quantitates. 4, 1, 8 gracilioribus -is. 7 praef. 17 amplo -orum comparatu *templi Olympii*. PAVL. dig. 39, 1, 8, 5 -os sumere. *t. t. architecturae i. q. mensura parva, ad cuius quantitatem singulae partes totius operis conformantur, gr.* ἐμβάτης (*definit* VITR. 4, 3, 3): VITR. 3, 3, 7 frons loci . . . dividatur in partes *tot* . . . ; ex his partibus . . . una pars sumatur eaque erit -us. cuius -i unius erit crassitudo columnarum. intercolumnia singula . . . -orum duorum et -i quartae partis *eqs. sim.*: 4, 3, 4—7. 5, 9, 3. 6, 3, 7. *arearum*: COLVM. 4, 18, 2 hortulorum descriptio . . . minoribus -is concisa. ORAT. imp. Hadr. ad exerc. (CIL VIII 18042) frg. B 2, 4 *caespes* -o pari caesus. CLAVD. MAM. anim. 2, 4 p. 114, 12 quaelibet terrae pars . . . habet . . . mensuram pro -o sui. *aliarum rerum*: TERT. anim. 37, 6 intra lineam -i *massae auri* (37, 7). pudic. 7, 20 p. 233, 18 pro (*cf. p. 1251, 56*) ipsius drachmae -o ac pondere. AVG. ord. 1, 1, 2 tessellae. CARM. de pond. 112 plures -os *cylindri signis in particulas divisi*. ISID. orig. 6, 12, 1 = SVET. frg. 104 p. 133, 7 *libri* certis -is conficiebantur: breviori forma . . . maiori -o.

② *liquorum*: *in fistulis aquaeductuum* (*plerumque a notione p. 1252, 14 allata dinosci vix potest*): FRONTIN. aq. 3 -orum ⟨rationes⟩. 9 *aquam* in dies -osque certos dispensatam. 24 -i aut ad digitorum aut ad unciarum mensuram instituti sunt. 25. 26 unciae . . . -us habet diametri digitum *eqs.* 27. 31 cum is -is, qui in commentariis . . . confirmati sunt. 34 in summa -i sunt XX quinque. 37 formulas -orum. 112 amplioris -i fistulae subiectae fuerunt. *al.* *in horologio*: CASSIOD. var. 1, 45, 2 horologium, quod aquis sub -o (*i. ratis partibus; cf. p. 1251, 31. 46*) fluentibus temperatur (*cf. Vitr. 9, 8, 10* ad rationem). *pertinet ad mensuram altitudinis aquarum*: SOL. 37, 4 flumina ad -um eiusdem perpendiculi constituta.

c *de pondere*: VITR. 10, 11, 2 quibus rebus (ponderibus *coni. Krohn*) Graecorum pensiones ad -os habeant rationem. CASSIOD. var. 5, 5, 3 a -o definito amplius . . . habere.

2 *pertinet ad incorporea*: **a** *usu generali*: **α** *pertinet ad rationes artis musicae* (*recitationis p. 1251, 10; de tonorum constitutionibus l. 56. 69*): *i. q. modulatio*, μέλος (*cf. p. 1255, 40 et* CHAR. gramm. p. 456, 34 B. -us μέλος ᾠδῆς. GLOSS. II 366, 62 -a μέλη τὰ τῶν ᾀσμάτων): MANIL. 5, 330 garrula . . . ⟨in⟩ -os . . . tibia (GELL. 1, 11, 1 non cornuum . . . signis, sed tibiarum -is in proeliis [*cf. p. 1249, 33*] esse usos [1, 11, 17 ad tibicinum -os (*1, 11, 12* modos)]. 4, 13tit APVL. met. 10, 31, 4. 11, 9, 4 fistulae tibiaeque. AMBR. bon. mort. 7, 27 PRVD. apoth. 846). VITR. 10, 8, 6 multiplicibus . . . -orum varietatibus sonantes . . . voces. BVC. Eins. 1, 24 citharae (AMBR. bon. mort. 7, 27). 1, 35. PLIN. nat. 7, 204 *adiecit* Lydios -os Amphion. 11, 271 cantus et -i flexionesque. FRONTO p. 215, 2 v.d.H. = 226, 8 N. -orum . . . et tibicinum studio (*cf. l. 50. 59 et* APVL. met. 11, 9, 6). GELL. 4, 13, 1 si -is lenibus tibicen incinat, minui dolores (*cf.* CAEL. AVR. chron. 5, 1, 23 -is et cantilena passionis robur concludi posse). APVL. met. 5, 15, 2 dulcissimis (11, 9, 4 AMM. 15, 9, 8 AMBR. hex. 5, 24, 85. *cf.* GREG. TVR. glor. conf. 72 p. 791, 6 dulcedinem -i). 6, 6, 3 aves melleis -is suave resonantes (*item de -is avium*: ANTH. 762, 6 [*syn. 5* modulamine]. 762, 44. AMBR. hex. 5, 22, 75 *cygni*. 5, 24, 85 MAX. TAVR. hom. 89 p. 458A GREG. TVR. stell. 12 p. 861, 10). 8, 30, 5 mulcentibus -is *cantus*. PORPH. Hor. carm. 2, 1, 37sq. levioribus. SOL. 52, 37 fistularum (*cf. l. 53*). PANEG. 5, 8, 4 clarorum instrumenta -orum. 9, 15, 2. 12, 1, 4 animos parvo . . . -o . . . incitari *in proeliis* (*cf. l. 51*). HIL. in psalm. instr. 19 vox chori modos psalterii -is vocis imitata *eqs.* 23 in altero artis musicae -o. AVSON. 184, 2 p. 45 P. flebilibus (*cf. l. 74*). 336, 76 p. 204 et modus et genetrix -orum musica triplex *est*. DICT. 6, 7 carminum. AMM. 15, 9, 8 lyrae. FAV. EVL. p. 15, 4 numeris -isque (MART. CAP. 9, 911). FVLG. aet. mund. p. 134, 10 incompositos proferre dulciter -os. *al.* AMBR. exc. Sat. 2, 129 -is . . . mulcendo flebilibus (*cf. l. 70*). hex. 6, 9, 67 modos et -os musicae. Iac. 2, 9, 39 his (*sc. psalterii*) -is gratiae . . . animum . . . mulcebat *David* (*antea*: prophetico modulamine). spir. 2, 12, 131 carnalibus. HIER. in Eph. 5, 19 p. 528D theatrales. ANIAN. Chrysost. hom. 2, 5extr. meretricios illos fractosque -os (μέλη) *theatri*. RVFIN. Basil. hom. 1, 1 p. 1724B -is cantilenae (μελῳδίας). p. 1724C per -os (μέλη). PRVD. cath. 5, 123 hymnorum. PAVL. NOL. carm. 6. 18 -is . . . canoris (*syn.* versu). 21, 80 psalmorum (GREG. TVR. vit. patr. 13, 1 p. 715, 27). MART. CAP. 9, 926 organicis. SACR. Gelas. 1. 96 p. 621 ut *lector* . . . -is . . . resonet ecclesiae. SIDON. epist. 9. 13, 2 v. 18 luxuriantibus. GREG. TVR. Iul. 36 p. 579, 13 caelestibus. VEN. FORT. carm. 2, 9, 61 (*syn. 53* modula- [R.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mine, *58* tropis). *al.* *in imag.*: AMBR. bon. mort. 6, 25 anima ... velut praeclara artifex ... pangens nunc -os castitatis, nunc -os temperantiae, sobrietatis carmen. VIGIL. THAPS. c. Eutych. 2, 1 p. 103^{D} ut ... inconsonae perfidorum sententiae in unum rectae fidei -um concinant. *de tonorum intervallis* (*cf. p. 1256, 32*): VITR. 5, 4, 3 chroma ... crebritate -orum suaviorem habet delectationem. CHALC. comm. 44 (= FAV. EVL. p. 15, 21) symphonia, quae in quattuor primis -is invenitur *eqs.* BOETH. mus. 1, 12 *διαστηματικὴ vox*, in qua non potius sermonibus sed -is inservimus. *de positione soni in recitatione* (*cf. p. 1256, 43*): GELL. 1, 11, 10 *tibiam* C. Graccho cum populo agente ... praeministrasse -os ferunt (*1, 11, 12* modos).

β pertinet ad tempus (*cf. p. 1256, 46*): Ⓘ *de certis temporis intervallis identidem sono vel motu notatis i. q. rhythmus vel metrum* (CHAR. gramm. p. 456, 33 B. -us *μέτρον*. GLOSS. II 428, 56 *ῥυθμός*): *in arte musica*: VAL. MAX. 2, 6, 2 non ante quam tibiae concentu et anapaesti pedis -o cohortationis calorem animo traxissent *exercitus Spartani* ([*seq.* ictus sono]. AMM. 24, 6, 10. *de re cf. p. 1256, 1*). SOL. 11, 6 cum ... -os crepitu ac tinnitu aeris deprehensos in versificum ordinem transtulissent. AMM. 18, 7, 7 sonantibus -is pro histrionicis gestibus. EVCHER. instr. 2 p. 147, 19 acitabula, quae percussa in -os concitantur. *adde*: PAVL. NOL. carm. 17, 109 navitae ... celeuma concinent versis -is in hymnos. *in arte rhetorica et poesi de ordine longarum breviumque syllabarum*: GELL. 1, 4, 4 agmen orationis ... -o ipso numerorum venustum. 1, 7$^{tit.}$ de -is numerisque orationis. 19, 9, 5 suavitate ... vocum atque -orum *versiculorum*. AVSON. 393, 84 p. 248 P. -is tribus moveri *hendecasyllabos*. FVLG. myth. 3, 10 p. 79, 8 per mela et rithmos vel -os. RVFIN. hist. 2, 17, 22 ut ... psalmum honestis -is (*μετὰ ῥυθμοῦ κοσμίως*) concinat. *in aliis rebus*: PLIN. nat. 11, 219 arteriarum pulsus ... in -os certos legesque metricas ... descriptus ab Herophilo. CARM. de Sod. 47 *aves* pinnarum -is prope nubila pendent. AMM. 19, 6, 9 repedantes sub -is. AMBR. hex. 6, 9, 62 -is quibusdam ingressae (*sc. in aures*) sonus vocis. off. 1, 18, 93 -os quosdam servare *ambulando*. MART. CAP. 9, 921 melodiam ... convenientem pulsibus -orum *sphaerarum*.

Ⓘⓘ *de temporum spatiis*: CENS. 17, 5 primi saeculi. 17, 13 ad certum -um annorum centum. AVG. conf. 12, 27, 37 p. 321, 22 parvo sermonis -o (*opp.* longiores loquellarum anfractus). c. Iul. 3, 11, 22 pro (*cf. l. 56*) -o, quo isto tempore vivunt homines. mus. 1, 13, 27 -um temporum id est quod simplum ad duplum spatia in motibus alternent. CASSIOD. inst. 1, 30, 5 horarum. *in metienda quantitate syllabarum*: GELL. 9, 6$^{tit.}$ verbum ... in syllaba prima ... quonam sit -o pronuntiandum.

γ pertinet ad gradum, de incremento vel remissione febris (*cf. p. 1258, 18*): GELL. 18, 10, 3 quibus -is quibusque intervallis accederet febris decederetque (*cf. 18, 10, 5* modum).

δ pertinet ad proportionem (*cf. p. 1250, 28. 39*): *de concinnitate orationis*: GELL. 5, 1, 1 verborum (14, 4$^{tit.}$ -is coloribusque v.). 17, 20, 7 de orationis Platonicae -is (*cf. 17, 20, 5* tam apte tamque modulate compositam orationem). *alia*: TERT. apol. 21, 13 de deo deus, -o alter, numerum gradu non statu fecit *Christus* ([*cf. Waltzing ad l.*]. *sim.*: adv. Prax. 9, 1 p. 239, 23 vel -o alius [*sententiam depravavit* ALTERC. Heracl. p. 44, 3]. 14, 3 p. 250, 24 ut ... visibilem ... filium agnoscamus pro -o derivationis). anim. 37, 5 salvo substantiae *animae* -o. adv. Marc. 4, 18, 4 p. 478, 16 ex forma prophetici -i. CASSIOD. in psalm. 146, 8 competenti -o subvenire. *c. praepp.* (*cf. l. 31. 37*): pro: AVSON. 337, 1 p. 155 P. mihi apud alios p. laboris -o laudem non posse procedere. AVG. epist. 262, 9 est quidam p. -o personae habitus matronalis a viduali veste distinctus. in euang. Ioh. 98, 3 serm. 214, 1. iuxta: GREG. M. moral. 13, 26 p. 1029^{B}.

b *sensu deminutivo fere servato praesertim in elocutionibus ad exprimendam modestiam quandam*: *c. praepp.*: pro (*cf. l. 37. 53. 56*): *c. pron. poss.*: APVL. met. 11, 24, 6 licet non plene tamen p. meo -o ... gratiis persolutis (AVG. adult. coniug. 1, 25, 32. in euang. Ioh. 56, 3 *syn.* captu. *al.* EPIST. pontif. 632 Schwartz p. 19, 30. *al.*). HIER. in Ezech. 6, 1 p. 58^{C} p. suo -o et sensu intelligat (AVG. in euang. Ioh. 34, 1 cepit. c. Pelag. 3, 7, 19 est ... perfectus. *al.* AVELL. p. 412, 26 PROSP. in psalm. 148, 6 SIDON. epist. 7, 14, 5. CLAVD. MAM. anim. 1, 13 p. 56, 16 [-o *Mb*, modo *cett.*]. *al.*). AVG. in epist. Ioh. 4, 9 nos p. -o nostro si non sicut ille *deus* essemus (gen. ad litt. 12, 37 p. 435, 5. *al.* SACR. Leon. p. 78, 3. *al.*). in euang. Ioh. 22, 1 p. vestro -o capitis. *c. adi.*: AVG. gen. ad litt. 11, 33 p. 367, 10 p. -o humano. *c. gen.*: EPIST. procur. de salt. Bur. I (CIL VIII 10570) 2, 17 p. -o me⟨diocrita⟩tis nostrae. ARNOB. nat. 7, 39 p. 272, 6 p. -o ingeniique pro captu ... scimus (7, 44 p. 277, 10. *cf. l. 64*). HIER. epist. 126, 3 communis ingenii. AVG. civ. 19, 13 p. 378, 33 D. mortalis vitae (c. Pelag. 3, 7, 22 p. 514, 2 POMER. 1, 9, 2). 20, 21 p. 457, 30 capacitatis humanae. gen. ad litt. 1, 6 p. 10, 21 suae naturae (lib. arb. 3, 14, 40). 4, 32 p. 130, 3 infirmitatis humanae (serm. 194, 2, 2. *cf.* ENNOD. epist. 5, 1, 4 p. 124, 6 exiguitatis propriae). *et saepe.* *sim.*: AVG. in euang. Ioh. 99, 2 p. mei -i facultate. serm. coll. Morin p. 356, 11 p. nostri -i infirmitate. super: TERT. orat. 22, 10 p. 196, 12 de illis ... s. meum -um pronuntiare ... possum (*cf. Diercks ad l.* *sim.*: AVELL. p. 485, 11 totum supra nostrae facultatis est -um). secundum: HIER. adv. Pelag. 1, 14 volumus s. humanae fragilitatis -um esse perfecti. SEV. MINOR. p. 434^{B} possibilitatis nostrae. SIDON. epist. 8, 6, 2 meum. *al.* iuxta (*cf. p. 1251, 59*): ISID. ord. creat. 15, 13 ingenioli mei. *alia*: TERT. pudic. 14, 26 p. 250, 3 permittente -o delicti. AVG. anim. 4, 6, 8 p. 388, 22 nos -um scientiae nostrae ... superamus (*cf.* serm. 351, 2, 2 -um hominum excedit). in euang. Ioh. 18, 7 -um ... novi ... meum (53, 7. *cf.* LEO M. serm. 88, 5 -um suum pendant). c. Faust. 21, 3 p. 572, 12 adcommodatius est -o nostro. CASSIAN. conl. 13, 18, 1 vel magnitudinem gratiae vel -um humani metiuntur arbitrii. *al.*

B *de mensura, qua metimur* (*cf. p. 1263, 54*): **1** *generatim*: **a** *pertinet ad hominum vitam moresque* (*in imag.*): VARRO Men. 315 ganeones ... quibus -us est vitae culina. HOR. sat. 1, 3, 78 cur non ponderibus -isque suis ratio utitur ...? epist. 1, 7, 98 metiri se quemque suo -o ac pede verum est (*cf. Otto, Sprichw. 221*).

b *pertinet ad liquores, sc. de fistulis, quibus aquae in aquae ductibus dispensantur* (*cf. p. 1250, 32*): FRONTIN. aq. 23 nomina quinariarum centenariarumque et ceterorum -orum per quos mensura constituta est. 26 substantia quinariae, qui -us et certissimus et maxime receptus est. 31 in quattuor -is novaverunt: duodenaria *eqs.* 32 quo -o plerumque erogatur. 33 exhausto -o. 34 in erogatorio -o ..., in acceptorio. *al.* VLP. dig. 39, 2, 30, 1 -orum aut rivi faciendi causa (*seq.* aquae ducendae causa). *de vase q. d. calix v. vol. III 165, 29 sqq.*

c *pertinet ad incorporea*: GELL. 13, 21 (20), 23 aurem ... suis verba -is pensitantem. CENS. 16, 6 aevum neque ... saeculorum numero nec denique ullo finiti temporis -o metiri. *ambigue de libra tamquam rerum corporearum et morum mensura*: AVSON. 368, 28 p. 95 P. nec est -us quem non hoc nomine (*sc. librae*) signes.

2 *speciatim*: *i. q. forma, exemplum*: TERT. nat. 1, 12, 9 circino et plumbeis -is praeparatio simulacri in marmor ... transmigratur. PAVL. NOL. epist. 49, 10 p. 398, 12 ista *navis* imaginem *arcae* multis modis in -o minore gestavit. *i. q. schema*: BOETH. arithm. 1, 27 p. 54, 17 in ipso -o descriptionis.

II *i. q.* ***ratio ac via,*** *species* (GLOSS. V 373, 17 -um tropum graece. *cf. et p. 1264, 8*): **A** *rerum*: **1** *speciatim de rationibus concludendi* (*cf. p. 1265, 73*): PS. APVL. herm. 7 p. 272$^{med.}$ supervacanei sunt -i Stoicorum. 8 p. 273$^{ex.}$ novem soli -i, sex autem coniugationes reperiuntur *eqs.*

2 *generatim*: GREG. TVR. glor. mart. 82 p. 544, 4 antemnae, quae -um crucis gestat (*cf. Mart. 1, 9 p. 594, 3* signaculum).

B *hominum*: GILD. Brit. 34 chron. III p. 45, 18 pingues tauri -i tui (*potest ad p. 1250, 1 referri*). 83 p. 73, 8 sacerdotibus vestri -i. *homoeoprophora v. l. 30. p. 1250, 62. 65. 74. al.*

deriv.: modulor. *R.*

***modus**, -ī *m.* [*cf. c.* meditor; *cf. umbr.* mers '*ius*' (*ex* *medos, -esos; *v.* moderor, modestus), *osc.* meddis '*iudex*' (*ex* *medo -dik-); *cf. et hibern.* airmed '*modus*', med '*libella*', *island.* māt *n.* '*taxatio*' (*theod.* Maß), *al. J.B.H.*] *de etym.*: GRAMM. suppl. 206, 26 -i a moderatione vel a motu sunt dicti *eqs. sim.* 251, 16. *de prosodia*: AVG. mus. 1, 1 '-us qui pes est?:: ... pyrrhichius. *notatur*: DON. Ter. Ad. praef. 1, 7 mutatis ... -is cantata ... M. M. C. NOT. Tir. 19, 101. *fem.*: VIRG. gramm. epit. 1 p. 4, 2 H. hac -a (*cf.* 4 p. 24, 5 quadam moda). *de significatu*: GLOSS.^{L} II Abav. MO 24 -um (molum *trad.*): mensura vel ratione. III Abol. MO 45 -is: argumentis vel mensuris. *cf. l. 69. p. 1256, 49. 1264, 9. 1266, 45. 1268, 38.* *gr. respondet ad cap. I*: *μέγεθος* (*p. 1253, 45*), *μέλος* (*p. 1255, 49. 1256, 3*), *μέτρον* (*p. 1253, 46 sqq. 1259, 71. 1263, 40*), *πλῆθος* (*p. 1258, 62*), *συμμετρία* (*p. 1259. 71*), *χωρίον* (*p. 1258, 47*), *χῶρος* (*p. 1253, 47*). *ad cap. II*: *αἰτία* (*p. 1267, 54*), *ἔγκλισις* (*p. 1266, 83*), *τρόπος* (*p. 1264, 77. 1265, 55. al.*), *χαρακτήρ* (*p. 1264, 64. 1265, 42*). *legitur inde a* PLAVTO, ENNIO. [*francog. vet.* muef, *hisp. vet.* muedo, *prov.* mo, *raet.* mied. *Rohlfs.*] [*locis mutilis*: CIC. Tull. 17 PLIN. nat. 16, 29 STAT. silv. 5, 5, 26 COD. Theod. 13, 10, 7. *dub.*: LVCR. 6, 453 -is (*codd., pars edd.*, moris *Lachmann, Löfstedt Synt. I*^{2} *p. 61*) ... *corpora* indupedita exiguis. *cf. p. 1257, 12.* *falso trad.*: COLVM. 5, 9, 1. *var. l. falsa*: CIC. rep. 6, 18 *pro* duorum. off. 1, 49 *pro* morbo. QVINT. inst. 8, 5, 35 *pro* motus. *al.* *var. l. dub.*: OV. trist. 4, 1, 42. *e coni.*: VAL. MAX. 8, 3, 1 PHAEDR. 5, 7, 25 INSCR. NSc. 1926 p. 284, 2, 1. *cf. etiam p. 1264, 19. 1280, 27.* *dub. interpr.*: CHIRON 461 facit oleum (*pro gen. ? cf. p. 1279, 14*) -o melle coctum.]

caput prius: *i. q.* ***mensura*** (VIRG. gramm. epit. 7 p. 51, 8 H. -us ... non aliud quam certam mensuram significat. GLOSS.^{L} V Abba MO 3 mensura, ordo. GLOSS. II 387, 18 *ὅρος*. 542, 54 *μέτρον*. V 537, 17 finem).

I ***notione primaria:*** **A** *sensu strictiore i. q. extensio metiendo definita* (*non ubique certe distinguitur a sensu latiore p. 1258, 6 allato*): **1** *proprie de locorum vel corporum spatiis*: **a** *respicitur potius notio extensionis*: **α** *de spatiis porrectis*: Ⓘ *pertinet ad areas*: Ⓐ *de agris, terris sim.*: -us agri: PLAVT. Aul. 13 a. reliquit ei non magnum -um. LEX agr. (CIL I^{2} 585) 27 tantum -um a. locei. 58. 65. 69. 91. 92 CIC. Flacc. 80 Att. 13. 33. 2 CAEL. Cic. epist. 8, 14, 4 LVCR. 2, 1170. VARRO rust. 1 capp. p. 3, 25 quot operis quisque a. -us coli possit. 1, 2, 9. 1, 13, 6 cellam vinariam ad -um a. aptam. 1, 15. 1, 18, 1 certum (CAES. Gall. 6, 22, 2). HOR. sat. 2, 6, 1. LIV. 26, 34, 10 ne cui maior quam quinquaginta iugerum a. -us esset (*cf. p. 1253, 8. 1259, 35*). 42, 1, 6 ingentem. VITR. 6, 6, 1. VAL. MAX. 7, 3, 4 regredi (in hac

[Brandt †]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

de agri⟩ (*suppl. Vahlen*) -o controversia ... mallent (*cf. l. 23*). COLVM. 1, 4, 6. 8, 15, 5 hunc a. -um (*cf. antea*: per vicenos undique pedes). *al.* PLIN. nat. 36, 111. FRONTIN. grom. p. 1, 18. p. 13, 13 a. -um fecerunt quattuor limitibus clausum (*cf. l. 23*). IVV. 14, 172. HYG. grom. p. 141, 8 -us a. pro portione officii dabatur. GELL. 6. 3, 45 PAVL. dig. 18, 1, 40. *al.* COD. Theod. 2, 26, 2 = Iust. 3, 39, 4. *alia*: SENT. Minuc. (CIL I^2 584) 42 dum ne ampliorem -um pratorum habeant, quam *eqs.* LEX agr. (CIL I^2 585) 2 quod non -us maior siet, quam *eqs.* VARRO rust. 1, 11, 1 fundi (1, 18, 4 COLVM. 1, 9, 9). 1, 18, 1. 1, 18, 4 -um ... CCXL iugerum (COLVM. 5, 1, 7 PLIN. nat. 18, 17. *aliter*: CIC. Verr. II 3, 117 iudicium de -o iugerum. COLVM. arb. 1, 6 clivosum -um iugeri. *cf. p. 1252, 83*). LIV. perioch. 58 p. 70, 11 amplum. VAL. MAX. 5, 2 ext. 4 *Masinissa* regni -o liberius auctus. SEN. dial. 10, 3, 1 contentio ... de -o finium. epist. 89, 20 praediorum (COD. Iust. 3, 34, 12. 11, 66, 2). COLVM. 2, 12, 7. 4, 18, 1. 4, 23, 2. 5, 10, 1 -um pomarii ... circumvenire maceriis. 8, 15, 3 solum ... stagni ..., quod sit instar -i totius duarum partium. 9, 1, 2 -us silvae pro cuiusque facultatibus occupatur (PAVL. dig. 19, 1, 42). 11, 2, 47 vinearum ..., quibus maior est -us (12, 2, 6). 11, 3, 2 si ... amplum -um *hortorum* saepire quis velit. LVCAN. 4, 20 vix oculo prendente -um *camporum*. PLIN. nat. 3, 16 mutato provinciarum -o. 17, 169. 18, 7. FRONTIN. aq. 128 ne ea quidem eripuerunt privatis, quae ad -um publicum pertinebant (*cf. adn. crit.*). grom. p. 3, 1 is -us ... linea cludatur (p. 15, 20). p. 5, 11. p. 5, 16 de -o controversia est (p. 6, 1). p. 9, 15. 18. p. 14, 5 sunt qui centuriam maiorem -um appellant *eqs.* PLIN. epist. 1, 24, 3 -us ruris, qui avocet magis quam distringat. 8, 20, 5 sua cuique *insulae* figura et (vel *trad.*) -us. HYG. grom. p. 95, 9 ut quisque -us aliqua ... via ... finiri potuit. SIC. FLACC. grom. p. 119, 24 -um pro -o secundum bonitatem taxabant. p. 121, 26 fluminum -us assignationi cessit (p. 122, 18 limitum -us ... -o assignationis c. *cf.* PAVL. dig. 18, 1, 51 litora ... in -um cedant. *sim.* 18, 6, 7, 1). p. 122, 7. 11. 25. *al.* AGENN. grom. p. 37, 16. PAPIN. dig. 21, 2, 64, 1 -o terrae integro. SOL. 38, 2 *Cilicia* ab Assyriis subacta in breviorem -um scripta est. AVIEN. orb. terr. 40 *caespes* immensus ... -i protenditur (*cf.* 1351 magnus uterque *fluvius* -i). 402 aequus utrimque -us *Europae Libyaeque* protenditur. 829. *al.* *notabiliora*: CIC. Verr. II 3, 46 antiquum -um sationis (*cf. 38* iugera sationum) nulla ex parte adsequi potuit. SEN. nat. 4, 2, 8 canalibus factis, ut sit *Nili crescentis* -us in derivantium potestate.

Ⓑ *de caeli spatiis, sideribus* (*cf. p. 1255, 9*): MANIL. 1, 632 *coluros* fixerunt tempora ... immotis per signa -is. 4, 364 haec ratio ... in pluris ... -os ... caelum dividit. CVRT. 8, 9, 36 spatium eorum *mensium* ad hunc lunae -um dirigunt (AVG. civ. 7, 30 p. 313, 17 D. *deus*, qui lunae statuit -um suum. *cf.* PS. AVG. quaest. test. I 84$^{\text{tit.}}$ dies lunares et -um custodiant). ANTH. 761, 27 zonas similes aequales ... esse in caeli terraeque -o. AVIEN. Arat. 357 talis ... -o simul et fulgore micat lux *stellae* (*gr. 138* μεγέθει. *cf.* 818 similis ... lux habet omnis, par -us. *gr. 378* μέτρα). 606 -us ollis *Vergiliis* parcus (*gr. 255* οὐ μάλα πολλὸς ἁπάσας χῶρος ἔχει). 936 -us in binis *zonis* protenditur (*gr. 468* μέτρῳ γε δύω δυοῖν ἀντιφέρονται). 947 -us et mensura duobus *balteis* est compar (*gr. 478* μέτρα).

(II) *pertinet ad longitudines: variarum rerum*: NEP. Iph. 1, 4 hastae -um duplicavit. AETNA 297 cortina ... imparibus numerosa -is (*sc. tibiarum. cf. Sudhaus ad l.*). TER. MAVR. 21 *nervos* assidue ligat, dum sit funiculi -us. PAVL. dig. 8, 2, 31 extollere supra priorem -um aedificium. AVIEN. orb. terr. 806 orae. 1047. *generatim*: QVINT. inst. 11, 3, 86 *manibus* -um, copiam ... ostendimus. *specialiter de distantia*: LVCAN. 3, 480 longinqua ad tela parati tormenti mutare -um. PLIN. nat. 17, 179 *intervalli*. GELL. 9, 1, 5 -us et impetus iactūs temperandus ... est. CLAVD. carm. min. 9, 33 nil spatio fallente -um *ictus*. BOETH. mus. 1, 4 p. 200, 7 -us audiendi. *potius i. q. finis* (*cf. p. 1254, 43*): LVCAN. 9, 847 nec, quae mensura viarum quisve -us, norant caelo duce.

β *pertinet ad res, quae vasis mensurantur*: (I) *ad liquores* (*interdum fere i. q. quantitas* [*cf. p. 1258. 60*]): CELS. 8, 4, 22 vitentur sol, ... maior vini -us (FRONTIN. strat. 2, 5, 12). COLVM. 8, 17, 4 -us ille aquae iacentis infra libram maris (FRONTIN. aq. 7 ampliorem. 10 ingentem. 104. 115. COD. Iust. 11, 66, 5, 1 universum). PLIN. nat. 2, 152 gelando liquorem minui resolutaque glacie non eundem inveniri -um. 19, 110 ampliorem -um *suci porri* negant noxium esse. FRONTIN. aq. 20 -um, quem acceperunt *arcus Neroniani*. 73 *bis*. 115 exiguus.

(II) *ad frumenta sim.*: COLVM. 2, 10, 16 si maior est -us *lentis* (CIL XIV 3608 [*a. 74*], 25 magno tritici -o annonam p. R. adlevavit. PALLAD. 1, 19, 2 seminum). 12, 52, 3 *tabulatum debet* habere lucusculos tam multos, quam postulabit -us olivae. TAC. Germ. 25, 1 *servo* frumenti -um dominus iniungit (VLP. dig. 19, 2, 19, 3 certum. COD. Theod. 11, 16, 1 = Iust. 11, 65, 2 plurimum). VEG. mil. 3, 3 p. 69, 15 *annonae* amplior semper -us, quam sufficit, adgregetur (COD. Theod. 14, 17, 13 publicarum annonarum. 14, 17, 14 certum). COD. Theod. 8, 4, 6 quantus specierum -us ... praebeatur (11, 1, 3. 29).

